vicia predicando et cristuz confi

tendo, quia dicit dñs Math. viij. Qui me confessus fuerit, id ē verba mea et filius hominis confitebit cū. Hanc audaciā predicando habuit sanctus andreas cū Egee in patras ciuitate ypianos ad sacrificia ydoloꝝ cōpellente audaciter cū redarguit dicens, Oportebat vt tu qui iudex hoīm ē meruisti nē, vt in legenda. Sed quia potens erat rupit rethe et exiuit ⁊ capi nō potuit, quia potentes licet intrent rethe sermonū, cū tñ audiunt vicia eoꝝ tangi rumpunt rethe et iracū di exeunt et malū predicatoribus machinant sicut patet de Egea ī legenda, qui cū argueret de ydolatria minatus est ei varia tormenta et tandē cū in cruce suspendi fecit. O quot iste habuit et adhuc habet insecutores qui cū placida audiunt diligunt predicatores. cum vero vicia eoꝝ arguunt eis detrahunt ⁊ obsequunt, sed tñ predictus Egeas impunitus nō mansit qa anteqꝫ de cruce domū suaz rediisset arreptus est a demonio coram omnibus expirauit. Et vere nec seqces penas euadent cū scriptum sit Potentes potenter tormenta patientur Sapīe. vj. Ideo bonū esset vt se rethe sacre scripture capere permitterent vt et eterna tormenta euaderent. Sed timēdū est qꝫ pauci potentes mundi et nobiles rethe predicatiōis capiant quia paucos nobiles legimus ypm rethe predicationis acquisiuisse nisi paulum qui dicit fuisse nobilis romanus. et beatū Bartholomeū. Sedo necessaria est ei mūdicia et hoc significat in eo qꝫ equus erat albus, hec albedo est puritas mentis vel carnis in qua debet ambulare predicator. Ideo dicit Greg. in registro ⁊ habet in capto, necesse. j. q. j. Necesse est vt munda sit manus que diluet: sordes curat ne tacta queqꝫ deterius inquinet si sordida sequeris lutū teneat. Hanc habuit sctūs Andreas et in alijs plurimuz dilexit ac ne amitteret custodiuit. Applica hic exemplū de quoda iuuene ypiano quē mater de opere illicito temptauit. Similit de quodam epo quē diabol⁹ in specie pulchre mulieris temptauit qui p sanctum Andreā fuerunt liberati, vt de in legenda. Requirit etiā mundicia in audiente si velit capi rethe predicationis ideo pauci lubrici ⁊ incontinentes capiunt. similes anguillis qui vt dicunt naturales latitant in limo pfundo et capi non possūt nisi facto magno tonitruo tunc primo exeunt et capiunt. sic et quidez incontinentes capi non possūt qui in luto luxurie latitāt. et si interdū capiūt ad horā tñ ad instar anguillaꝫ de manu capiēcium lubricāt. Sicut dicit de ipis Treñ. iij. Lubricaueruntvestigia quia ex vno pcto in aliud cadunt Sicut testat Greg. xxx. moraliū Peccatū quod p penitentiā nō diluit moꝫ in aliud trahit. Si tñ fit tonitruus diuine cōminationis ⁊ predicationis ad heb. xiij. Fornicatores et adulteros iudicabit dñs. tunc interdū exeunt de limo peccati et luxurie et capiunt rethe predicatiōis. Sicut patet de maria magdalena et thayde nē. Tercio necessaria est ei obediētia que notat

cũ dicit. Et qui sedebat sup illum oportet em̃ q̃ predicator sit subditus xp̃o sicut equ⁹ sessori. ideo notat̃ in petro quẽ xp̃s vocauit qui ⁊ symon. i. obediens dicit̃ insignuz obedientie vt scz predicator obedienter viuat et obedienter doceat. Augu. in li. de doctrina xp̃i. Non obedienter audit̃ qui seip̃m nõ audit. Et Greg. Cũ imperio docet̃ quod prius agit̃ quã docet̃. Req̃ritur etiã obedientia in audiente. alias parũ ꝓdesset audienti docere et nõ custodire. ideo dicit̃ luc. xj. Beati qui audiunt verbũ dei et custodiunt. Quarto necessaria est p̃dicatori scientia sacre scripture. et hoc notat̃ ibi. habebat arcũ. s. sacrã scripturã qua defendit̃ ecclesia Et per arcũ ꝯgrue intelligit̃ sacra scriptura. Arcus em̃ fit ex duobus scz ex ligno duro et corda molli. q̃ licet sit mollis tñ durũ lignũ inflectit. Lignũ est duricia veteris testamenti ⁊ corda est gratia noui vel corda est misericordia. lignuz iusticia. Item p̃dicator debet habere scientiã etiã notat̃ in petro. quẽ dñs piscatorẽ hoĩm fecit. qui ĩterpretat̃ agnoscens insignũ q̃ debet esse notus in scientia. Hoc etiam significat̃ per rethe quod Petrus ⁊ andreas miserunt in mare Nã per recia significat̃ sacra scriptura. et sicut piscator qui vult capere pisces necessario debet habere rethe alias inuanũ laboraret. Sic piscator hoĩm debet habere recia sciẽcie et sacre scripture. alias quõ capiet hoĩes p̃dicando aut cõfessiones audiendo si scienciã et sacrã scripturã nõ habet qꝛ nihil dat qd̃ non habet. vt in. c. odardus de soluc̃. tales em̃ qui ignari sunt alios nõ conuertũt sed magis peruertunt et in errorẽ ducunt. eoq̃ lumẽ scientie nõ habent. De quib⁹ apl's j. ad thimo. j. Volentes esse legisdoctores nõ intelligentes neq̃ que loquũtur neq̃ que affirmant. oportet ergo p̃dicatores et confessores primo sapientes fieri et postea alios sapientes facere ne cecus cecum ducendo ⁊c̃. lu. vj. Quia dicit gilbertus. Ridiculosa ymmo periculosa res est speculator cecus. cursor claudus. preco mutus et doctor inscius. Hanc scienciã ꝑfecte habuit sanctus andreas vt patet ex legenda cũ quinq̃ rationibus validissimis ostendit egee xp̃m volũtarie passum fuisse. Etiã ei misterium redemptionis cepit pandere et q̃nq̃ rationibus persuadere. ß eũ rethe predicationis nõ cepit. qꝛ pauci sapientes mundi capiunt̃. multi em̃ ex quadã astucia diaboli vitant intrare rethe p̃dicationis. de quibus Ro. j. Putãtes se esse sapiẽtes stulti facti sunt. stulti quidẽ qꝛ salutis sue verba in predicatione percipe rennuũt nec audire aduertunt. similes piscibus astutis qui cauent se a rethibus et hamis. vt sũt calumpni vulgariter karpffen qui figũt caput in limũ et caudaz in altũ erigant et sic rethe euadũt Sic et isti adeo figũt capita multarũ suggestionũ ĩ auaricie limuz vt ad rethe nõ veniãt p̃dicationis et hoc faciũt ex q̃dã mũdana sapientia. de q̃. j. ad Coꝝ. iij. Sapĩa huiꝰ mũdi stulticia ẽ apud deum. ysa. v. Ve q̃ sapientes estis oculis

vestris et corã vobismetipis prudentes. et vere ve eis erit. qr dicit Job. v. Aprehendet sapientes in astucia eoꝝ. licet mõ nõ ꝑmittãt se capere tñ in morte velint nolint capiunt a deo. diabolo et a peccato. deus em̃ eos capiet et tradet diabolo. ⁊ diabolꝰ eos carcere infernali includet. Peccatũ vero sic inclusos alligabit et inuoluet ꝙ nũqꝫ inde exibunt. Quĩto necessaria est perseuerãtiã sine qua nemo saluabit dicente saluatore. Qui autẽ perseuerauerit vsqꝫ in finẽ hic saluus erit. et notat in eo ꝙ dicit. data est ei corona. Predicator em̃ q̃ perseueranter ꝑdicat verbũ dei habebit aureolaꝫ scdm illd metriste. Aureolaꝫ doctor. virgo. martirqꝫ meretur. Ipi inquã coronas habebunt nõ solũ per se sed per alios q̃ per eos saluati fuerunt. Quod probat exemplo de quodam fratre in ordine ꝑdicatoꝝ. vide in Meffret dñica prima aduentus dñi B. S. in fine. Aliud de quodã sacerdote bono ꝑdicatore. vide ibidẽ dñica ĩ sexagesima R. B. in fine. Hãc ꝑseuerantiã habuit beatus andreas quia etiã biduo in cruce pendens nõ cessauit ꝑdicare. xx. milibꝰ hominũ ibi astanciũ ideo aureolam meruit. Sexto necessaria est ꝑdicatori potentia et cõstantia seꝫ vt vincat diabolũ mundũ et carneꝫ vt sic vincens exeat quia dicitur Apoc. iij. Qui vicerit faciã illũ calumpnam in templo meo. Hanc habuit beatus Andreas ideo vincens exiuit de hoc mundo. ideo in cruce circumdatus fuit per dimidiam horã nimio splendore de celo. cũ quo abscedente tradidit spiritũ vt in legenda. ¶ Hic cadit dubiũ ex quo ad predicatorẽ requirit scientia quare xp̃s elegit ad ꝑdicationis officiũ petrũ et andream. iacobum et iohannem. qui tñ fuerunt simplices et indocti. qui tñ prohibent eligi vt in. c. de petro. xxxix dist. ideo videtur ꝙ xp̃s nõ conuenienter eos vocauerit ad ꝑdicationis officiũ. Sed dicendũ ꝙ xp̃s q̃ est virtus et sapiencia. j. ad Coꝝ. j. et sic omnia sapienter fecit. ergo conuenienter isti apostoli vocati sunt ad ꝑdicationis officiũ. et cuꝫ sic fuerunt deputati ipe fecit eos ydoneos et doctos ⁊ suppleuit omnes defectus in eis. quibus ait. ego dabo vobis os et sapientiã cui nõ poterunt resistere. Voluit aũt hos simplices et indoctos assummere. ne aliquis eoꝝ gloriaret se sua virtute aut sapiencia eligi meruisse. hanc rationeꝫ assignat apl's. j. ad Coꝝ. j. dicens. Videte vocationeꝫ vestrã fratres qm̃ non multi sapiẽtes scdm carnem. non multi potẽtes sed que stulta sunt mundi elegit dñs et hoc vt confundat sapiẽtes ⁊c. Rationem assignans dicit Vt non glorietur omnis caro in cõspectu eius. Non tamen sic a principio vocauit simplices ꝙ nullum vocauerit litteratũ quia Natana elem et Nicodemũ vocauit vt patet Johannis. j. et. iij. Vide plura de his in questionibus Johannis de turri cremata.

In die sancti Nicolai sermo tercius.

In diebꝰ suis

placuit deo. ecclastici. xxviiij. ori-
gialit. trassumptiue in epla huius
A dici. ¶ Pro introductione nota quod
dies in scriptura sacra accipiunt
tripliciter. Primo pro diebus natu-
ralibus siue arcificialibus siue vsu
alibus. Naturales sunt xxiiij. ho
rarum. Artificiales mutant secundum
maius et minus tempus quo sol lu-
cet sup nostro emisperio. longiores
sunt. xvj. horarum. breuiores octo ho
rarum. De hijs dicit Judicum. xvij.
In diebus illis non erat rex in isra-
hel sed vnusquisque quod rectum sibi
videbat hoc faciebat. Secundo mo-
do capiunt pro virtutibus. Cum enim vir
tutes habeant claritatem fidei gratie
et boni exempli. ideo dicunt dies
virtuales. Ecclastici. xlviij. de
helizeo virtuoso dicit. In diebus
suis scilicet virtutibus non ptimuit prin
cipem et potentia nemo vicit illum
Tercio accipiunt dies hominis pro
etatibus suis. Isto modo maxime
reperio dies in themate. Nam be
atus Nicolaus in diebus suis hoc
est in suis etatibus maxime placu
it deo. Et si vellemus loqui de alijs
duabus acceptionibus dierum suorum
in illis etiam placuit deo. quare bene
assumptum est de eo thema predictum
B In diebus suis etc. ¶ Pro thema-
tis prosecutione nota quamuis septem sint
etates hominis sicut sunt septem eta
tes mundi. tamen quia sufficienter re-
duci possunt ad tres scilicet puericiam
iuuentutem et senectutem. Ideo dico
quod beatus Nicolaus in diebus suis
id est in his tribus etatibus suis pla
cuit deo. Primo enim in puericia sua
que durat vsque ad. xvj. annum
placuit deo. et hoc in tribus vide
licet in sanctificatione. in genera-
tione. et educatione. Primo placu
it deo in sanctificatione. licet enim in
vtero sanctificatus non fuerit tam
mox natus sanctus fuit. Juxta il
lud ps. Domine preuenisti eum in benedi
ctionibus dulcedinis. Vbi nota quod
tribus modis aliqui sanctificant.
Primo in vtero matris sicut ihe
remias propheta et Johannes bapti-
sta lu. j. Spiritu sancto replebitur ad
huc ex vtero matris. Secundo natus
ex vtero sicut beatus Nicolaus qui
suam sanctitatem prima die dum balne
aret erectus in pelui stando osten
dit et statim spiritu sancti gratia ab
vberibus matris quarta et sexta
feria preter semel abstinuit. Ideo
potuit dicere illud ps. Spes mea
ab vberibus matris mee. Hic ca-
dit dubium quando sanctus Nicolaus il
lam sanctificationem accepit an in
baptismo vel ante baptismum. quod
non ante baptismum quia non est in
vtero matris sanctificatus. sicut
Jheremias et Johannes baptista
vt dictum est. quod autem in baptismo non
acceperit specialem gratiam sanctifi-
cationis patet quia baptismus eque
lem effectum habet in omnibus ma
xime in paruulis vbi non precedit
alia dispositio maior in vno quam in
alio igitur etc. Ad hoc respondet dominus Jo
hannes cardinalis de turri crema
ta saluo meliori iudicio quod sanctus
Nicolaus in baptismo aliquam spe
cialem gratiam supra communem legem ac
cepit. nec est inconueniens. quoniam vt dicit
Bonauentura in. iiij. di. iiij. Gratia
mensuratur secundum liberalitatem dei dan
tis non secundum qualitatem suscipientis
nisi de congruo. et hoc secundum quod su-

scipiens se preparat nō scdm q est capax, quia ergo deꝰ in baptismo operat scdm exigentiā sacramēti et interius vnus nō est magis dispositus q̄z alter, ideo equaliter dat omnibus paruulis quātū est de lege cōmuni, quia tū potestas eius nō est alligata sacramento non ē necesse q semper det equaliter ꝫ pt facere cui vult speciale priuilegiuz Concordat etiā sctūs Tho. in. iij. parte summe. q. lxiij. argu. vnj. Consequenter dicit q huiusmodi priuilegiū sanctificationis ꝓtulit deus beato Nicolao ex meritis suoꝝ parentū et deuotione, qui hoc a deo impetrauerūt vt eis talē daret filiū qui suā sanctitatez prima die ostenderet. Tercio sanctificātur aliqui in iuuentute sicut beatꝰ martinus et dominicus qui ī sua iuuentute deo seruire ceperunt. ps Spes mea dñe a iuuentute mea. ¶ Ex his accipere possumꝰ vnā doctrinā q valde gratum est ꝙpo dño et magni meriti ieiunare q̄rtam et sextam feriā. Quartā quia eodem die ꝑps per iudam traditꝰ est iudeis. Sextaz quia eo die est passus. Ideo in. c. ieiunia. de consecra. dist. iij. dicit q qui illis diebus nō ieiunauerit videt cū tradente tradere saluatorez et cū crucifigentibus crucifigere. et glosat hugo. i. crucifixo nō cōpati. Vtinā hoc attēderent multi qui ieiuniū quasi p nihilo reputant dicentes. quē honorem facio in hoc q ieiuno vel corpus meū castigo ꝛc. attendant q beatus nicolaꝰ spūsancto inspiratus qui adhuc nullū peccatum fecerat feriā quartā ⁊ sextā ieiunauit et q omnes sancti per ieiuniū ⁊ rigorem discipline sua corpora castigauerunt. et heu multi sunt peccatores qui nullū die ieiunāt. Et iā feriā sextā in qua dñs in magna siti felle ⁊ acceto potatꝰ fuit. sanguinez suū pciosum fudit. morte acerbissimā sustinuit vt nos ab eterna morte liberaret. Certe si homo nullum peccatū ꝯmisisset adhuc feriā sextā ieiunare deberet ob memoriam ⁊ honorē passionis ꝙpi. Sedo beatus Nicolaus in puericia placuit deo in generatione ⁊ hoc ppter tria. Primo quia ex beatis erga seculū parentibus est genitus. nā parentes eius fuerūt iuuenes diuites ⁊ nobiles. Vnde dicit de eo nobilissimis ortus natalibꝰ velut lucifer nicolaꝰ emicuit. Secdo q̄a ex beati in moribꝰ genitꝰ. licet enim parentes eius essent iuuenes tamē moꝝ vt nicolaus natus est ppetuam continentiā ꝙpo vouerūt. vt de erant matrimonio iuncti non vt libidini deseruirent sed vt plez educandam ad dei seruiciū generarent. Ideo de eo cantt. Nobilis genere ꝫ nobilior fide. Tercio q̄a parentibus p orationē impetratꝰ Sicut em̄ ysaac p orationē abrahe genitus est vt dicit gen. xv. et samuel per orationē anne. j. Reg. j. Sic parentes beati Nicolai deū exorauerūt vt filiū eis concederet. quē nō tantū diuiciarū ꝫ etiā morū haberent heredem. Tercio beatus nicolaus in puericia sua placuit deo in educatione. et hoc ppter tria. Primo quia educatus est vt iuuenū lasciuias euitaret. ideo dicitur in legenda. Alioꝝ puerorum

euitans lasciuias sciens illd̄ eccīa
stici.xiij. Qui tetigerit picē inqui
nabit̄ ab ea. dicit qui tetigerit nō
qui viderit. qꝛ si quis videret con
scientiā peccatoꝝ turpissimā non
tangeret peccatū. dicit inquinabit̄
manꝰ em̄ nō inquinat picē ꝫ econ
uerso qꝛ bonus nō inficit maluꝫ ꝫ
malus bonū. p̄s. Cū sancto sanctꝰ
eris ⁊c. et cū ꝑuerso peruerteris. di
cit picē et nō lutū qꝛ mala socioꝝ
nō cito abolent̄. Scd̄o vt eccīam
frequentaret. vnde in legenda dr̄
Ecclesie sancte frequentans limi
na. Glosa sup̄ matheū dicit. In
gressus vrbē ihesus templum adijt
dās formā religionis vt quocūqꝫ
imus primo domū orationis ade
amus. Sic faciebat beatus Nico
laus tanq̄ verus xp̄i discipulus.
Tercio vt verbū dei libenter au
diret et seruaret vnde in legenda.
Quicq̄d de scripturis sanctis audi
re poterat armariolo condebat pe
ctoris prouerb. ix. Beatus qui au
dit me et vigilat ad fores meas
cotidie ⁊c. Scd̄o beatus Nicola
us in scd̄a etate hoc est in iuuētu
te placuit deo et hoc in tribus. vi
delicet in prudēcia spirituali. In
misericordia ꝓximali. et in cōuer
satiōe honestali. Primo in prudē
tia spūali. ¶ Ad cuius euidentiam
nota vt scribit sctūs Tho. scd̄a se
cūde. q. xlvij. triplex repit̄ pruden
tia scꝫ falsa vera ⁊ ꝑfecta. Prima
est prudencia falsa per similitudi
nē dicta que in malis et peccatori
bus reperit̄. De hac dicit xp̄s Luce
xvj. Filij huius seculi prudētiores
sunt filijs lucis in generatiōe sua
Et paulꝰ Ro. viij. Prudēcia car
nis mors est. Cū em̄ prudēs sit qui
bene disponit que sunt agenda ꝓ
pter aliquē bonū finē. Ille qui ꝓpt̄
aliquē malū finē aliqua disponit
cōgruentia illi fini habet falsam
prudenciā inquātū illud quod ac
cipit ꝓ fine nō est verū bonū ꝫ se
cūdū similitudinē sicut dicit̄ ali
quis bonus latro. hoc em̄ mō pōt
scd̄m similitudinē dici prudens la
tro qui ꝯuenientes vias īuenit ad
latrocinandū. Scd̄a est prudēcia
vera sed imꝑfecta que inuenit vi
as accomodas ad finē bonū. Sed
est imꝑfecta dupl̄r. Vnomō qꝛ il
lud bonū qd̄ accipit ꝓ fine nō ē cō
munis finis totius humane vite.
sed alicuius specialis negocij. puta
cū aliquis adīuenit vias accomo
das ad nauigandū vel negocian
dū dicit̄ prudens nauta vel prudēs
negociator. Alio mō dicit̄ pruden
cia imꝑfecta qꝛ deficit in principa
li actu prudentis. puta cū aliquis
bene consiliatur et recte iudicat de
hijs que pertinent ad totā vitam
sed nō efficaciter ꝑficit ⁊c. Tercia
est prudencia vera et perfecta. et
hec ē que recte consiliat̄ et recte iu
dicat ad bonū finē totius vite ac
etiā perficit. et hec in solis bonis
reperit̄. De hac ꝓuerb. j. Prudēcia
seruabit te vt eruatis a via mala
Et. xvj. c. Acquire prudēciā qꝛ p̄ci
osior ē argēto. Et saluator math.
x. Estote prudentes sicut serpētes
⁊c. Hanc prudenciā verā ꝑfectam
et spūalē habuit sctūs nicolaꝰ qui
eā ad bona sempiterna dedicauit
⁊ pro illis adipiscēdis omnē diligē
tiā adhibuit. Scd̄o beatus nicola
us in iuuētute placuit deo in mise

ricordia ꝓximali. legit̃ em̃ de eo q̃ erat valde cõpatiens ⁊ super afflictos pia gestans viscera. Ideo dicit xp̃s math. v. Bti̅ misericordes qm̃ ipi misericordiam consequunt̃. Hanc ꝯmendat Ihero. in. c. q̃ clemenciã. lxxxvj. di. dicens. Qui clemenciã nõ habet nec indutus ẽ viscera misericordie q̃uis spiritual' sit nõ adimplet legẽ xp̃i. Et Ambro. ea. di. c. in singulis inq̃t. Misericordia ꝯmunis ẽ vsus ido commune ꝑceptũ oĩbus officijs. omnibus etatibus necessaria et ab oĩb⁹ deferenda. non publican⁹ non miles excipit̃. non agricola non vrbanus diues et pauper oẽs incommuni admonent̃ vt ꝯferant non habenti. hãc misericordiã in se fuisse beat⁹ nicola⁹ aptissime demonstrauit dũ elemosinã indigenti et in extrema necessitate posito ꝯuicino suo tribuit ne tres filias virgines quas ille habebat ꝓstitueret prout volebat. dic vt in legenda.

E ¶ In hac vero elemosina obseruauit beatus nicolaus tres illius conditiones necessarias Prima q̃ fuit ꝓmpta. scd̃a q̃ fuit copiosa. tercia q̃ fuit secreta. Prima ꝯditio q̃ fuit ꝓmpta q̃ non multis ꝑcibus data vel impetrata. Seneca in li. de beneficijs. Ingratũ est beneficium qd̃ diu inter dantis manus hesit. Idẽ nulla res carius emit̃ quã que ꝑcibus empta est. Et licet d̃o grata sit elemosima que dat̃ pauperibus illã petentib⁹. gratissima tñ ẽ ꝯspectui suo cũ tribuit̃ egeno pre verecũdia petere non audenti. Ideo Ambro. li. j. offi. Sũt multi qui malũt miseria tacite ꝯstringi q̃ publica petitione ꝯfundi. hij q̃rendi sunt et adiuuandi vt ꝑ hoc amplius gaudeãt q̃ pauꝑtati ꝯsulant ⁊ pudori. Scd̃a ꝯditio q̃ copiosa qm̃ tantũ dedit de auro quãtũ sufficere iudicauit ꝓ puellis virginib⁹ maritãdis scd̃m illd̃ thob. iiij. Si multũ tibi fuerit habũdanter tribue. ¶ Ex hac ꝯditione habemus hãc doctrinã q̃ valde deo placet desponsare puellas ⁊ eis ad hoc elemosinas ꝯtribuere maxĩe ꝓpter timorẽ futuri lapsus exẽplo beati Nicolai. Nã si sanccus Nicolaus sciuisset aliquod opus deo magis placitũ cũ tali auro vtiq̃ fecisset. In hoc ergo omnibus nobis dedit doctrinã vt diligentem operã demus ad maritandũ puellas. ymmo tanto talis elemosina est deo gratior quanto quis erga eas est feruẽtior et paratior succurrere ꝯtra eaꝝ lapsus. quãto etiam lapsus puellaꝝ est scandalisior et periculosior. Cuꝫ em̃ puella semel verecundiã ꝑdit postea facilitr attemptata cadit. quia illud peccatũ luxurie coinquinat hominẽ sicut pix ⁊ post casum recadit et tandẽ sine verecundia se ꝓstituit oĩbus indifferẽter ꝓ questu. Ecce quãta mala secũt̃ lapsuꝫ virginis. Ideo volũt doctores q̃ habẽs sufficientiam tẽporaliũ obligat̃ ancelle sue talia auxilia ꝑstare. si sec⁹ ꝯseruari non sperat̃ vl' ad min⁹ ꝑiculuꝫ timet̃. Tercia ꝯdicio fuit q̃ secreta. obseruauit nanq̃ doctrinã sauatoris nostri. qui Mathei. vj. dicit. Cum facis elemosinam noli tuba canere. ideo massam auri pãno inuolutã in domũ ꝯuicini sui

F

per fenestrā clā ꝓiecit clāq; recessit
G dic vt in legenda ꝛc. ¶ Hic est du
biū quare beatus nicolaus isti ci-
ui ꝑ questu turpi filias stuprare
volenti occulte aurū dedit et non
potius publice cū ipius reprehensi
one ne sibi daret occasio ingrati-
tudinis de bñficio ꝑstito et sic pec
caret. Rñdet sctūs Tho. scda scde
q. xvij. ar. iij. ꝙ ille qui ignorat
beneficiū nō est semꝑ ingratꝰ si be
neficiū nō recompensat aut reco-
gnoscit apd benefactorē dūmodo
sit paratus recognoscere si sciret.
Est aūt laudabile aliqñ vt ille cui
prouidet ignoret beneficium. Pri
mo ꝓpter inanis glorie vitationē
exemplo xpi qui cecis illuminatis
ꝑcepit ne cui dicerēt Math. ix. nō
ad celandū ß ad cauendū ne in bo
nis operibus laudē hominū quera
mus scdm glosam. sicut beatꝰ Ni
colaus aurū ꝓiciens in domū sui
conuicini vitari voluit hūanū fa
uorē. Scdo quia in hoc ipe ampli
us beneficiū facit ꝙ cōsulit verecū
die eius qui beneficiū accipit vt ī
proposito iste nobilis forte erubuis
set aperte recipere. Tercio ad cōse
quendū maius meritū secundū il-
lud Mathei. vj. Attendite ne iu-
sticiā vestram faciatis corā homi
nibus vt videamini ab eis. i. ex va
na gloria q̄ plus vexat seruos dei
quia ibi cicius inuenit gloriatiōis
occasio scdm Crisosto. omel. xiij.
Tercio beatus Nicolaus in iuuē-
tute placuit deo in ꝯuersatiōe ho-
nestali. fuit em̄ honeste ⁊ modeste
ꝯuersationis et hoc in tribus. Pri
mo in mulierū vitatiōe quas ve-
lut pestē fugiebat. eccīastici. xiij.
De vestimentis procedit tinea et
a muliere iniquitas viri. De hoc
Jhero. in. c. hospiciolū. xxxij. dis.
dicit Nō ꝑt toto corde habitare cū
deo q̄ feminaꝝ accessibus copulat
Femina ꝯscientiā secū ꝑiter habi-
tantis exurit. Feminā quā vides
bene ꝯuersantē mēte dilige nō cor
pali frequēcia. hec ille. Scdo ī mū
di despectiōe. vñ de eo canit. Mū
di gloriā spreuit cū suis oblectatio
nibꝰ. qꝛ vt ait Greg. Momētane
um ē qd delectat ß qd cruciat eter
nū ē. Ideo Augu. in quodā sermo
ne. Nulla maior insania q̄ꝫ ꝑ dele
ctatione momentanea ꝑdere eter
na gaudia ⁊ obligare se ad eterna
supplicia. Jaco. iiij. Qui voluerit
esse amicus huiꝰ seculi inimicꝰ dī
ꝯstituit. Ex quo seq̄t ꝙ b. nicola
us spernēdo mūdū factꝰ ē amicꝰ
dei. Tercio in deuota orōe. vñ nō
solū in die ß etiā ī nocte orabat ⁊
ad matutinas etiā cū esset laicus
ibat. ꝑs. Querite dñm scz ī orōe q̄ri
te faciē eiꝰ semꝑ. Tercio b. nicola
us in tercia etate videlicet ī sene
ctute placuit deo et prīcipalr ī tri
bus. Primo ī obseruātia pastora
li scdo ī opatiōe ꝓdigiali ⁊ teercio
ī emigratiōe finali. Primo ī obser
uatiōe pastorali. electꝰ nāq; ex di
uīa reuelatiōe ī epm mirre ciuita
tis vt habetur ex legenda. ¶ Ob H
seruauit officium boni pastoris
circa curam et regimen animarū
et hoc in tribus. In populi doctri
natione. In pauperum subuenti
one. In morū exemplatione. hijs
nanq; tribus bonus pastor debet
pascere ppl'm suū. videlicet verbo
exēplo et tꝑali subsidio. Primo

beatus nicolaꝰ fuit bonus pastor in ppli doctrinatione. non em̄ neglexit ppl'm sibi subiectū pascere cibo spūali. Ideo legit̄ de eo ꝙ fuit efficax in loquendo. Jhere. viij. Dabo vobis pastores iuxta cor meū qui pascēt vos sctītate et doctrina. habuit nāq; magnā sapiēciā quia interfuit niceno concilio vbi plurimū de fide ꝯtra hereticos disputauit et vicit. Illud ꝯcilium ꝯgregatū fuit tpe Cōstantini scdi filij Cōstantini magni ⁊ Julij pape apud niceā tricētoꝝ decē ⁊ octo patrū cōtra Arriū de quo scribitur xv. di. c. canones. Scdo btūs Nicolaus fuit bonus pastor in morū exemplatiōe. p̄buit em̄ suis ouibꝰ bonū exemplū. Juxta illud apli. j ad Thi. v. Exēplū esto fidelibꝰ ī verbo in ꝯuersatione ⁊c. Ideo ī legenda dicit̄. Btūs Nicolaus acceptato pōtificatus officio sectabat̄ in omnibus hūilitatē. moꝝ grauitatē. ꝑuigilabat in orōe. corpꝰ macerabat. mulierū vitabat ꝯsortia. affabilis in suscipiendo. alacer in exhortando. seuerus in corripiēdo ⁊c. Tercio btūs nicolaꝰ fuit bonꝰ pastor in pauperū subuētione. nā vt dicit Jhero. ad nepocianuz. et habet̄ ī. c. gloria epi. xij. q. ij. Gloria epi est pauperū opibꝰ ꝓuidere ignomia sacerdotis ē ꝓprijs studere diuicijs. et in. c. aurum e. cā et q. Ambro. ait. Aurū habet eccīa nō vt seruet ꝫ vt eroget. Beatꝰ nicolaꝰ circa paupes maxima cura profecit nam populo fame laborāti a nautis frumentū impetrauit. quod deus miraculose suppleuit. Dic vt habetur in eius legenda.

¶ Scdo beatus nicolaus in senectute placuit deo in operatione ꝓdigiali. hoc est in miraculoꝝ operatione. Siquidem operatus ē miracula in maiori mundo quātum ad quatuor elementa. Primo ī elemento ignis quando ignem Dyane extinxit. Scdo in elemento aeris quando ab aere tempestatē fugauit. Tercio in elemento aque. quādo nautis mare tranquillauit Quarto in elemento terre quando terram sterilē fecundauit. Etiā ī minori mundo. id est in homine multa miracula operatus est. Primo quibusdā subueniēdo in tribulātione q̄ꝫ iuste paciebant̄ a dō sicut quando patri suscitauit filiū cū cipho in mari submersum. Secundo quibusdā subueniendo ī tribulatione quā paciebant̄ a diabolo. sicut quando resuscitauit patri filiū a diabolo suffocatū. Tercio quibusdaꝫ subueniendo in tribulatione quā paciebant̄ a tyrannis sicut tribus iuuenibus innocenter condempnatis. et tribus principibus false Constantino ab inimicis accusatis. et quando patri restituit filium a Soldano detentum. Quarto quibusdam subueniendo in tribulatione quaꝫ paciebātur in rebus. Sicut quando subuenit iudeo qui ymaginem sancti Nicolai in domo habuit vt res suas custodiret. Et quando alteri iudeo subuenit. cui cristianus dolose pro mutuo restituto iurauerat. Vide de his lacius in passionali. ¶ Et breuiter hūc articulū concludēdo dico ꝙ sctūs Nicolaꝰ tante sanctitatis fuitꝙ in multis

miraculis et operibus suis xp̄o similis fuit. Nā de xp̄o legit̄ ꝙ ieiunauit quadraginta diebus et q̄draginta noctibus. Et de sctō Nicolao ꝙ adhuc in cunis existēs quarta ⁊ sexta feria tantū semel sugebat vbera. xp̄s audiuit vocem patris in baptismo ⁊ in transfiguratione. hic est filius meus dilectus. Et Nicolaus voce lapsa de celo dignus ep̄atu ostendit̄. xp̄s ante discipulos suos oraturus montē oliueti ascendit. Et Nicolaus ante om̄es prior ad ecclesias venit. xp̄s mulierē in adulterio deprehensam a morte corporis liberauit. Et nicolaus tres virgines a morte anime ne stuprū incurrerent liberauit xp̄s q̄nq̄ panis ⁊ duos pisces multiplicando quinq̄ milia hominuz pauit. Et Nicolaꝰ de modico tritico quod a nautis acceperat totā plebem suā illud multiplicādo pauit vsq̄ ad nouos fructus. xp̄s discipulis suis in periculo maris positis affuit ventis imperauit. mare sedauit. Et Nicolaus nautis ⁊ qui cū eis erant eū inuocantibꝰ dixit assum tēpestatē sedauit et eos a periculo liberauit. xp̄s petruz in fluctibus maris ambulantem ne mergeret̄ erexit ⁊ paulū de ꝓfundo pelagi liberauit. Et nicolaꝰ puerum submersum in mari cum cypho patri viuū restituit. xp̄s tres pueros ab incendio illesos conseruauit. Et nicolaus tres pueros a morte liberauit. xp̄s ianuis clausis ad discipulos intrauit. Et nicolaus ad impatorē et presidē dormientez in ꝯclaui venit. sanguis xp̄i multos sanauit ab infirmitate peccati. Et oleū ⁊ aqua nicolai multos sanauit ab īfirmitate corporali. Vñ ex eius tumba oleum manauit circa caput ad ostendendū quāte misericordie fuerit ī mūdo. ⁊ fons aque ad pedes. ¶ Ex istis miraculis accipe possumus duas doctrinas. Prima ꝙ iuram̄tū etiā infideli factū est seruanduz et ꝙ iuramentū non accipit̄ scd̄m mentē iurantis ꝫ ad intentionem illius cui iurat̄. hoc est scd̄m communē sensum verboꝝ vt ait mgr̄ dist. xxix. tercij. et in. c. quacūq̄ xxij. q. v. quia in iuramento non debet intentio verbis ꝫ verba intētioni deseruire ea. q. hūane. patet hoc in miraculo de iudeo q̄ mutuauit cuidā xp̄iano summā pecuniarū qui tandē citatus ad iudicem dādo baculū iudeo auro plenuz iurauit ꝙ plus dederit quam ꝙ obligatus fuerit iudeo tandē bacculuz dolose repetijt et ī biuio dormiēs per currū interficit̄ et baculꝰ frangit̄ ⁊ aurū apparuit ecce iuramentū nō fuit receptū ad intentionem xp̄iani sophistice iurantis ꝫ ꝓpterea a deo punitus q: etiā sophistice iurās periurꝰ est dicto. c. q̄cūq̄ ⁊. c. ij. se. ¶ Scd̄a doctrina ꝙ vota st̄ adīplēda scd̄m intētoinē vouentis dūmō pñt adīpleri ⁊ nō ad volūtatē ꝯmutāda pz ꝑ miraculū de puero cū cipho submersū vbi pr̄ nō primū ciphū q̄ sibi placuit sctō nicolao vt sibi vouerat obtulit ꝫ aliū sil̄ez quē tñ sctūs ni. acceptare noluit ꝫ de altari tercie ꝓiecit. ita etiā testam̄ta ⁊ vltima volūtas hominis non debet mutari nisi ex maxima et rationabili causa vt ī

c. nos quidē et se. de testa. q̄ pauci sciunt quid mouerat testantē ad hoc faciendū et nō aliud. quod executores infigere debent cordibus suis. q̄ testamēta se dicūt in melius cōmutare. Tercio et vltimo beatus Nicolaus in senectute placuit deo in emigratione finali. ⁊ hoc in tribus. videlicet in felici emissione. in diuina protectione. in gloriosa assumptione. Primo in felici emissione scz anime a corpe. q̄a deuote sicut xp̄s animā suā ɔmēdauit deo dicens. In manus tuas dn̄e cōmendo spiritū meū. ⁊ hec dicens deo tradidit spiritū suū. Sapiencie. x. Justoꝝ anime in manu dei sunt. Scdo in diuina ꝓtectiōe Vnde cū moreret̄ rogauit deū vt angelos sibi mitteret. ⁊ inclinato capite vidit angelos ad se venientes qui eū a triplici timore eruerūt

N ¶ Nā scdm August. tria anima timet circa mortē que notātur ī ps. Angelis suis mandauit de te ⁊c. Primo viarū multiplicitatē ignotarū videlicet ad celū. infernuz et purgatoriū. Sed contra ibi vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Scdo timet peccatoꝝ grauitatez Contra quod dicitur ne offendas ad lapidē pedē tuū lapides sc̄ peccata dura frigida et aspera. Tercio timet demonū malignitatē. cōtra ibi. super aspidem et basiliscū ambulabis. Tercio in gloriosa assumptione quia angeli animam eius cū celesti melodia in celū deduxerunt ysa. xxiij. A finib⁹ terre laudes audiuimus gloriā iusti imploremus. ergo beatū Nicolaum qui hic in mūdo in diebus suis placuit deo et longe nunc plus placet in celo vt nobis veniā peccatoꝝ impetret et ab omni malo corporis ⁊ anime defendat et in aduersis succurrat quatenus hic per obseruantiam preceptorū dei deum secū clare ɔtemplari mereamur in regno celoꝝ Amen.

De sancto Nicolao sermo quartus.

Homo quidā nobilis abijt ī regionez longinquā accipe sibi regnū et reuerti lu. xix. Plini⁹ in spe. naturali li. viij. c. v. refert q̄ elephas est aīal magnū in corpulentia et tamen respectu aliorum animalium magni corporis maxime est benignū et hominem singulariter diligit. Nam si viderit ip̄m errantē in solitudine ne ip̄m terreat aliqualiter se de via subtrahit et gradum figit. paulatimq̄ ip̄m precedens viam ei ostendit. et si draco ei occurrerit pro homīe defensando cum eo pugnat et viriliter se opponit. Mistice per elephantem beatus Nicolaus nō in merito conuenit designati. recte em̄ sicut illud animal est magnuz et facit se faciliter placabile hominibus. Ita beatus Nicolaus fuit magnus scdm generationē quia ex diuitibus et nobilissimis parentib⁹ ꝓcessit. Fuit etiā magn⁹ secūdū deuotionē. q̄ vitam totaz seruauit in puritate vt dicere posset illud Job. xxxiij. Mūdus sū ego scz a vicijs carnis et absq̄ delicto id ē pctō omissiōis ⁊ immaculat⁹ s. grauib⁹ culpis ɔtra deū ⁊ īq̄tas

non est in me scz peccatū contra ꝓ
ximū. nō em̄ se carnalibus vicijs
maculauit nec aliquid de faciēdis
dimisit. nec contra deū ydolatria
peccauit ꝫ eā eradicauit. Fuit etiā
magnus per miraculoꝝ operatio-
nem. Ipe em̄ absens adhuc viuēs
notabilia fecit miracula vt ī nau
tis a tempestate liberatis. et trib⁹
principibus a Cōstantino cesare
īcarcerratis. Ipe etiā sicut elephas
studuit se hoīb⁹ benignū exhibere
et amabilis fieri sicut canitur de
ipo. Beatus Nicolaus pontificali
bus infulis decorat⁹ talē se exhibu
it vt ab omnibu samaret̄. Ipe em̄
paterna benignitate hoīes in ciui
tate Mirrea errantes ī ydolatria
quā Dyane fecerāt liberauit et in
viam veritatis reduxit pro eis cō
tra draconē infernalē se opposuit.
ideo in verbis premissis nobili ho
mini qui debet esse benignus assi-
milatur cū dicit̄. Homo quidam
A nobilis ꝛc. ¶ In verbis predictis
beatus Nicolaus a tribus princi-
paliter cōmendat̄. primo a virtu-
oso progressu. scdo a glorioso egres
su. tercio ab amoroso regressu. De
primo dicit. homo quidā nobilis.
Pro quo nota scdm Greg. naza-
renū. Triplex est nobilitas. pma
spūs. scda carnis. tercia opis. Pri
ma ē spūs qua omnes nobiles su
mus quia ad ymaginē dei creati.
De qua dicit Augu. O nobilis cre
atura est anima quia ad mansio
onem et fruitionē dei creata. in q̄
om̄es alias creaturas corpales ex-
cellit. et sic omnes nobiles sumus
quia animas oīm nostrū de⁹ crea
uit ad ymaginē suā Ezech. xviij

Omnes aīe mee sunt sicut anima
patris sic et anima filij. ꝓpter qd̄
sollicite est anima ab vnoquoq̄
custodienda. Deut. iiij. Custodi te
metipm et animā tuam sollicite.
Augu. dat rationem. quia maius
dampnū habet̄ in amissione vni⁹
anime q̄ mille corpm. Hoc ꝑpen
dens btūs Nicolaus animā suaz
bene custodiuit. et potuit dicere il
lud Thob. iiij. Scis dn̄e qm̄ mun
dam seruaui animā meā ab om-
ni concupiscentia et sic fuit nobil'
nobilitate spūs. Scda nobilitas
est carnis. Ista etiā fuit nobilis
beatus Nicolaus. de quo canitur.
Nobilissimis siquidem natalib⁹
ortus. Et ab illa ꝯmendat̄ ꝓpter
conditiones quas debent habere
nobiles et per quas cognoscunt̄. ⁊
sunt sex. ¶. Prima quia debent eē B
liberales. videmus em̄ in natura
q̄ q̄nto animal est nobilius tanto
est liberalius. Sicut ꝓbat Plini⁹
in speculo naturali de aquila que
est regina auiū. cibū quē predādo
acquirit sola nō comedit sed alijs
auibus sequentibus liberaliter di-
uidit. ideo multe aues ꝓpter hanc
causaz eā sequunt̄. Ita et nobiles
huius mundi debent esse liberales
pauperibus eos alendo et nulli ca
lūniam faciendo. quēadmodū bea
tus Johānes baptista docuit lu.
iij. dicens. Neminem concuciatis
neq̄ calumpniā faciatis. quasi di
ceret ꝫ nutriatis. Sed heu hic pōt
dici de illis quod scripsit Ezech.
xxvj. Statue tue nobiles in terrā
corruerunt. hoc est nobiles qui tā
q̄ columpne deberent debiles su
stentare in terernaz cupiditatez

deuenerunt et solent pauperes dep̄dari, vt verificet̄ illud ysa. j. Principes tui infideles socij furū om̄es diligunt munera. Et Ezech. xxij. Principes lupi eius in medio rapientes predam ad effundendū sanguinē ad predandas animas et sectandū lucra. Quis em̄ nunc inter nobiles sequit̄ naturā nobilis aq̄le vt sua cum alijs diuideret certe pauci. Qui em̄ nobiliū more antiquoꝝ principū fundant episcopatus et ecclesias sicut Karolus magnus Heinricus Wentzeslaus ꝫ heu anichilant ⁊c. Talis nō fuit beatus Nicolaus sed fuit multum liberalis more aquile pauperes alēdo. Applica hic exemplū de frumēto quod pauperibus tēpore famis distribuit ex legēda. Aliud de quodam ꝯuicino suo qui ob paupertatē ꝓposuit tres filias suas ꝓstitui. cui successiue clam tres massas auri in domū eius ꝑ fenestrā proiecit Tales modo nō sunt in mundo. nec inter seculares nec spirituales ꝫ sunt certi inter spirituales licet habundent et multa habeant beneficia tn̄ nō sunt liberales circa pauperes nō aduertentes illd̄ Jhero. in. c. gloria epi. xij. q. ij. ꝙ omnis possessio sacerdotū elemosina est pauperū. et si quid vltra necessitatem vite possiderint nec in elemosinaꝫ pauperū erogauerint furtum ⁊ sacrilegū existit. ideo timēdū est ꝙ ꝓpterea multi dampnent̄ Exemplū quod ponit apiari⁹ de quodā cancellario parisiensi. qui multas habuit p̄bendas ⁊c. vide ī ortulo meffret sermone. j. de sctō Nicolao B. Scd̄o veri nobiles debent clementes et mites esse in vicijs remittendis sicut rex apū. qui nō vtit̄ aculeo ad vindictā. ⁊ illd̄ inuit̄ in noīe homo in themate q̄ homo scd̄m Aristo. j. ethi. est animal mite et mansuetū natura humile. dicit̄ ab humo quod est infimū elementū. idcirco reges tanq̄ꝫ nobiliores insignū pietatis et clemencie inungunt̄. vt in. c. j. de sacra vnctione. Jta beatus nicola⁹ vere nobilis fuit mitis in vicijs remittendis. nā iniuriā sibi illatam ab hominibus malis nō statim sicut certi sancti vindicat sed tanq̄ꝫ homo mitis tollerat. vt de eo dicitur illud Eccīastici. xlv. Jn fide et lenitate fecit illū sanctum et elegit eū ex omni carne. De eius mititate refert Johannes diacon⁹ exemplū de quodā iudeo qui ymaginem in domo sua collocauit ad custodiendū res suas vide in legēda Tercio nobiles debēt esse veraces in verbis iuxta illud ꝓuerb. xvij. Nō decent stultū verba composita nec prīcipē labia mēdacij. Optimū clinodiū est veritas. in nobilibus olim erat generale nūc est rarū. Jdeo dicit ps. Nolite ꝯfidere ī principib⁹. q. d. Raro est veritas in ip̄is. p̄i apipendunt multa sigilla et multiplicant verba ꝫ in eis ē pauca fiducia. Talis nō fuit beatus nicolaus sed totus verus. ideo canit̄ de eo ī missa. Misericordia et veritas cū ip̄o. Jta beatus Nicolaus fuit verax in verbis. Et p̄t dici de eo illud. j. Reg. ix. Est vir dei in ciuitate hac nobilis quod loquitur absq̄ꝫ ambiguitate venit. Quarto nobiles debēt esse mundi

qꝛ nobilia animalia in locis mũ-
dissimis ꝯmorant̃ ß porci in luto
delectant̃. Ideo legit̃ in gestis phi
lozophoꝝ. Cũ quidã inmũdꝰ corã
quodã phio diceret se libencius cũ
mulieribꝰ q̃ꝫ cũ philozophis ꝯmo-
rari. ille rñdit. Et sus libentius in
sceno gaudet q̃ꝫ fonte sereno. Ita
beatus nicolaꝰ vt vere nobilis ser
uauit mũdiciã qꝛ sciuit eẽ scriptuꝫ
ꝓuerb. xxij. Qui diligit mũdiciaꝫ
ꝓpter verba labioꝝ habebit amicũ
regẽ. Quinto nobiles debent eẽ mo
desti. nõ voraces. non potatores
ꝛc̃. Hanc modestiã btũs Nicolaꝰ
ab infancia vsqꝫ in finem habuit.
Cũ em̃ matris vbera lactaret du-
obus diebꝰ ieiunauit ĩ septimana
q̃rta et sexta feria in his tm̃ semel
suxit deinde per totũ diẽ abstinu-
it. Sicut de eo canit̃. Quarta ⁊ se
xta feria semel sugebat vbera. Et
hoc est contra multos p̃sertim no
biles qui nolũt ieiunare assummẽ
tes ꝓ se illud Bernh. Affligendũ ẽ
interdũ corpꝰ ß non ꝯterendũ. q̃a
modus in omnibus est habendus
putantes per hoc corpori fieri ma
gnã violenciã. ymmo dicũt. quid
ꝓdest hoĩ multũ ieiunare non em̃
potest hoĩem sanctificare. in quo
tñ false loquũt̃. qꝛ ieiuniũ scd̃ꝫ Au
gust. mentẽ subleuat. carnẽ spiri-
tui subicit. Cor ꝯtritũ facit. ꝯcu-
piscentie nebulas dispergit. libidi
nis ardorẽ extinguit et castitatis
lumen accẽdit. hec ille. Et certe si
ieiunium ad sanctitatẽ non ꝯfer-
ret nequaq̃ꝫ btũs Nicolaꝰ spiritu-
sancto inspiratus in infancia ie-
iunare incepisset. ieiunauit nanq̃ꝫ
qui adhuc nullũ peccatũ ꝯmiserat
et tu peccator ĩueterate dudũ mul-
ta peccata ꝯmisisti et pro eis satis
facere nõ vis dũtaxat vno die scꝫ
sexta feria in septimana ieiunare
in qua dñs pro te magnã sitim su
stulit felle et acceto potatꝰ sangui
nẽ p̃ciosum fudit. mortẽ acerbissi-
mam sustinuit vt te a morte libe-
raret. Certe si nũq̃ꝫ aliquod pecca
tũ cõmisisses adhuc feriã sextã ad
honorẽ xp̃i passionis ieiunare de
beres. qꝛ habet̃ in. c. ieiunia. de cõ.
di. iij. ꝙ sexta ⁊ quarta feria sunt
ieiunande nisi grandis necessitas
fuerit. qꝛ feria quarta Judas dñm
tradere cogitauit ⁊ feria sexta cru
cifixus est saluator. qui ergo illis
diebus nõ ieiunauerit videt̃ cum
tradente tradere saluatoreꝫ et cum
crucifigentibus crucifigere. Glosa
id est crucifixo non ꝯpati. nam si
non ieiunat nõ videt̃ contristari
de illa traditione et crucifixione ß
pocius eã probare. audiant vora
ces q̃ nõ libenter ieiunant exem-
plum quod btũs Greg. refert. iiij.
dial'. de quodã monacho qui ma-
gne estimationis habebat̃ vide ĩ
ortulo sermone. j. de sctõ Nicolao
circa finẽ. Sexto nobiles debẽt eẽ
strennui ⁊ viriles ad defendendũ
orphanos et viduas. Ideo portãt
gladios Ro. xiij. Non sine causa
gladiũ portat ß ad vindictã malo
rũ et defensionẽ bonoꝝ. Ip̃i em̃ st̃
illi q̃ veritatẽ ⁊ op̃ssos defendere
debent vt habet̃ in. c. regũ. xxiij.
q. v. Regũ ꝓpriũ ẽ facere iudiciuꝫ
et iusticiã ⁊ vi op̃ssos erigere ⁊ de
bent p̃esse et prodesse. et non obesse
pauꝑibꝰ. sicut fecit Dauid. j. regũ
xxij. Oẽs qui gemebãt ⁊ vexabãt̃

a Saul fugiebant ad dauid ⁊ liberauit eos. Ita fecit btūs nicolaus qꝛ liberauit tres milites iniuste captos ⁊ tres adolescentes ad mortē ꝯdempnatos vt patet in legenda Tercia est nobilitas virtutis siue operis. de qua Greg. Summa nobilitas ē clarū esse virtutibꝰ. ideo nō ex longis tunicis. ex magnis manicis ⁊ scissuris debēt nosci nobiles ꝫ ex moribꝰ. ꝓpter qđ dicit̄ ī c. ius. xl. di. Nobilitas moꝝ plus ornat q̄ꝫ ꝓgenitoꝝ. Ista etiā fuit nobilis btūs Nicolaꝰ. ¶ Pro quo nota ꝙ nobilitas bonoꝝ operū ex quatuor causis resultat quas in b. Nicolao fuisse reperimus. Primo ex cause efficientis puritate. nam quātū efficiens puriorē habet conscientiā tanto bona facta. verba. cogitata. affectata maiorē habent nobilitatē et efficaciā eo ꝙ ab illa ꝯsciencie puritate noscunt̄ effluere Hinc est ꝙ plus valet in merito buccella panis oblata de pura cōsciencia quā diuicie Cresi distribute ab illa que mortalibus vicijs implicata est cōscientia. Ideo beatꝰ Nicolaus in adolescentia non sicut illa etas assolet lasciuiam amplexus est mundi sed ecc̄iarum tetrebat limina et quod de scripturis audiebat armariolo condebat pectoris sicq̄ iuuenilē innocenter decurrit etatem sciēs qꝛ scriptū est Leuit. ij. Omnis oblatio que offertur dño absq̄ fermento scꝫ peccati erit. Scđo ex cause materialis difficultate. Ceteris em̄ paribꝰ quāto difficiliꝰ ē hoc quod agimus vel patimur tāto ꝑfectū opus ē nobilius. sicut maior ē crucifixio q̄ꝫ leuis flagellatio. magis est dare necessaria q̄ꝫ superflua. dare corpus q̄ꝫ res dare spiritū in obedienciā q̄ꝫ corpꝰ in penitentiā. Quātū em̄ materia in quā agit̄ est nobilior et ipi anime vicinior tanto opera que fiunt in ea sunt difficiliora et ꝑ ꝯsequēs nobiliora. nā multi traderēt bona temporalia qui nō traderent corpora vel ad penā vel ad mortē vel ad religionē. et multi tradunt corpora ad religionē qui volūtatem tradere nō possunt ad plenā obedienciā. et multi tradunt voluntatē ad obedienciā exteriorē qui tñ spiritū tradere nō possunt ꝑ ꝯtemplationem ad perfecte diuine ꝯformitatis interiorē vnionē. Beatus nicolaus aūt et res tradidit elemosine et corpus penitentie. voluntatem diuine obediencie et spiritum ꝯtemplationi interne. Tercio ex cause formalis caritate qꝛ quanto est ardentior tanto opus quod per eam offert̄ est nobilius. Hinc p̄cepit dñs leui. ij. Si offers munꝰ tuum primiciaꝝ frugū dño torrebis eas igne scꝫ caritatis. Primicie st̄ primi fructus per quos intelligūt̄ intentiones in hijs que agimus q̄ sunt velut primi fructus operum verboꝝ ⁊c̄. Vnde versus. Quicq̄d agunt hoīes intentio iudicat oēs. Hec ergo debent igne caritatis cōburi vt inflāment̄ amore et honore diuino. hic em̄ ignis tantū valuit in magdalena lacrimis rigante pedes dñi vt ñ solū culpā sed oēꝫ reatū ꝯsumeret. Sic in omnibus operibus beatus Nicolaus vigorosam caritatem ostendit. diuicias vt lutum dispersit. honores con

culcauit delicias repssit ⁊ pietatis affectib⁹ effectibusq; tot⁹ effluxit Quarto ex cause finalis diuinitate finis em̄ pfectus esse debet bnō fauor seculi non timor supplicij. nō amor p̄mij sed complacencia dilecti. et quāto plenius atq; intensi⁹ hunc finem attigerit tanto p actū opus nobilius atq; gloriosius dn̄o erit. Exinde beatus nicola⁹ soluz dn̄m inspectorem optauit Quātū ad secundū de gloriosa decessione quia abijt in regionē longinquaz accipere ⁊c. Nota qn̄ dn̄s terre pficiscit̄ in terram remotaz accipere ip̄am in suū dominiū siue potestatem gloriose solet incedere cū magno comitatu precedentibus cantoribus et tibicinis vt homines et incole regionis eiusdem videntes eius gloriosuz aduentū cū gaudio suscipiant et honorent. ¶ Mistice per hanc regionē longinquā intelligit̄ celestis regio. De qua Bern̄. in sermone de spirituali negotiatione. O regio sublimis et plena deliciaruz ad te suspiro de valle lacrimaꝝ. perambula anima spūalem regionē oculis desideriorū ⁊ vide regē stipatū. legionibus angelorū sanctoꝝ agminibus ornatū. superbos deponentem et humiles exaltantē et dic. Btī qui habitant in domo tua dn̄e ⁊c. hec. Bern. Ista regio gaudiosa aliquā habet ꝯuenientiā cū India regione que īter omnes regiones orbis scd̄m ysid. li. v. est maior et opulentior multos habens reges ditissimos. Ibi sunt lapides p̄ciosi Berilli Carbunculi Adamantes et margarite. ibi scd̄m Pli. spe. naturali li. vj. sunt hoīes qui nec dolore occulorū. nec dolore denciū languoribus afficiūtur nec ab immoderato calore solis eoꝝ corpa ledunt̄ ꝫ ab ortu diei vsq; ad occasum stant in calidissimis arenis et solē īmobilibus oculis intuent̄. O si hoc dr̄ de terrena regione multomagis de celesti q̄ ē omniū maxīa. De hac dicit bern̄. ꝙ regio celestis est tā magna ꝙ si omnes hoīes a primo hoīe vsq; ad vltimū saluarent̄ adhuc quilibz p sua parte maiorē partez obtineret q̄ est totus mund⁹. Qd̄ agnoscēs ppheta baruth. iij. O israhel q̄ magna est domus et ingens loc⁹ possessionis eius. Ibi secundum ysa. xxxij. Sedebit ppl's in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie et requie opulēta. Hec regio celica est oīm opulentior qr scd̄z p̄s. Gloria et diuicie in domo eius. ⁊ in hac regione multi sūt reges. qr omnes electi et electe sunt reges et regine. Tn̄ ibi p̄ oībus est rex xp̄s in cuius femore est scriptū rex regū et dn̄s dominanciū Apoc. xix. et reginarū regina virgo Maria que scd̄m Bonauenturā mirabiliter oīm spirituū mentes letificat. et miro et ineffabili gaudio omnem beatā creaturā inebriat. Ibi sunt lapides preciosi. sicut canit̄. Vrbs beata iherusalē ⁊c. Quia ibi sunt berilli purissimi hoc ē angeli puri. ibi sunt crisopassi scz patriarche et prophete. scd̄m ꝙ dr̄. Crisopassus tenebras pdit et lucē celat. sic patriarche fuerunt in tenebris et veniente luce defecerunt. ibi sūt carbunculi id est apostoli. qui in tenebris lux erant peccatoruz suis

exemplis et doctrinis. Ibi sunt adamantes scz martires qui nullo ferro persecutionū nec igne tribulationū frangi potuerunt sed solo sanguine ihesu xpi. Ibi sunt margarite cādidissime virgines que omnem celestē ornāt regionē. In hac regione beatitudinis nullus ē languor nec vll⁹ est dolor nec capitis nec corporis qz absterget deus oēz lacrimā ⁊c. Apoc. xxj. Ibi non ē est⁹ solis ß omnes electi quotidie respiciunt in verū solē xpm quem omnes angeli desiderant ꝓspicere j. petri. j. Ad ꝓpositū beatus nicolaus abijt hodie ꝑ mortē ꝑciosam in illā regionē gloriosaz vt acciperet eā ī suā ptātē ido multū honorifice processit ꝑcedentibus cantorib⁹ et hij fuerunt sancti angeli qui celesti armonia animā in eandem cum laudibus deduxerunt. Ideo dr̄ in legenda. Cū in celū duceret celestis cantilena a terrestribus ē audita vt impleret illd ysa. xxiiij A finibus audiuimus voces gloriam iusti. In ista regione ipe nunc accepit regnū decoris ⁊ dyadema speciei de manu dñi. Pōt hoc mēbrum exponi de abicione in hunc mundū vt per regionē longinq̄ ī telligatur presens mundus qui lōge est a regione salutis. Juxta ps Longe a peccatoribus salus. et per regnū intelligat pastoralis eminēcia. Ita ꝙ sit sensus ꝙ beatus Nicolaus per gloriosam natiuitatem abijt in hunc mundū accipere sibi regnū et dignitatez episcopalem.

F ¶ Vbi duo sunt notanda. primo de modo et qualiter acceperit illd regnū id ē episcopatū. scdo de causa ꝓpter quā ad eminenciaz pastoralem sublimat⁹ fuit. Propter primum est sciendū ꝙ illud regnū accepit mirabiliter respectu dei quia diuinitus electus fuit qn̄ voce lapsa de celo hunc esse dignum summo sacerdotio declarauit. Applica hic legendā quomodo sit elect⁹ Scdo hilariter respectu proximi. q̄a postq̄ fuit sic petentibus diuinitus reuelatus ⁊ per episcopū qui hoc indixerat presentatus omnes immensum gaudebant et dei magnalia attollebant. Tercio humiliter respectu sui quia fastidiū pastoralis honoris humiliter recusauit et ad id inuitus assumptus fuit. non em̄ ad ꝑlaturas sicut nunc fit aspirauit quia sciuit illud dictū beati Bern̄. Nunq̄ in honore sine dolore. in prelatione sine tribulatione. in sublimitate quis esse potest sine vanitate. Sed licet reniteret fuit tn̄ magnifice sublimatus. q̄a dicit in. c. scripturis. viij. q. j. Locus regiminis negandus est desiderantibus et offerendus est fugiētibus. ¶ Propter scdm est sciendū ꝙ ad pastoralē eminenciā fuit ex triplici causa sublimatus. Primo quidem ex eius affectione sincerissima nam in tante ꝑfectionis gradu ministrare illi qui est candor lucis eterne nulli congruit nisi mentibus puris et sinceris. Juxta illd ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Et ideo bene potuit dicere. Me autem propter innocentiam suscepisti. Quā quidē puritatez beatus Nicolaus habuit quia in suo officio nihil aliud q̄ dei honorem et proximi sa-

G

desiderio. preciperet a superiori cui obediendū esset ꝙ per obedienciaꝫ ꝯmederet. Illa ꝯmestio maiori remuneratione digna esset quā ieiuniū. Sic per talē modū cōiunctio parentū meorū fuit quādo ego cōcepta sum sine originali peccato. quia sicut filius meus et ego nūq̄ peccauimus ita nullū coniugiuꝫ fuit quod honisteus essꝫ q̄ illud d̄ quo ego processi. et qn̄ pater ⁊ mater cōuenerunt matrimonialiter plus fecit hec obediencia quā carnalis voluptas. quia alij coniuges cōueniunt ex voluptate carnali. mei vero parentes ex obediencia et precepto sed scito ꝙ mea conceptio nō fuit omnibus nota. qꝛ placuit deo ꝙ amici sui pie dubitarēt de cōceptione mea et quilibet ostēderet zelū suū donec veritas clarescerет in tpe ordinato hec Brigitta Sic ergo ptꝫ triplici via esse ostēsum Mariā virginē nō esse in originali peccato ꝯceptā videlicet autoritate ratione et exemplis. Vide de hoc pulcherrimū tractatum Dominici Bollani ad ducē venetorum qui hoc ꝓbat validissimis rationibus et argumenta aduersariorum pulchre soluit ⁊c. ¶ Hic cadit dubiū quare eccīa aget festum de conceptione btē virginis et nō de aliquo alio sancto cū tn̄ omnis homo cōcipiat̄ in peccato originali igit̄ potius deberet agi festum sanctificationis q̄ conceptionis Solucio ecclesia facit hoc propter tres rationes. prima quia fuit congruiter impetrata. Scd̄a quia fuit sublimiter sanctificata. tercia qꝛ fuit firmit̄ bene operata ⁊c. Quātum ad primū nota ꝙ cū Anna et Joachim non haberent filios q̄a steriles et per multos annos transissent sine prole orationibus et ieiunijs et elemosinis insistebant vt inpetrarent a deo prolē non diffidentes de liberalitate dei. quia qd̄ natura non valet gracia supplet. Votū etiam fecerunt offerendi ꝓlem deo in templo. diuidebāt quoq̄ suos redditos vt legitur in tres partes. vnā scꝫ templo. aliaꝫ pauperibus. terciam sibi et familie cōcedentes. et per huiusmodi ꝯtinuata impetrarunt fecunditatez. vbi ostēditur exemplo hoc non displicere deo dūmodo fiant sine supstitionibus et cuꝫ ꝯditione si saluti sue expediat. Apparuit ergo angelus eis et pronunciauit ꝙ haberēt filiā noīe mariā ⁊c. vt habetur in legenda. Quātum ad scd̄m nota ꝙ fuit sublimiter sanctificata. probat̄ per Petrū de Tarātasis di. iij tercij. quia quāto quis magis accedit ad sanctū sanctoꝝ tanto magis debet habere maiorē sanctificationis gradū. non em̄ est accessus ad deum nisi per sanctificationeꝫ Maria vero macer xp̄i plus omnib⁹ accedit ad filiū qui est sctūs sanctoꝝ. ergo debuit gradum sanctificationis habere maioreꝫ post filium. ¶ Et ad hoc intelligendū nota trts fore sanctificatiōes. Prima est communis que fit ꝑ sacramentum baptismi et hec remouet culpam ⁊ confert graciā. relinquit tamen fomitem et pronitatem ad peccādum et talis sanctificatio est in omnibus baptizatis extra vterum. Scd̄a ē specialis ī vtero sed

non statim dñ puer concipit sed postea. et hec est duplex. Una cuz puer egredit ex utero matris 7 hec fuit Jhere. Juxta illud. Antequ ex iret de vulua sanctificau te. Secunda est qñ ples est adhuc in utero totus. vt iohãnes baptista qui in sexto mense fuit sanctificat⁹ qñ scz virgo Maria concepto dei filio salutauit Elizabeth. 7 hec sanctificatio remouet culpaz et pnitatem peccandi mortaliter. Nã Jhere. et Johannes baptista post huiusmodi sanctificationẽ in utero licet raro peccauerunt venialiter nunq̃ tamen mortaliter vt dicũt doctores in tercio di. iij. Tercia ẽ specialissima scz in punctu creationis et infusionis anime. Talis fuit sanctificatio beate virginis in eius conceptione. Formato em corpore virginis ex Anna et Joachim concepto nõ ex spiritusancto quia hoc est soli⁹ xpi 7 creata anima virginis a deo et infusa mox et p eodem instanti sanctificata fuit. Ex quo sequit q beata Maria p nullo instanti aut tempore fuit peccati originalis obnoxia nec in tali concepta sed ab eodem specialissime preseruata. quod pbatũ est supra triplici via scz auctoritate exemplo et ratione. quare merito celebrat ecclesia festuz cõceptionis et nõ alterius sancti. Ideo dicit Hildefontus tolentanus epũs Beata virgo Maria nisi in utero sanctificata esset minime eius cõceptio colenda esset. Nunc aũt qa auctoritate totius ecclesie venerat̃ pstat eam a pctõ originali immunem fuisse. per quã nõ solum maledictio matris Eue soluta est vez et benedictio donata est. Ex quibus possumus colligere q beate vgini in puritate nulla creatura pura pparari põt. Oportet ergo priui legium sanctificatiõis sue omnez sanctificationem alioz̃ excedere. Nam hec sanctificatio sua in utero facta est per graciã singularez totius trinitatis. etiam p reseruauit eam ab originali culpa 7 remouit pnitatem ad peccandum tam mortaliter q̃ venialiter. que non fuit in alio sancto puro homine 7 sic patet etiam ratio tercia. Nam dico q firmiter operata est bonuz et cõtinuiter quia nullũ vnq̃ peccatum cõmisit nec etiam venale Nõ sic fuit in alijs ab utero sanctificatis. nam omnes venialit̃ peccauerunt ideo merito celebratur festum cõceptionis eius et nõ aliorum sanctorum ꝛc.

De sancto Thoma apostolo sermo octauus.

Omin⁹ meus et deus meus Johãnis. xx. ¶

Pro introductiõe nota q hec pfessio sancti thome laudabilis est ppter tria. quia vera. quia plena et quia deuota. Vera est quia verissime ipe est solus dñs solus deus. vt canit ecclesia in ympno angelico. dicuntur quidam dij multi et dñi multi. nobis autem vnus deus. et vn⁹ dñs Jhesus xps. j. Coz. viij. Et quia solus dñs ideo ab omnibus timendus. quia solus deus ideo ab omnibus adorandus. Scdo modo est cõfessio plena. omne em credibile A

aut refert̃ ad humanitatez aut ad diuinitatem scd̃m distinctionem articuloꝝ et ideo confitet̃ dn̄s meus quātū ad humanitatē, et deus meus quātū ad diuinitatem. Prius dixit dn̄s postea deus quia per visibilia ad inuisibilia ascendit. Ro. j. Dum per ea que sunt humanitatis ad ea que sunt diuinitatis venit. Dicit̃ aūt dn̄s scd̃m humanitatem ratione precij. j. Petri. j. Non corruptibilibus auro ꝛc. j. Coꝝ. vj. Empti estis precio magno. Dicit̃ deus a theaste id est cōsiderare omnia. nulla em̄ eum latent. Tercio est confessio deuota. non soluz corde credidit sed ex deuotione clamauit. deuotio em̄ est feruor bone voluntatis quā mens cohibere nō valens certis manifestat indicijs. Ideo sanctus Thomas exclamando dixit. Dn̄s meꝰ ꝛc. ¶ In verbis p̄missis sctūs thomas in tribus ꝯmendat̃ videlicet in fidei perfectione. in vtili predicatione, in mirabili operatione. Primo ꝯmendatur in fidei perfectiōe. Vbi nota ꝙ sancti Thome fides habuit triplicē statum scz dubitationis. perfectionis ⁊ cōsumactiōis. Dubitationis quia didimꝰ nam cū alij discipuli dixerunt vidimus dn̄m ipe dubitauit ⁊ dixit Nisi videro in manibus eius fixuram clauoꝝ et mittam digitū meum ꝛc. Vbi Aug. Illa dubitatio est permissa ꝓpter nos quia deus ē adeo bonus ꝙ nullū malum ꝑmittit quin bonū ex eo elicere velit. Nam licet dubitatio in se fuit mala tn̄ bonum venit ex ea quia nostre fidei firmitas. De quo Greg. in omel. hodierna. Plus nobis valet thome incredulitas q̄ Marie magdalene repentina fidelitas. qz dum ille palpando ad fidem reducitur nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidat̃. nā sicut dispensatiue voluit matrem suam desponsare vt sponsus esset testis virginitatis. sic discipulum dubitare ꝑmisit vt esset testis vere resurrectionis. Ex hoc tamen nemo debet putare sanctū thomā alijs apl'is minorem eo ꝙ in fide dubitauit quia ex hoc nobis magna vtilitas consecuta est. nā ex hoc sequeret̃ Petrū esse alijs minorem eo ꝙ xp̄m negauit qui tamen est caput ⁊ princeps oīm apostolorum. Vide de hoc exemplum de quodam rustico simplici qui noluit habere thomā pro apl'o suo eo ꝙ in fide dubitauit ī thezauro nouo de sanctis sermone. xvj. Scd̃o fides sancti thome fuit in statu ꝑfectionis. cū dixit. Dn̄s meus ⁊ deus meus. quia tunc scd̃m Bedā altitudinem diuine virtutis resurrectione celebrata fide certa penetrauit. ꝙ aūt perfectam fidē habuerit patet nō tantū ex sua confessione qua dixit dominus meus ꝛc. Sz ex quatuor. Primo quia xp̄s eius fidem approbauit cū dixit. Quia vidisti me thoma credidisti. aliud quidem vidit ꝫ aliud credidit hominem vidit et deū confessus est. vbi diuinitatē credidit quā nō vidit ꝛc. ¶ Hic cadit dubiū vtrū de eodem possit esse fides et visio. nā apl's ad heb. xj. dicit. Fides ē substancia reꝝ sperandaꝝ argumentum nō apparentiū. Et Aug. sup

iohannē. Fides est virtus qua cre
dunt̄ que non vident̄. Tamē xp̄s
dicit thome. Quia vidisti me tho
ma credidisti. ad hoc rn̄det Bona
uentura in quarto dist. xxxiiij. q̄
visio ⁊ fides nō possunt esse de eo
dem vno ⁊ eodē respectu sed bene
diuersis respectibus. nā qn̄ aliquid
ita videt̄ ex vna parte q̄ ex alia
lateat. scd̄m illud quod latet pōt
esse creditum licet ex altera parte
videatur. cū ergo in xp̄o videret̄ a
thoma vel alio apl'o aut eius mr̄e
illud quod ad eius corpus ⁊ huma
nitatez spectabat tn̄ diuinitas ei⁹
sensum ⁊ visum latebat ⁊ sic tan
tum credebat̄. Et hoc est qd̄ gre.
in omel'. dicit de thoma. Alid̄ vi
dit aliud credidit vt supra. Scd̄o
perfectio fidei sancti thome patet
ex eo q̄ scd̄m Crisost. tres magos
baptisauit qui facti sunt ei adiuto
res in predicando. Ex quo patet
quātā ī fide excellēciā habuit q̄ pri
micias genciū baptisare ꝓmeruit
Tercio ex eo q̄ in ciuitate edissa
vbi corp⁹ suū q̄escebat nullū here
ticum gentilē aut infidelez viuere
permisit. neq̄ aliquē tyrannū ibi
nocere. postq̄ abagarus rex illius
ciuitatis epl'am manu saluatoris
scriptaz accipere meruit ⁊ deinde
per sanctū thomā sanatus ⁊ ī fide
confirmatus fuit. Naz si qn̄ gens
aliqua contra ciuitatē illā insurre
xit infans baptisatus supra portā
ciuitatis stans epl'am illā legit et
ea die tam saluatoris scriptura q̄
apl'i thome meritis hostes fugiūt
aut placant̄ veruz tn̄ q̄uis longo
tempore durauerit nihilomin⁹ po
stea ciuitas illa capta fuit a sarra
cenis et ꝓphanata sublato benefi
cio ꝓpter habundanciā peccatoruz
Quarta perfectio fidei eius patet
ex eo q̄ ꝓ fide magna tormēta su
stinuit. Nam a pincerna regis in
maxillā percussus fuit. a rege In
die incarceratus. Deinde nudis pe
dibus iussus est ambulare sup̄ la
minas ferreas ardentes. Postea ī
fornacem ardentem est proiectus.
⁊ tandem lanceis transfixus Sz
omnia ista tormenta que pro fide
sustinuit xp̄s sibi in gloriā ꝯmu
tauit. nam de ꝑcuciente maxillaz
accepit iustā vltionē īcarcerat⁹ a
rege accepit honorificā liberatiōez
Super laminas adustus accepit
fontis emanationē. In fornace ꝓ
iectus accepit roris refrigerationē
Lanceis ꝑforatus accepit felicē co
ronationem ⁊c. Tercio fides sctī
thome fuit in statu ꝯsummatiōis
qn̄ post eius mortē mutata est in
claram visionem dei. vbi modo
tripllici de causa ē noster adiutor
pro fide optimus. quia potest. scit
et vult. Primo potest validissime
Si em̄ sunt omnia possibilia cre
denti vt dicit̄ Math. xvij. quāto
plus beatifice videnti. Scd̄o no
uit plenissime. Eccīastici. xxxiiij
Qui nō est temptatus quid scit. q̄
non est expertus pauca recogno
scit. ꝫ ille in fide temptatus fuit.
vnde merito hodie petit ecclesia.
vt ei⁹ fidē ꝯgrua deuotione secte
mur. Scd̄o btūs thomas cōmēda
tur in vtili predicatione. nam sua
predicatione multum fructū attu
lit quia multos conuertit. Vna
em̄ die ad predicationem eius ba
ptisati sunt nouem milia viroruz

exceptis mulieribus ⁊ paruulis. Item conuersos nutriuit verbo ⁊ exemplo ac corporali subsidio. verbo quidem quia sollicite p̄dicauit assimilando verbum dei collirio emplastro ⁊ potioni ⁊ cibo sicut ī legenda patet. nam quosdam ad fidem illuminabat. istis apponebat colliriū. Quosdam a tumore sup̄bie stringebat istis apponebat emplastrum. Quosdam ad confessionez inducebat istis apponebat potionē. Quosdā timidos ꝯfortabat istis dabat cibum. Scd̄o conuertebat ⁊ nutriebat exemplo. vnde etiā in nuptijs abstinebat existens sibi parcus. fuit deo fidelis et deuotus. Vnde dixit Babano nuncio regis. habeo seruū fidelem qui oīm laborum mihi in mercedē apportat. Tercio nutriebat corporali subsidio quia thezaurū de quo pallaciū facere debebat pauperib⁹ tribuit. ⁊ in hoc mundo ꝓuidit et regi ⁊ pauperi ⁊ sibi. Regi q̄ pallaciū sibi in celo fabricauit. Pauperibus quia eos iuuit in eoruz penuria. Sibi quia p̄miū ⁊ laudem promeruit. ¶ Circa predicta quero quibus gentibus p̄dicauit sanctus thomas. Ad quod respondet yß. in li. de vi. ⁊ obitu sctōꝝ. Thomas discipulus xp̄i ac similis saluatori. audiendo incredulus videndo fidelis fuit. Hic euangeliū predicauit parthis medis ⁊ persis hyrcanis ⁊ bragmānis. ⁊ intrans orientalem plagam ⁊ interna genciū p̄dicās ibi predicationem suā vsq̄ ad vltimum sue passionis perduxit. In eius aūt legēda habet̄ ꝙ p̄dicauit ī india vbi nomē xp̄i plurimū exaltauit. ¶ Sed diceres quo ydeomate predicauit predictis gentibus. Ad hoc dico ꝙ sctūs thomas sicut ⁊ ceteri apl̄i ꝑ donū linguaꝝ quod acceperunt in die penthecostes predicauit linguis omniū genciū. vnde Greg. et est glo. Act. ij. Spiritussanct⁹ super discipulos in igneis linguis apparuit et eis omniuz linguarū scienciā dedit. Et paul⁹ j. Coꝝ. xiiij. dicit. Gracias ago deo ꝙ omniū vestrū linguas loquor. Quod declarat sctūs thomas scd̄a scd̄e. q. clxxvj. dicens ꝙ primi discipuli xp̄i ad hoc fuerūt ab ip̄o electi vt per vniuersum orbez fidem eius predicarent. non autez erat conueniens vt qui mittebantur ad alios instruēdos indigerēt ab alijs instrui qualiter alijs loq̄rētur vel qualiter que alij loquebātur intelligerent p̄sertim quia isti qui mittebant̄ erant alterius gentis scz iudee. erant etiaz pauperes et impotentes nec de facili a prīcipio reperissint qui eoꝝ verba alijs fideliter interp̄tarent̄. vel verba alioꝝ eis exponerent. maxime q̄ ad infideles mitebant̄ et ideo necessariū fuit vt super hoc eis diuinitus ꝓuideret̄ ꝑ donum linguaꝝ vt sicut gentibus ad ydolatriā declinantibus introducta est diuersitas linguaꝝ. ita etiaz quādo erāt gentes ad cultū vnius dei rouocā de contra huiusmodi diuersitatem remedium adhiberet̄ ꝑ donum līguarum. et q̄uis fieri potuisset ꝙ per vnam linguā apl̄i loquētes ab omnibus intelligerent̄ tamen cōueniencius fuit ꝙ ip̄i omnibus linguis loquerent̄. quia hoc ꝑtinebat

ad perfectionē scientie ipōz p quā intelligere nō solū loqui ꝫ intellige re possent ea que ab alijs dicebā tur. ⁊ ideo glo. Act. ij. dicit q̄ ma ioꝛi miraculo factū est q̄ apli om niū linguaꝝ generibus loquerent tē. ¶ Tercio beatus thomas ꝑmē dat in mirabili operatione. Que quidem apparuit in paradiso. ī ce lo. in mundo ⁊ in inferno. In pa radiso quidem in pallacio q̄ regi indoꝛ fabricauit. In celo in luce q̄ super debiles ac infirmos resplēdu it ⁊ omnes sanauit. In mundo ī bestijs sicut in cane qui manum pincerne ipm penitentis abscidit. In plantis sicut patet i ramo pal me pleno dactilis qui in manu sponsi ad eius benedictionem ap paruit. In hominibus vt patet in pluribus quos miraculose curauit In elementis. quia in fornacem ignis iectus in nullo fuit lesus. Idem patet in terra quia in prin cipio sepulture eius manu ppria de monumento extenta ad se ve mentes dignos communicauit et ab indignis manū cū eucharistia retraxit vt in longa eius legenda habet. Exemplū de quodā famu lo qui furatus fuit ficus ꝑ duobus denarijs ⁊ non poterat summere sacramentū de manu apostoli do nec confiteret plenarie et satisfa ceret. Itez in inferno quia ad mā datum eius demon ydolū totum ꝑminuit ⁊ liquefecit. Hanc autez mirabilem operationē habuit per amoꝛem qui eū deo vnuit a quo virtutez operandi recepit. Sicut cū corpus vnitur anime recipit ab eo virtutem operandi. ⁊ ab ea se paratum nichil potest penitus sepa rari. sicut nec peccatoꝛ separatus a deo. Juxta illud Joh. xv. Sine me nichil potestis facere. Vñ Cris. super Math. Tria totus mundus mirabatur scz ꝟbm post mortem surrexisse. carnem in celum ascen dere. et per duodecim apostolos piscatoꝛes totuz mundū conuertis se. Huius aūt quadruplex fuit cā scz pecunie contemptus. glorie de fectus. seculariū occupationum se gregatio. et terribiliū passionum tolleratio. ¶ Vltimo circa thema quero vtrum beatus Thomas de necessitate salutis tenebat appa rente sibi domino ⁊ dicente sibi. Infer digitū tuū huc tē. confiteri fidem diuinitatis ⁊ humanitatis in ꝟbo. Ad hoc dicendū q̄ de neces sitate salutis tenebat thomas illa hoꝛa facere illā confessionem. Pro euidencia illius conclusionis no ta q̄ ea que sunt necessaria ad sa lutem cadunt sub ꝓceptis diuine legis. Cōfessio aūt fidei cū sit quid affirmatiuū nō potest cadere nisi sub precepto affirmatiuo. Vñ eo modo est de necessarijs ad salutē quo potest cadere sub ꝓcepto affir matiuo diuine legis. ꝓcepta autez affirmatiua nō obligant semp et pro semper ꝫ pro loco ⁊ p tempoꝛe ⁊ sc̄m alias circūstancias debi tas sc̄m quas oportet actū humā nū limitari ad hoc q̄ sit actus vir tuosus. Sic igit̄ ꝓfiteri fidez nec semp in quolibet loco est de neces sitate salutis. sed aliquo loco ⁊ tē poꝛe quando videlicet per omissio nem huiusmodi confessionis sub traheret̄ honoꝛ debitus deo vl̄ etiā

vtilitas pximis impendenda. puta si quis interrogatus de fide taceret ⁊ ex hoc crederet vel ꝙ non haberet fidem vel ꝙ fides nõ esset vera vel alij per eius taciturnitatem auerterent a fide. in huiusmodi em̃ casibus confessio fidei est de necessitate salutis. sed iste casus ẽ in p̃senciaꝝ. iaꝫ em̃ primo dixerat thomas ꝙ nolebat credere nisi videret in manibus fixuram clauorum ⁊ mitteret digitum ⁊c̃. Modo vero nõ fuisset confessus ore fidem perfectam de xp̃o estimatus fuisset nõ habere fidem de xp̃o. vñ dñs ait illi. Noli esse incredulus ꝫ fidelis. Vel estimatus fuisset tenere ꝙ fides xp̃i nõ esset vera vel fortasse alij discipuli visa contumacia istius aut taciturnitate auerterent se a fide. Item subtraxisset non ꝯfitendo ex quo iã erat suspectus honorem debitum deo ⁊ vtilitatem a fidelibus quã ex sua confessione receperunt. Sed diceres q̃re dñs dicit Lu. x. Beati oculi qui vident que vos videtis. ⁊ hic dicit Beati qui non viderunt. modo videre ⁊ non videre contradicũt

H ¶ Ad hoc dicendum ꝙ duplex est beatitudo vna ẽ rei alia spei. Prima scd̃m Boecium Est stat⁹ omnium bonorum aggregatione perfectus ⁊ illa consistit principaliter in fruitione ⁊ aspectu diuinitatis ⁊ consequenter in visione humanitatis xp̃i motu dilectionis ad ip̃m. Et hac beatitudine ex meritis nullus potest esse dignus. quia dicit Origenes de ritu ecclesie. Si quis bona cunctorum perpetrasset atqꝫ totius mundi tormenta attulisset non dum tamen eterna beatitudine dignus esset nisi eam nobis xp̃i amarissima passio meruisset. Et de hac beatitudine intelligitur illud verbum xp̃i. Beati oculi qui vident que vos videtis. q̃a apl̃i viderunt eius humanitatem Et vere summe beatus erit qui ad hanc beatitudinem meruerit peruenire vbi xp̃m non solum in hũanitate sed in purissima videbit deitate. Ad quam peruenit beatus thomas vbi sine fine fruitur dei visione ⁊ iam non dicit illud verbum futurum p̃s. Saciabor cum apparuerit gloria tua. sed p̃teriũ Saciatus sum gloria tua. Scd̃a beatitudo est spei que non solum habetur in p̃senti. ⁊ ista consistit in merito future beatitudinis. et ideo beatior est hoc modo qui pl⁹ meretur non videns q̃ꝫ videns. et de hac intelligitur p̃sens verbũ xp̃i ad beatum thomaꝫ. Beati qui nõ viderunt et crediderunt ⁊c̃.

In die sancti Thome apostoli sermo nonus de euangelio.

Ide manus meas ⁊ affer manũ tuam ⁊ mitte in latus meum ⁊ noli esse incredulus sed fidelis Johannis. xx. Hec sunt verba xp̃i per que thomam discipulũ ab errore sue infidelitatis reuocauit. Legitur em̃ in euangelio ꝙ dominus alijs discipulis post resurrectionem absente thoma apparuit. Qui cum sibi resurcectionem dñi retulissent audita credere renuit dicens. Nisi videro fixuraꝫ clauorum ⁊ mittam manum meam in

De sancto thoma apostolo

latus suum nón credam. vnde do minus die octauo iterum eis appa rens per verba p̄missa eum reuo cauit ab incredulitate dicens vide manus meas ꝛc. ¶ In verbis pre missis duo tangunt. Primo ꝯpi dñi de sua resurrectiõe certificatio ibi vide manus meas ꝛc. Scdo sancti thome a dubietate ⁊ incre dulitate resurrectionis reuocatio. ibi. Et noli esse. Quantum ad pri mum nota q ꝯps ostendit thome specialiter suam dilectionez supra ceteros apl̃os in quatuor. Vnde ꝯps exhibuit se ei quadrupliciter vi delicet ad tangendum. ad confitẽ dum. ad certificandum. ad inflã mandum. Primo exhibuit se ad tangendum. Vnde quidam di scipuli cognouerunt ꝯpm resurre xisse ex visu vt Lucas ⁊ Cleophas euntes in Emaus Lu. vlti. Quã dam ex auditu vt petrus ⁊ ceteri discipuli scdm illud Marci. xvj. Ite dicite discipulis eius ⁊ petro. quia surrexit dñs. Quidam ex gu stu vt discipuli qui iuerunt ad pi scationem Johannis vlti. Sz so lus sanctus thomas p tactum nul li eñ se exhibuit ad tangendum ni si thome. Vnde ꝯps dixit Marie magdalene. Noli me tãgere qua non dum ascendi ad patrem meũ Johannis. xx. Nec se solũ ꝯps tho me exhibuit ad tangendum corp̃ suum sed ⁊ vulnera corporis sui. ita vt digitus mitteret in loca cla uorum ⁊ manus in latus ꝯpi. ido in eius laudem decantat ecclesia. O thoma didime p ꝯpm quez me ruisti tangere te ꝑcibus rogamus altissimus succurre nobis miseris ne dampnemur cum impijs in ad uentu iudicis. Scdo ꝯps exhibu it se thome ad confitendum. statñ em viso ⁊ palpato ꝯpo factus est theologus veram ⁊ integram fidẽ ꝯpi confitendo quantũ ad huma nitatem ⁊ diuinitatem dicens do minus meus ⁊ deus meus. viden do eñ ꝯpm hunc verum hominez credidit ⁊ deum hunc esse quem vi dere non poterat exclamauit. Si cut em ante passionem nullꝰ apo stolorum aperte confessus est eum esse verum deum nisi Petrus. qui dixit. Tu es ꝯps filius dei viui. Math. xvj. Sic etiam post resur rectionem ⁊ ante eius ascensionẽ nullus est confessus ꝯpm esse verũ deum nisi thomas. Tercio exhibu it se ꝯps thome ad certificandum licet em alijs apostolis ꝯps appa ruerit post resurrectionem tamen singulari modo thomam certifica uit in eo q̃ volunt q̃ homo morta lis tangeret corpus glorioſuz. hoc autem est singulare miraculũ. vñ Gãfredꝰ carnoteñ ep̃s dicit. Non em credendus est iste minoris me riti pre ceteris fuisse vt ipe solus in dicaretur indignus visione domi ni. Nam post dies octo iterum ve nit ihesus ⁊ thomas erat cum eis cui cuncta replicantur a domino que prius locutus fuerat velut de absente in quo dominus specialiꝫ thomam se diligere ostẽdit. Quar to exhibuit se ei ad flammandum q̃ius em ante passionem multa se creta reuelauerit Johanni vt patz Johannes. xiij. tamen secreta ec clesie post resurrectionem non re uelauit alicui familiarius q̃ tho

me. Unde Gamfredus vbi supra dicit. Quid aũt mirum si mita de notione moy exclamauit dñs meus ⁊ deus meus. non eñ erat iam quod de eius diuinitate quod de veritate resurrectionis aliquatenus hesitaret quem nec arcerent clausa nec laterent secreta. Hec ille. q̃ si diceret. thomas diuina reuelatione cognouit xp̃m esse verum deum ⁊ hominem ex hoc p̃ ianuis clausis ad discipulos venit. ⁊ sic corpus glorificatũ se habere ostendit. ⁊ ex hoc p̃ secreta eum scire intellexit replicando verba thome q̃ dixit alijs discipulis absente Jhesu. Et ratione huius reuelationis thomas valde accendebaẽ ī amore xp̃i. Si eñ ex verbis xp̃i accendebantur hij duo discipuli euntes in Emaus dicentes. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dũ loqueret nobis ī via ⁊ aperiret nobis scripturas quãto magis inflãmabatur thomas ex contactu vulnerum xp̃i ymmo ⁊ ante passiõez xp̃i thomas ostendit magnam caritatem ad cristũ dum ipse dicerz Johannis. vj. de Lazaro. Eamus in iudeam Lazarus amicus noster dormit ⁊c. alijs eñ discipulis tunc dicentibus. Nonne iudei te volebãt lapidare ⁊ iterum vadis illuc thomas dixit eamus ⁊ moriamur cũ eo ⁊c. ¶ Circa primum modum exhibendi est dubium vtrum sanctus thomas tetigerit cristum. Et quidam dicunt q̃ non ex eo q̃ quãdo vidit immediate credidit ⁊ pre reuerencia nõ fuit ausus tangere tãtũ dñm. Ideo cristus dixit ei. qa vidisti me thoma credidisti. non dixit quia me tetigisti. Alij autez asserunt q̃ thomas tetigit cristuz vt sic verbis eius obediret. qui dicebat ei infer digitum tuum huc. Et quando cristus postea retulit Quia vidisti me thoma ⁊c. accipitur visus pro tactu. nam visus propter suum nobilem modum cognoscendi transfertur multotiens ad actum aliarum potentiarum sensitiuarum. Unde Augu. Non ait tetigisti sed vidisti me quoniam generali quadam modo sensus est visus naz ⁊ per alios quatuor sensus nominari solet. veluti cum dicimus audi ⁊ vide q̃ bene sonat. olfac ⁊ vide q̃ bene oleat. gusta ⁊ vide q̃ bene sapiat. tange ⁊ vide q̃ bene caleat. Unde ⁊ hic dñs dicit. Infer digitum tuũ huc ⁊ vide manus meas. vbi nihil aliud ait quam tange ⁊ vide cum tamen ille occulos in digito non haberet. Hãc sentẽciã approbat ecclesia cũ de ipso canit. O thoma didime p cristum quẽ meruisti tangere ⁊c. vt supra circa hunc modũ exhibẽ di ⁊c. ¶ Sed diceret quis. quas vtilitates consequimur ex tactu beati thome. Ad hoc dico q̃ tres. Prima quia per hoc in fide confirmamur. quia in cristo tangendo vulnera carnis sanauit in nobis vulnera mentis. Unde gregorius in omelia huius euangelij. Plus nobis profuit infidelitas Thome ad fidem q̃ fides aliorum discipulorum credencium. Quia dum ille ad fidem palpando reducitur nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. Secunda vero vtilitas est ista quia per hoc,

spes nostra erigitur ⁊ roboratur. qui cū audis petruz negasse ⁊ thomam dubitasse. pauluz persecutū ecclesiam fuisse. Dauid homicidiū ⁊ adulteriū commisisse. ⁊ de alijs sanctis Maria magdalena ⁊ matheo ⁊c. ⁊ tales penitētes a xp̄o exaltatos fuisse tollitur merito a nobis omnis desperatio ⁊ spes venie tribuitur scd̄m illud p̄s. Sperent ī te omnes qui nouerunt nomen tuum qm̄ non dereliquisti querentes te domine. Quasi diceret. Si relīquis siue permittis vt peccent. si relinquis vt recidiuent tñ non derelinquis vt in peccato perseuerēt si saltem faciunt quod in se ē. Tercia vtilitas quia per hoc caritas ī nobis inflammat̄. quid em̄ magis amorem nostrum accenderit q̄ꝫ ꝓ nobis inflicta vulnera xp̄i tangere. Vnde Greg. Super omnia te mihi amabilē reddit caritas quā bibisti id ē amarissima passio tua quam pro me ex caritate sustinuisti. Ex dictis patet ꝙ nemo debz putare thomam apostolum alijs apl'is minorem eo ꝙ in fide dubitauit quia ex hoc nobis p̄dicte vtilitates consecute sunt. naz ex hoc sequeretur petrum alijs minorem eo ꝙ xp̄m negauit. qui tñ fuit caput ⁊ princeps omniū apostolorū Huius exemplū habemus de simplici rustico qui thomam dubitātez noluit habere ꝓ apostolo vide in thezauro nouo sermone. xvj. Quantū ad scd̄m qd̄ ī themate tāgitur scz sancti thome a dubietate ⁊ incredulitate resurrectiōis reuocatio cum xp̄s dicit. Noli esse īcredulus ⁊c. ¶ Pro quo nota ꝙ beatꝰ thomas fuit de resurrectione xp̄i. ⁊ de illius diuinitate modo singulari certificatus ⁊ aꝫ incredulitate reuocatus. Cuz em̄ audisset apostolos recitātes resurrectionē xp̄i qui eis apparuerat ip̄a resurrexionis die illo absenti credere noluit. sed respondit. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum. et mittam digitum meuz in locum clauorum ⁊ mittam manum meā in latus eius non credam. Vbi Crisost. ait. Sicut simpliciter credere qualitercunqꝫ credere facilitatis est ita multum inuestigare est gloriosissime mētis. ⁊ per hoc thomas accusat̄. alijs apostolis enī grossior existens eam que ꝑ sensuz est grossissimum scz tactum querebat fidem ⁊ neqꝫ occulis credebat Vnde non sufficiebat dicere. nisi videro ⁊c. sed addidit ⁊ mittam digitum meum in locum clauorū et mittā manū meā in latus eius non credam. Sed post dies octodum erant omnes vndecim congregati apparuit illis ihesus. vbi inquit Crisost. Non statim xp̄s apparuit sed post dies octo vt interim thomas a discipulis ammonitus attendat in maius desiderium ⁊ fidelior fieret in futurū. stās ergo in medio Jhesus dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit Thome Infer digitū tuum huc ⁊ vide manus meas ⁊ auffer manum tuam ⁊ mitte in latus meū ⁊ noli esse incredulus ꝫ fidelis. Consideremus q̄ꝫta fuit benignitas xp̄i ihesu qui nō expectauit ꝙ interrogaretur a thoma ꝫ ex sua misericordia q̄si eū p̄uenies īuitat ad se ꝯgnoscēdū

Respondit vero thomas iam ī fi
de confirmatus dn̄s meus ⁊ deus
me⁹. Cui xp̄s dixit. Quia vidisti
me thoma credidisti bt̄i qui non
viderunt ⁊ crediderunt. Vt autez
predicta bene intelligam⁹ duo du
N bia veniunt declaranda. ¶ Primū
vtrum corpus glorificatum palpa
bile sit a tactu nō glorificato. Ad
hoc dixerunt quidam ꝙ corp⁹ glo
rificatum est intangibile. quod ꝓ
bare ꝯtendunt quia Greg. ī ome.
inquit. Corrumpi necesse est quod
palpat̄ ꝫ gloriosum corpus est in
corruptibile ergo ⁊ impalpabile.
Insup Crisost. in ome. ait. Dignū
est querere q̄liter corpus īcorrupti
bile tangibile fuit mortali manu
sed ne tumultueris ꝯdescensionis
em̄ fuit. Tamen contrarium pro
bari potest. Nam Luc. vltimo. c.
xp̄s dixit apostolis. Palpate ⁊ vi
dete. Et greg. in omel'. Palpabile
fuit per veritatem nature et subti
le per effectū spiritualis potencie.
Preterea in corpore glorioso erit
veritas ossis ⁊ carnis. Caro ē mol
lis et os durum sed durum ⁊ molle
sunt obiecta tactus ergo corp⁹ glo
riosum est tangibile. Ad habendū
huius dubij expressam noticiā sciē
dum scd̄m Bonauenturā ī quatto
di. xlix. ꝙ cum dico tangibile duo
dico scz qd̄ potest immutare sensū
et hoc est perfectionis. ⁊ quod nō
potest latere tactum nostrū ⁊ hoc
est imperfectionis. Et quia ī cor
pore glorificato remanebit quod ē
perfectionis et tolletur quod ē im
perfectionis. Ideo dicenduz ꝙ cor
pus gloriosum potest se p̄bere tan
gibile et potest non p̄bere siue late
re. ⁊ hoc scd̄m diuersas conditio
nes nam tangi potest quia potest
impellenti resistere cum sit corpus
verum nō fantasticum latere pōt
quia potest penetrare organum ta
ctus. primum habet per veritatez
nature. scd̄m ꝑ effectum spiritual'
potencie. Et hec duo contraria st̄
in nobis sed non in corpore glorio
so. Ad illud aūt quod obiciebatur
quia quod palpat̄ est corruptibile
Dicendum est ꝙ verum est de eo
quod est tactui subiectum. sed il
lud nō erat in corpore xp̄i ideo cō
descensionis fuit ⁊c̄. Scd̄m dubiū
ē quas doctrinas habere possum⁹
ex verbis xp̄i dn̄i cū dixit ad tho
mam vide manus meas ⁊c̄. Ad
hoc dicendum ꝙ specialiter tres.
¶ Pro quo nota ꝙ triplices sūt ma
n⁹ dn̄i scz plasmatrices. redemptri
ces et punitrices. Manus plasma
trices nihil aliud sunt q̄ꝫ dei boni
tas ⁊ potencia que nos de nihilo
creauit. De quibus Job. x. Man⁹
tue dn̄e fecerunt me ⁊ plasmauer̄t
me totum. Vide ergo primo pecca
tor manus plasmatrices ⁊ cogno
sce dei potenciam ⁊ humilia te in
omnibus ⁊ deuz time. Nam sicut
ille manus habuerunt potenciam
de nihilo te plasmandi. ita adhuc
habent potenciam te cum volue
rint dissipandi. Ideo dicit beatus
petrus. j. petri. v. Humiliamini
sub potenti manu dei. Fatuus er
go est ille qui differt reconciliari il
lius cuius beneficio id est gracia
subsistit. In manibus enim domi
ni vita et mors bonum ⁊ maluz
Eccīastici. xv. Vide ergo man⁹
plasmatrices ⁊ hūilia te ꝑ pn̄iam

sub eis. et ne differas de die in diem subito em̄ veniet ira illius et disperdet te Eccīastici. v. Scdo sunt manus redemptrices xp̄i et st̄ realiter manus corporales ip̄i⁹ De quibus ysa. xlix. In manibus meis descripsi te. nō inquā persuprapositionē coloris sicut faciunt scriptores et pictores ꝫ per clauorū confossionem. In illis autem manibus relucet dei misericordia. et ideo si peccatorem nō mouet potēcia plasmatoris ad conuersionem siue penitenciam saltē eum moueat misericordia redemptoris. Ecce q̄ dulciter alloquit̄ dn̄s peccatorem dicens. Vide man⁹ meas ⁊c. quasi diceret. Recogita quanto amore pro te sustinui vulnera et reama me. Facit em̄ xp̄s more nobilium qui volentes reuocare aues suas carnes rubricatas. aut aliud rubeum eis ostendunt. Sic xp̄us volens peccatorem errantez reuocare rubricatas manus sanguine suo ostendit dicens. Vide manus meas ⁊c. Et ideo hec verba debēt esse ad consolationē omnibus infirmis in extremis laborantibus. ac si diceret illis xp̄s. In omni tēptatiōe que tibi occurrit a dyabolo a mundo et a carne dum morti appropinquas vide manus meas ⁊c. id est recōmenda te amarissime passiōi mee hoc em̄ sit vltimū refrigeriū tuū quia ex propria virtute nō poteris stare nec demonē vincere sꝫ per meritum passionis mee ꝑ quod xp̄s dn̄s voluit radicari memoriam passionis sue in cordibus nostris. Dicit em̄ Inno. iij. de vili. ꝯdi. hu. ꝙ in fine cuiuslibꝫ hominis xp̄s apparebit in cruce. Tercio sunt manus punitrices. ⁊ nihil aliud sunt q̄ dei iusticia que vnicuiq̄ tribuit scd̄m merita sua. Si em̄ peccatorem nō mouet redire misericordia redemptoris saltez moueat euꝫ iusticia punitoris. vide ergo manus meas punitrices ⁊ pertimesce iusticiam. Si em̄ pensares quantā iusticiom deus exerceret ī purgatorio taceo de īferno vtiq̄ ꝑtimesceres. Audi qualiter clamant pauperes anime in purgatorio. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. quia manus dn̄i tetigit me sez puniendo Job. xix. O q̄ durus ē hic tact⁹. Excedit em̄ illa pena vt dicit Aug. omnem penā huius mundi. ⁊ habet̄ in. c. fi. de pe. dist. vij. Non em̄ differt a pena inferni nisi quia ista temporalis. ista eterna vt dicit grego. Studeat ergo quisq̄ sic hic delicta corigere vt p⁹ mortem non oporteat eū hanc penaꝫ tollerare. Et inuocem⁹ sctm̄ Thomam ⁊ sibi sedule serniamus quatenus in nostris necessitatib⁹ et maxime in extremis succurrat Vt autem cognoscamus quantū sanctus Thomas sibi seruientib⁹ succurrat audiamus exempluꝫ de quodam medico vide in thezauro nouo sermone scd̄a in fine ⁊c.

In die natiuitatis xp̄i sermo decimus de euangelio ⁊c.

mpleti sūt dies vt pareret ⁊ pepit filium suū primogenituꝫ

lu. ij. ¶ Pro ītroductiōe thematis nota ꝙ in sacra scriptura triplex

A

reperit̄ ỹpi natiuitas scz eternalis temporalis et spiritualis. Eternalis est qua ỹps ab eterno ex̄ do patre nascit̄. scd̄m quā habet patrem sine matre. illā representat prima missa que habet̄ hodie i media nocte quia omnino occulta est. ysa. liij. Generationē eius quis enarrabit. In qua cant̄ p introitu illud ps. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. dicit̄ ego singulariter et nō alius. Spiritualis natiuitas ỹpi ē q̄ fit i mēte cuiuslibet iusti. Nā scd̄m magistrū in primo di. xv. filius dei visibiliter semel missus est. frequenter mittit̄ a patre inuisibiliter in animas iustor̄ vt percipiatur et agnoscat̄. Percipit̄ aūt et cognoscit̄ per inspirationē bom affectus quotiēscūq̄ em̄ bonū affectū concipimus ⁊ ad effectū pducimus totiens filiū dei concipimus ⁊ generam⁹. vñ Leo papa dicit. De⁹ p affectū concipit̄ p effectū nascit̄. p profectū nutrit̄ ⁊ tribulatiōib⁹ roborat̄ Scd̄m hanc natiuitatē spiritualē ỹps habet patrem ⁊ matrem. De qua in euangelio Math. xij. Si quis fecerit voluntatē patris mei ille meus pater soror ⁊ mater est. Hec spiritualis representatur per terciam missam que clara die celebratur et in ea fit mentio in euangelio Joh. j. Erat lux vera que illuminat ⁊c. Tercia natiuitas ỹpi est temporalis siue carnalis quando de matre temporaliter sine patre in salutem omnium natus est vt hominem redimeret et ei viaz vite monstraret. ¶ Et de hac loquitur thema. Impleti sunt dies. Et representat̄ p scd̄am missam q̄ canit̄ in aurora que est partī lucida partim obscura. Sic ⁊ temporal' natiuitas ỹpi partim est occulta partim manifesta. occulta quātuz ad modū. manifesta quātū ad factum. Hanc natiuitatem hodie celebrat sancta mater ecclesia. et de ea intendo loqui ⁊c. Impleti sunt dies ⁊c. In quibus verbis duo pr̄i cipaliter contemplari debemus. Primo ỹpm nascentem. scd̄o virginē parturientē. Primo contemplari debemus ỹpm nascentem in quo ꝑsiderare debemus natiuitatis mirabilitatē. ¶ Est em̄ admirabilis quia mirabiliter facta ex̄ parte beatissime prolis. ⁊ q̄ mirabiliter est ostensa in factis miraculis. et tercio quia mirabiliter facta ex̄ parte generis humani. primo dico q̄ natiuitas ỹpi mirabilis est ex̄ parte prolis triplici ratione. primo quia subitanea ⁊ i instanti tam in vtero q̄ extra vterum. Nostra autem natiuitas siue conceptio est successiua ⁊ in tēpore. ¶ Vbi aduertendum secundū theologor̄um doctrinam q̄ corp⁹ ỹpi in sua conceptione fuit in instanti formatum ⁊ quantum ad perfectionem membror̄um ⁊ partium ipsius perfecte organisatum. Vnde Greg⁹. xviij. moraliū. Angelo annunciante ⁊ spiritusancto aduenient̄ mox verbum in vtero mox intra vterum verbum caro Et magister in tercio distinc. xij. Verbum non suscepit nisi carnez formatum. Hoc autem congruuz fuit secundum sanctum Thomaz ⁊ Bonauenturam triplici ratione

In die natiuitatis dnmini

Prima ē ex parte verbi assum mē
tis quia nō debebat verbū assum
mere partem humane nature sed
totam id est carnē et animaz que
nō debet vniri nisi carni organi
sate. Scda ratio ex parte virtutis
operantis quia virtus diuina ope
ratur miraculose. hoc aūt ē mira
culū ꝙ femina concepit sine viro
Ideo ad ostensionē potencie subi
to formauit illud corpus quod na
turaliter nō potest nisi successiue.
Tercia ratio fuit ex parte virgīs
concipientis que statim vt cōsen
sit repleta fuit spiritu sancto ⁊ mr̄
dei effecta. ⁊ quia mater dei non
erat nisi esset deus vnit⁹ humane
nature. ideo statim cuz consensit
deus homo factus ē. corpus itaqꝫ
illud sic formatū a deo paruū fuit
vt magister dicit ꝙ obiectū ocul'
vix videri potuisset. Quātū vero
ad quantitatē molis nō statim ꝓ
ductum est ꝫ successiue tā in vtero
q̄ꝫ extra. quod ꝯueniens fuit scdm
Bonauenturā triplici ratiōe. Pri
mo ꝓpter legis vniuersitatis con
seruationem quia deus nō opera
tur miraculis vbi natura potest
operari. ⁊ quia natura poterat cor
pus illud successiue ad ꝑfectaz quā
titatem adducere ideo nō statim
ex miraculo completū fuit. Scdo
ꝓpter fidei ꝯfirmationē vt scilicet
ostenderet ꝙ habuit veraz et non
fantasticam carnē. Tercia ratio
ꝓpter humilitatis et caritatis xp̄i
ꝯmendationem qui ꝓ nobis cum
excelsus deus esset tam paruulus
videri voluit. Secūdo natiuitas
xp̄i ex parte prolis est mirabilis.
quia in alijs conceptionibus natu
ralibus proles non est alterius na
ture sed tantū eiusdem cū matre.
In hac mirabili conceptione pro
les nō tantū est eiusdez nature cū
matre sed etiā alterius nature scz
diuine cū patre. Tercia ratio ex
parte prolis quia in hac conceptio
ne et natiuitate mater est posteri
or prole. Et sic impletū est verbū
sapientis Ecc̄iastici. xxiiij. Qui
creauit me requieuit in tabernacu
lo meo. In alijs natiuitatibus na
turalibus mater non est posterior
sed prior ē prole. Scdo natiuitas
xp̄i est admiranda nō solū ex par
te prolis sed etiā ex miraculis ip̄a
die natiuitatis ostēsis. Nulla em̄
ē creatura in qua nō fuerunt ostē
sa mirabilia. ¶ Vbi nota ꝙ om̄is
creatura aut habet esse tantuz vt
lapides et omnia elemēta. aut ha
bet esse ⁊ viuire vt omnis planta
aut habet esse viuere et sentire vt
omnia bruta. aut habet esse viue
re sentire et intelligere. vt omnia
rationabilia. Primo ergo creatu
ra habens solū esse sicut elementa
et corpora celestia. ¶ In die natiui
tatis signū admirationis ostēde
runt. Et primo hoc apparuit in t̄
ra. Nā vniuerso orbe pacato ⁊ im
perio romano supposito romani
ad honorem deorū quoddā templū
mire magnitudinis ⁊ pulchritudi
nis construxerunt ab ydolis suis
querentibus quātum duraret dixe
runt quousqꝫ virgo pariet. tunc ro
mani pro impossibili habentes ꝙ
virgo vnq̄ꝫ pareret vocauerunt il
lud templū pacis eternū. Sed iux
ta vaticiniū ea nocte qua virgo
peperit funditus corruit. Similit̄

iuxta vaticiniũ Jhere. per totum mundũ vniuersa ydola corruerũt. Scdo hoc apparuit in elemento aque. nam fons est rome. qui pro aqua oleum emanauit die natiuitatis xpi ⁊ tam copiose quousq; tiberim profluxit. Prophetauerit em̃ sibilla. Quando erumpet fons olei xps nascet̃. De hoc miraculo scribit Jnno. scds. Tercio hoc apparuit in elemẽto aeris qui ipa nocte tanta claritate refulsit ꝙ noctem in lucez diei conuertit. Quarto hoc apparuit in elemento ignis qui lucem suã super aerem tenebrosam effudit ⁊ diei claritatez adduxit. Quĩto hoc apparuit in celo ⁊ hoc tripliciter. Primo quia ipo die tres soles visi sunt in oriente qui paulatim in vnum corpus solare conuersi sunt. Scdo quia visa est rome ymago virginis cum puero in circulo aureo in celo circa solez ostẽsa octauiano a Sibilla. Tercio in stella magorũ hac die ipsis ostensa que formaz pulcerrimi pueri habebat. in cui⁹ capite crux fulgebat. dixitq; eis. Jn iudeam ite regem natum querite. Scdo natiuitatez admirabilem ostendit creatura que non solũ habet esse ꝫ etiam viuere. nam vinea Erigadi que balsamũ ꝓducit ipa nocte floruit ⁊ fructuz ꝓduxit. Tercio hoc apparuit in creatura que supra esse ⁊ viuere habet sentire vt sunt bruta animalia sicut dicit Bonauentura de boue ⁊ azino ꝙ postq̃ Maria peperit ⁊ puerũ in p̃sepio reclinauit mox genuflexerunt et eum adorauerunt saltem suo modo. iuxta illd̃ ysa. j. Cognouit bos possessorem suũ ⁊ asinus p̃sepe dñi sui. ysidorus etiã hispaleñ. in quodam sermone de natiuitate dñi dicit ꝙ instante xpi natiuitate animalia bruta fari voce hũana nõ dubitant̃. nã bos in roma ⁊ agn⁹ in egipto locuti sunt humana voce. deo em̃ hec omnia ⁊ maiora st̃ possibilia. Sic legit̃ numeri. xxij. ꝙ asina balaam locuta fuit. Quarto hanc natiuitatez mirabilẽ ostẽdit creatura rationalis. naz ⁊ angeli pastoribus nunciauerũt ⁊ d̃o gloriam cantauerunt. ⁊ ipi pastores postea alijs retulert̃. Jtẽ dicit Jhero. sup illud ysa. ix. Lux orta ẽ eis ꝙ ĩ nocte natiuitatis dñi tãta fuit lux ꝙ oẽs zodomite extincti fuerint ꝙ deus ideo fecit vt om̃es eradicaret vt in natura q̃ assumpserat tanta immundicia decetero non inueniret̃. O deus omnipotẽs vtinam nunc finis esset huius mali nephandissimi. inuehe cõtra tales taz extra q̃ intra matrimonium ⁊c̃. dic vt scis. Tercio natiuitas xpi fuit mirabilis facta ex parte humani generis. quia deus p̃termissa nobili ⁊ sublimi natura scz angelica que ꝑ peccatũ erat corrupta assumpsit naturaz infimã et infirmam scz humanã. ¶ Sed quare deus nõ assumpsit angelicã naturam in eadez angelos lapsos ⁊ humanam naturã redimendo. Solutio ꝓpt̃ tres causas. Prima quia angelus peccauit nullo suggerente. ⁊ sic ex apprehensione ⁊ cõditione electionis angelice nature peccatum eius erat irremissibile. quia statim cõfirmatus fuit ĩ malo. homo aũt peccauit ex suggesti

one aliquo impellēte ⁊ sic poterat aliquo adiuuāte resurgere ⁊c. Secunda causa omnes angeli mali simul peccauerunt. nō aūt omnes homīes ꝫ vnꝰ peccauit actu ⁊ alij in virtute. ⁊ sic iustū fuit angelos malos finalē dampnationem consequi. nō aūt homīes qui ꝓprio arbitrio nō peccauerunt. Tercia taz tota humana natura erat lapsa ī primo homine. Angelis autez quibusdam peccantibus manserunt alij integri. ⁊ sic magis decuit naturaz humanā que tota corruerat in natura assumpta per diuinam misericordiā repari q̄ꝫ naturā angelicā q̄ nō tota corruerat. ¶ Secundo principaliter circa verba thematis contemplari debemus virginē parturientē. Circa quod dico ꝙ natiuitas xp̄i est mirabiliter facta ex parte dn̄e scz Marie virginis parientis ⁊ hoc quītupliter. primo modo quia mulier sine viro concepit. scd̄o ꝙ ꝯcipiens virgo permansit. tercio ꝙ in partu v̄go inuiolata permansit. Quarto ꝙ pariendo dolorē nō sensit. q̄nto ꝙ simul mater ⁊ filia fuit. Primo dico ꝙ valde mirabile fuit ꝙ mulier sine viro concepit. nam cōtra naturā est ꝙ sine vtriusq̄ cōmixtione generet̄ aliquis. vnde ⁊ ipa mater sapientissima illud sciens dū conceptum angelus ei nunciaret ipa ait. Quō fiet istud ⁊c. q̄ si diceret. scd̄m naturā inferiorē ē impossibile ⁊ sic soli deo hoc ē possibile. ⁊ sic quartū modū mirabilē faciēdi hominē deꝰ ostēdit. ¶ Nā sicut dicit Anßhel. deus p̄t quatuor modis hominē facere scz sine viro ⁊ femina sicut fecit Adam de limo terre. Sine femina ⁊ de viro sicut fecit Euam. De viro ⁊ femina sicut ꝯmunis probat vsus. Et quarto de virgine sine viro. sicut hodie mirabiliter factū ē. Scd̄o mirabile fuit ꝙ concipiens virgo permansit ⁊ ideo tanq̄ꝫ arduuz et mirabile longe ante ꝓphetatuz fuit. ysa. vij. Ecce virgo concipiet. Vnde Augu. inquit Maria. ecce ego te filium generaui ꝫ virginitatem meam nō violaui. regnum tenui virginitatis ⁊ regē genui castitatis. Tercio mirabile fuit ꝙ ī partu clausa ⁊ inuiolata permāsit Cū duo corpa grossa in eodem loco simul esse non possunt. ideo lōge ante tāq̄ꝫ mirabile per Ezechi. ꝓphetatū fuit. xliiij. c. Vidi inq̄t portam in domo dn̄i clausam. et dixit angelus ad me. porta hec nō aperiet̄ ⁊ homo non transibit per eaz quia dn̄s solus intrabit ⁊ egredie t̄ per eaz ⁊ clausa erit in eternū Super quo Aug. in sermone que incipit. Castissimū Marie virginis vterū ⁊c. querit quid est porta in domo dn̄i clausa nisi ꝙ maria semper erit intacta. ⁊ quid ē ꝙ solus dn̄s intrat per eaz nisi ꝙ sp̄us sanctus imp̄gnauit eam. ⁊ quid ē homo nō egredie t̄ per eam nisi q: Joseph nō ꝯgnouit eam. ⁊ quid ē clausa erit in eternū nisi ꝙ Maria virgo fuit ante partum. ⁊ virgo post partum. Deinde inducit Augu. Mariam sic loquentem. Porta facta sum celi. ianua facta sum filio dei. illi facta sum ianua clausa qui post resurrectionem suā ingressus est ꝑ ostia clausa. Quarto

mirabile fuit ꝙ parens dolorē nō sensit peperit nanq; filiū sine dolore ⁊ cū maxima iocunditate sicut predixerat ysa. xxxv.c. Germinans germinabit sicut liliuz ⁊ exultabit letabunda. Ido canit ecclesia. Nesciens mater virgo virū peperit sine dolore saluatorem seculorum. vnde ipa sola a maledictione eue fuit tota immunis. cui dictuz fuit gen̄. iij. In dolore paries filios. Econtra per angelū dictuz est Marie Aue quasi sine ve Eue Nec audiendi sunt illi qui dicunt obstetrices ibi fuisse ad obsequiuz virginis. Quia Jhero. aduersus Heliudiū dicit. Nulla ibi obstetrix fuit. nulla muliercularū sedulitas int̄cessit. ⁊ mater ⁊ obstetrix fuit. Pannis inquit euangelista inuoluit infantē ⁊ posuit ī p̄sepio Quīto mirabile fuit ꝙ simul mater ⁊ filia eiusdem fuit. nō em̄ natura patitur ꝙ aliqua sit mater sui genitoris. Ideo tanq̄ admirabile dicit̄ Marie per ꝓphetā in p̄s. Audi filia ⁊ vide ⁊c. ¶ Circa scd̄az ꝑtem thematis est dubiū quō xp̄us sit primogenitus Marie cū tamē post eum nullum alium filium genuerit Pro quo nota. Eliudi⁹ hereticus a quo eliudiani heretici dicuntur de quib⁹ habet̄ in.c. quidā autem. xviiij.q.iij. qui dicunt p⁹ natum xp̄m alios mariā filios peperisse de viro Joseph. Et argum̄ta sue ꝑfidie ꝓbant ex illo Math. j. Vbi dicit euangelista Et Joseph nō cognoscebat eaz donec peperit filiū suū primogenitum. Ac si diceret ꝙ licet Maria non sit cognita a Joseph ante xp̄i uatinitatez tamen postea ⁊ alios filios genuit. Scd̄o arguunt etiaz ex hoc ꝙ ibidem ⁊ hic Lu. ij. dicit̄ primogenitum. quia primogenitus non dicit̄ nisi respectu alioꝝ filioꝝ secūdo genitorum. Tercio ex hoc ꝙ Math. xij. ⁊ Marci. iij. dicitur ꝙ xp̄s habuit fratres igitur ⁊c. Sed quia illud est hereticum ⁊ reprobatum per ecclesiam in.d.c. quidam ⁊ contra superius dicta quia Maria semꝑ virgo permansit in partu et post partum vt canit ecclesia Post partū virgo inuiolata pmāsisti ⁊c. Et vt dicunt doctores ꝙ Maria vouerit castitatem et Joseph etiā vouerit ⁊ seruauerit perpetuam castitatem. Item p̄dicta heresis derogat ⁊ iniuriam facit dignitati. gratitudini ⁊ sanctitati matris xp̄i. que ingratissima videretur si tanto filio contenta nō fuisset. Et si virginitatem que in ea conseruata fuerat sponte perdere vellet per carnis concubitū. Itē derogat ⁊ iniuriam facit honestati Joseph viri sui. esset em̄ ei īputandum ad p̄sumptionem maximam se eam quam reuelante angelo de spiritusancto deū concepisse cognouerat polluere attemptasset ⁊ ideo semꝑ post partuz virgo permansit. Ad argumenta dictoꝝ hereticoruz inimicorum puritatis Marie. ¶ Ad primum dicit̄ ꝙ hec dictio donec aliqn̄ significat tempus determinatum quo transacto aliquid fit. vt cū dicit̄. Ille nō cōmedit heri donec trāsirz hora. xj. i. expleta hora vndecima ꝯmedit et non ante ⁊ sic non accipit̄ hic donec. Alio modo accipitur donec ꝓ

semper siue eterno vt in ps. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis, donec ponã ꝛc. quod nõ est intelligendũ ꝙ ipi inimici eius ponerẽtur sub pedibus xpi vt tpe iudicij ꝙ tũc dimittat sedere ad dexteraz patris ꝛ sic accipit hic donec cum dicit. Joseph nõ cognoscebat eam scz cognitiõe carnalis copule. donec id est semp. Et non semp valet tm̃ sicut nunq̃. quia cũ Maria vouerat virginitatẽ. ita exponit Jhero. ꝛ in pluribꝰ locis sacre scripture est similis modus loquendi vt gen̄. viij. vbi dicit. Corvus nõ ẽ reuersus donec siccarẽt aque. nõ ꝙ postea reuerteret. Et ĩ ps. Oculi nostri ad dñm deũ nostrum donec misereat nostri ꝛc. Vide ad hoc gloin. c. ioseph. de ver. sig. Aliqui tñ intelligunt hoc de cognitione faciei dicentes ꝙ ex p̃sencia xpi in vtero virginis tanta erat claritas in eius facie ꝙ Joseph eius faciem intueri nõ poterat ꝛ ideo nõ cognoscebat eam facie ad faciẽ donec peperit filiũ ꝛ sic ex vtero virtus euacuaret ꝛ sic donec capitur primo modo. Simil't dicit de claritate faciei moysi quia non poterant filij israhel in euz tendere vt habet .j. Coꝝ. iij. ¶ Ad scdm dr̃ vt habet in dicto. c. Joseph de verb. sig. ꝙ primogenitus dicit aliquis dupliciter scz priuatiue ꝛ positiue. ¶ Sicut superlatiuꝰ primus ꝛ quilibet alius dupliciter exponitur. Primo priuatiue aliquis dicit primogenitus qui primo nascitur etiam si nullus eum sequatur. ita cõmuniter accipitur ĩ sacra scriptura vt hic. ꝛ in leg e vbi precipiebat ꝙ primogenitus deo offerretur. Vnde si aliqua mulier soluz vnicum pariebat filium adhuc tanq̃ primogenitus offerrebatur. Alio modo dicitur quis primogenitus positiue ille quez fratres sequntur et qui ante omnes alios genitus ẽ ꝛ sic xps non est primogenitꝰ marie. quia tunc maria genuisset alios quod est falsum. Ad tercium dicendum ꝙ in euagelio fratres xpi nominantur cognati eius ꝛ consobrini eo ꝙ de eadem cognatione sunt. vt geniti ex duobus marijs sororibus marie virginis. Sicut Loth ꝛ Abraham dicũtur fratres gen̄. xiij. Non sit iurgiũ inter me et te fratres enim sumus cum loth fuerit filius fratris Abraham ꝛc.

In die natiuitatis domini sermo vndecimus de euangelio.

Natus est vobis hodie saluator qui ẽ xps dominus in ciuitate Dauid ꝛc. Lu. ij. Angelus sciẽs ꝙ hodie natus erat dei filius qui nos ad statuz salutis reduceret denunciauit hoc hominibus et testimonium perhibuit. ¶ Et non solum angelus sed omnes fines terre id est omnes creature testimonium perhibuerunt benedicte natiuitati xpi. Juxta illud ps. xc. Viderunt omnes termini terre salutare dei nostri. Omnes nanq̃ fines terre ꝛ omnes creature in tres partes diuiduntur. in creaturam que non viuit. ꝛ in creaturaz que viuit ꝛ non habz rationem. ꝛ ĩ creaturã q̃ viuit ꝛ habz ratõz Prima creatura bñdicte natiuitati testis

monium perhibuit illa videlicet que mō suo cognouit ⁊ veneraba. Primo em testificati sunt ip̄m sol luna ⁊ stelle. nā hac die in oriente tres soles apparuerunt qui statim in vnum cōiuncti sunt ad designā dum q̄ tria scz diuinitas. anima ⁊ caro in ip̄o coniuncta sunt. De stella patet (Math. ij.) que magis apparuit in qua erat quidaz puer habens crucem in fronte qui voce humana allocutus est magos in hac nocte dicens vt in iudeā pergerent ad regē iudeoz natum adorā dum. Item testificata sunt ei⁹ natiuitatem omnia elementa. nā in hac nocte obscuritas aeris in lucez quasi diei conuersa est. Et rome fons olei erupit qui fluxit vsq̄ in tyberim insignū q̄ fons pietatis ⁊ mesericordie natus erat omnib⁹ graciā ⁊ misericordiā largiturus. Templū etiam pacis rome corruit quod cū romani cōstruxissent i responsis demonuz acceperunt q̄ tunc corrueret quando virgo pareret. ⁊ hoc romani impossibile credentes posuerunt titulū templum pacis ieteruū. in hac aūt nocte dictum templū corruit. Item hodie vince Eugadi floruerunt ⁊ balsamum pduxerunt insignum q̄ ille erat nat⁹ quia omnia debebat cōseruare per virtutem liquoris sanguinis sui. Sic creatura sexta testimoniū perhibuit sicut patet in bue ⁊ asino inter quos ip̄s natus ponebatur qui scōm aliquos genuflexerunt. iuxta illud ysa. j. Cognouit bos possessorem suū ⁊ asin⁹ p̄sepe dñi sui. Cōtra multos miseros ip̄ianos q̄ hodie ip̄o genua nō flectunt. Sic creatura tercia. sicut patet primo in pastoribus. secō in octauiano impatore qui sicut i cronica continet illo natiuitatis die vidit celū apertum ⁊ puellam infantē in manibus tenentem. et audiuit vocē dicentē. Hec ara filii dei est. in quo loco id ē pallatio imperatoris in quo hec vidit ecclesia constructa vocat ara celi. Tercio idem patet in testimonio Simeonis et Anne Luce. ij. Quarto idē patz in certissimo testimonio matris dei que verissime de omnibus circūstancijs deponere potuit ⁊ hoc testimoniū perhibet dicens. Suscepit israhel puerū suum ⁊c. Quinto idez patet in testimonio angeli qui mentiri nō potest. qui dicit. Natus est vobis hodie saluator ⁊c. In quibus verbis tria de ip̄o tanguntur. ipsi⁹ natiuitatis veritas ibi. natus est hodie. secō natiuitatis vtilitas fructuosa ibi. vobis saluator. tercio infantis cōditio generosa ibi. qui est ip̄s dñs ⁊c. ¶ Quantū ad primum nota q̄ scriptura tres natiuitates ip̄i cō memorat scz eternaz ex patre. carnalē ex matre. spirituales in fidelium mente. Secōm primā scz diuinā ip̄s habet patrem sine mr̄e. De qua p̄s. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te vbi ego discretiue ponit. quasi ego ⁊ nō alius. Secōm carnalē ip̄s habet matrē sine p̄re. de qua ysa. vij Ecce virgo concipiet et pariet filium. Secōm spūalē ip̄s hz patrem et matrem. De qua in euangelio (Math. xij.) Si quis fecerit voluntatem patris mei ille meus pater

soror: ⁊ mater est. Has tres natiui
tates sub trib⁹ missis hodie repsen
D tat eccia. ¶ Et na natiuitas p: sus
est occulta ita vt dicat pphęta Ge
nerationem eius quis enarrabit.
Ad quod designandū prima mis
sa cantaī in pfunda nocte. Carna
lis natiuitas partim est occulta p
tim manifesta. occulta quantum
ad modū. manifesta quantū ad fa
ctum. Ad quod designanduz scda
missa cantaī in aurora. que parti
est lucida partim obscura. Spiri
tualis natiuitas est manifesta cri
sto manifestāte. qui dicit. Si qs
diligit me sermonē meū seruabit
nē. ypś em̄ per affectū concipiī. p
effectum nascitur. per consuetudi
nez facti nutritur. Ad quod signi
ficandum tercia missa cantaī in
die. Timentibus em̄ deū oritur sol
iusticie. id est ypś luz que iustifi
cat. Vel tres misse vt notat glo. ī
ca. nocte sancta. de conse. di. j. ⁊ in
ca. Osuluisti. de cele. mis. tres sta
tus hominū repsentant quos do
minus sua natiuitate a diabolica
potestate liberauit. scz missa matu
tinalis statum hominis ante le
gē qui totus fuit tenebrosus. Mis
sa aurore statum hominis sub le
ge qui habuit aliquid claritatis p
pter moralia pcepta. ⁊ aliquid ob
scuritatis ppter pcepta cerimonia
lia. ęa vt dicit. j. Cor. x. Omnia
in figura ptingebāt illis. Missa
vero tercia statum hominis post
ypi aduentum id est gracie repsen
tat qui totus fuit clarus. nō est er
go fabulosum vel fictū ypi natiui
tas ꝑ fide omni digna ⁊ veritate
subniya ⁊ auctate pclara. ij. pe. j.
Nō em̄ īdoctas fabulas secuti no
tā facimus vobis dñi nri ihu ypi
virtutez. Ad hanc ergo auctorita
tem insinuandā circa angelū ypi
natiuitatem nunciātem duo nar
rantur scz quia cum magna luce.
⁊ cuz multitudine celestis milicie
apparuit dicencium. Gloria ī ey
celsis deo. vt in euangelio. Hec em̄
duo multum faciunt ad veritatē
dicti angeli authenticandam scz q
fuit ī multitudine ⁊ lumine. facit
etiam ad veritatez confirmandā
determinatio temporis quia dicit
hodie id est hac die. ¶. Non intel p
ligas de die artificiali qñ sol est su
per nrm emisperiū. q: ypś natus ē
in media nocte. iuxta illd Sapie
xviij. Cuz mediū silenciū teneret
omnia nē. sed intelligas de die na
turali qui est. xxiiij. hor. ꝛ. vel di
cit hodie ppter certitudinem facti
vel dicit hodie quia tunc noz erat
illuminata vt meridies. Sic er
go habemus tempus qñ ypś nat⁹
est quia media nocte die dominī
ca ⁊ in hyeme sub Augusto cesare
id est Octauiano. anno ipius. xlij
qui ꝛgnominatus est augustus q:
valde auxit imperiū romanū. qñ
a creatione mundi scdm Bedam
fluxerunt anni. v̄ccc. lxxx. Unde ver
sus. Añ ihesum duo cc minus vno
milia quinqꝫ. Et tempus fuit con
gruum natiuitati ypi ex quintu
plici causa. ¶ Primo quia tempus a
fuit pacis maxime ⁊ copie tempo
talis habundancie in toto orbe.
Unde Jhero. dicit sup ysa. Vete
res reuoluemus historias ⁊ inueni
emus vsqꝫ ad. xxviij. annū cesa
ris Augusti in toto orbe terraruz

fuisse discordiam. ortō autem dño omnia bella cessauerunt. Conueniebat em̄ vt in illo tpe nasceret̄ qui est pax nostra faciens vtraq; vnū ad Ephe. iiij. Ipe etiam venit cū plenitudine graciaꝝ Joh. j. Plen⁹ gracia. Sic em̄ erat ꝓphetatū. ps lxxj. Orietur in dieb⁹ eius iusticia ⁊ habundancia pacis. Et ysa. iij. Non leuabit gens contra gentem gladium. ad gal. iiij. At vbi venit plenitudo temporis. Scdo quia illo tempore describit̄ orbis ⁊ hoc cōuenit xp̄o. Vnde Greg. Quid est ꝙ nascituro dño mundus describitur nisi ꝙ aperte demonstrat̄ ꝙ ille apparebat in carne. qui electos suos ascriberet in eternitate. Tercio in tempore illo census soluebatur cesari. hoc etiam cōuenit xp̄o. qui venerat nos de statu seruitutis in statum libertatis reducere. ⁊ ideo sicut mortalitatem nostraꝫ suscepit vt nos ad vitaꝫ reduceret ita vt Beda dicit eo tēpore dignatus est nasci quo ꝓpter omniuꝫ liberationem ipe seruitio subderet̄. Quarto in illo tempore vnus prīceps dominabat̄ in mundo. quo tempore congruebat vt nasceret̄. qui venerat suos cōgregare ī vnū vt esset vnum ouile ⁊ vnus pastor vt dicit̄ Joh. x. Quinto in illo tē tempore regnabat alienigena quo tpe nasci voluit vt ī pleret̄ ꝓphecia Jacob dicentis. gen. xlix. Nō anferetur sceptrū de iuda ⁊ dux de femore eius donec veniat qui mittendus est scꝫ messias. Sic habe
R mus congtuitatem tēporis. ¶ Dixi etiam ꝙ xp̄s natus est media nocte ad significandum ꝙ ipe essꝫ lux vera que illuminat omnem hominem ⁊i. Joh. j. Tunc impletum est illud ysa ix. Populus gencium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Etiam ad designādum ꝙ ipe esset qui educeret de lymbo sedentes in tenebris ⁊ vmbra mortis. ¶ Natus est etiā in hieme ⁊ sic tempore frigiditatis S
ita ꝙ pre frigiditate vagiret. vnd̄ canit ecc̄ia. Vagit infans īter arta positus presepia. ymmo pre frigiditate ⁊ membroꝝ teneritate lacrimas plorando emisit. iuxta illud Sapīe. vij. Ego nat⁹ accepi cōmunem aerem ⁊ primā vocem similem omnibus emisi plorans. Ad significandū ꝙ ipe venerat frigidas hominū mentes calefacere. Juxta illud Lu. xij. Ignem veni mittere in terram. ⁊ quid volo nisi vt ardeat. Et congrue. nā ignis caritatis quasi plene extinct⁹ erat Juxta illud ps. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt nō est qui faciat bonuꝫ non est vsq; ad vnum scꝫ xp̄m hodie natum. ¶ Preterea natus est die crescente quia in solsticio hyemali ad T
significandū ꝙ venit crescere q̄ntū ad sue potēcie manifestationē corā deo ⁊ hoībus. i. ad gloriā dei et vtilitatē hominū. Juxta illd̄ Lu. ij. Jhesus proficiebat sapiencia et etate ⁊ gracia apud deum ⁊ homines. Similiter ad significandum ad quemcumq; veniret illi apportaret omnia bona secum. iuxta illud Sapīe. vij. Venerūt mihi omnia bona pariter cū illa. ⁊ loquit̄ ibi de sapiencia increata que est filius dei. Et congrue. nam ante

ipius aduentū valde pauperes fui
mus nihil boni habentes. Juxta
illud thobie. iiij. Fili recordare q̄a
pauperē vitam gerimus ⁊c̄. Quā
tum ad scd̄m in quo tangit̄ nati-
uitatis xp̄i vtilitas fructuosa cuz
dicit natus est vobis saluator id
est salutis dator. Nam ip̄e per se
dixit Lu. ix. Filius hominis nō ve
nit homines perdere sed saluare.
Jdeo zach. ix. Exulta satis filia
syon ecce rex tuus venit tibi iust⁹
saluator ⁊ pauper. Fuit em̄ hec na
tiuitas benedicta vtilissima ⁊ fru
ctuosissima nam in filij dei aduē
tu in carnem vt dicit Wilhelmus
in rationali diuinoꝝ humanum
genus laborabat septuplici morbo
V ¶ Pro quaꝝ liberatione clamane-
runt sancti patres in lymbo ⁊ nūc
facit ecclesia existens in mundo ī
septem antiphonis ab o incipien-
tibus desiderio magno clamans
ab hijs liberari. Primo eramus
stulti ⁊ insipientes ideo indigeba
mus doctore ꝓpter peccatū enim
stulti ⁊ insipientes eram⁹. Juxta
illud p̄s. Homo cū in honore esset
non intellexit. ideo clamat eccia
pro doctore in prima antiphona.
O sapiencia ⁊c̄. Sed hodie na-
tus est nobis doctor veritatis ioh.
xviij. Jn hoc natus sum ⁊ ad hoc
veni in mundū vt testimoniū per
hibeam veritati. hodie natus est
ille qui est sapiencia patris qui di
xit ysa. xlviij. Ego dn̄s docēs te
vtilia. nā ip̄e est doctor qui reuela
uit nobis patris sui archana. De
quo Joh. xv. Omnia que audiui
a patre meo nota feci vobis. Se
cundo p peccatū eramus venditi.
De quo ysa. lij. Gratis venundati
estis q: pro vno pomo. Jdeo eccle
sia in scd̄a antiphona clamauit ꝓ
redemptore. O adonay ⁊c̄. hūc cla
morem deus pater audiuit ⁊ filiū
suū in redemptorē misit. De quo
p̄s. cx. Redemptionem misit dn̄s
populo suo. Nam hodie venit de
quo dicit apl's ad Tituz. ij. Dedit
seip̄m pro nob.s vt nos redimeret
ab omni iniquitate. hodie imple
tuz est illud ysa. xl. Ecce domin⁹
veniet ⁊ merces eius cū eo ⁊ opus
illius coraz illo scz opus redempti
onis. Sed quid ꝓdesset si essemus
docti ⁊ redēpti ⁊ adhuc post redē
ptionez detiniremur captiui. Sic
tercio per peccatum eramus capti
ui. De q̄ captiuitate habet̄ Treñ.
j. Propter multitudinez iniquita
tum eius scz Ade paruuli ⁊ poste
ri ducti sunt in captiuitatez. O q̄ꝫ
miserabilis ⁊ diuturna captiuitas
q: quinq̄ milia annoꝝ ⁊ vltra du
rauit. Jdeo eccia ī tercia antipho
na. O radix ⁊c̄. clamauit ꝓ libera
tore. Sz hodie venit liberator. De
quo ysa. lxj. Misit me vt captiuis
predicarem indulgenciam. Nam
ip̄e dicit Johannis. viij. Si filius
vos liberauererit veri liberi eritis
Nam liberatio humani generis fi
eri non potuit nisi per eum vt di
cit August. Nō liberaretur homo
nisi deus fieret homo. Sed quid
prodesset captiuis si essent redem
pti ⁊ liberati si non dum essent ab
omni vīculo absoluti ⁊ libere quo
vellent ire nō possent. Et sic quar
to adhuc eramus incarcerati ⁊ in
tenebris clausi. Jdeo indigeba-
mus eductore. pro quo in quarta

antiphona O clauis ꝛc. clamauit ecclesia. sic hodie venit vt eductor de carcere. De quo Apock. j. Ego habeo claues mortis ꝛ inferni. nā ipe est qui per clauez crucis sue reserauit ꝛ aperuit aditum regni celestis. ysa xxij. Dabo clauem domus dñi sup humerū eius. De quo Damasc. Crux xpi est clauis paradisi. sz qui diu sunt in carcere oculos habent obtenebratos nec clare videre possunt ideo post absolutionem de carcere restat eos illuminare vt videant quo ire debeant Sic quinto eramus in carcere peccati excecati iuxta illd Sapie. ij. Excecauit eos malicia eoꝝ ꝛ Sopho. pmo. ca. ābulauerunt vt ceci quia dño peccauerunt. Ideo eccia in quinta antiphona O oriēs ꝛc. clamauit pro illuminatore. quem hodie deus pater vt lucem mundi misit. Joh. j. Erat lux vera que ꝛc. Hodie impletū est illud dictū Zacharie Lu. j. Visitauit nos oriens ex alto. illumīare hijs q̄ in tenebris ꝛ in vmbra mortis ꝛc. Hodie venit illa lux de qua ysa. xlij. Dedi te in lucē genciū vt aperires oculos cecoꝝ. Ideo quilibet cecus peccator hodie clamare debet cum ps. vij. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā ī morte. Sz quid pdesset si essemus docti ꝛ ab inimicis penitus liberati ꝛ illuminati si non essemus ad regnū perducti. Sic sexto eramus a patria exclusi. ideo in sexta antiphona. O rex genciū ꝛc. eccia clamauit p inductore. Sic hodie venit introductor in terrā pmissionis que fluit lacte et melle. id est in qua est refectio humanitatis ꝛ diuinitatis. qr dicit Augu. sup Job. Deus occultus factus est homo manifestus vt homīes manifestos faceret deos. ideo factꝰ ē particeps nostre humanitatis vt essemus participes sue diuinitatis in patria celesti xpi coheredes. sed quid pdesset si deberemus ad regnum pduci ꝛ non saluari ab omni morte. Sic septimo oramus morti deputati. De quo ps. cvj. Appropinquauerūt vsq̄ ad portas mortis. ideo indigebamus saluatore. pro quo clamauit eccia in septima antiphona. O emanuel ꝛc. Hunc clamorez hodie audiuit deus pater ꝛ misit saluatorem de quo thema. Natus est ꝛc. Ipe est qui dixit Lu. xix. Venit filius hominis querere ꝛ saluum facere qd perierat. quia dicit Augu. super iohannem vt homines nascerentur ex deo deus homo natus est. factꝰ est homo mortalis vt homines fierent immortales. Hodie venit ille saluator. De quo Anßhell Non ē salus in mundo nisi quem peperit virgo. Quantū ad terciuz in quo tangit infantis condictio generosa cum dicit. Qui est xps dominꝰ ꝛc. vbi generositas istius pueri describit quo ad tria. Primo quo ad hūanitatis sue dignitatē cū dr xps ¶ Attēdit aūt dignitas hūanitatis xpi in tribus na ipe fuit rex sacerdos ꝛ propheta. Hec enim tria hominum genera olim vngebantur Et hec signantur q̄ dicitur xpus qui interpretatur vnctus. fuit em̄ rex. j. ad Thimo. j. Ipse est rex regū ꝛ dominus dominanciū. Itē fuit sacerdos. ps. Tu es sacerdos

in eternum. Item fuit ꝓpheta Lu. vij. Propheta magnus surrexit in nobis. Vnde Damas. tractãs illd Math. xvj. Tu es xp̃s filius dei viui. dicit hoc nomẽ xp̃s significat vnitatem persone in duabus naturis ⁊ dignitatem regalem et sacerdotalez ⁊ gracie plenitudinẽ ꝓpter vnctionis progatiuam cuius plenitudinis venit nos facere participes Johan. j. De plenitudine ei⁹ oẽs accepim⁹ graciã ꝑ gracia. graciam noue legis perfectaz ꝑ gracia veteris legis imperfectaz Scd̃o generositas istius pueri describit̃ quo ad diuinitatis sue maiestatẽ in eo ꝙ dr̃ dñs ysa. xxxiij. Dñs iudex noster. dñs legisser noster. dñs rex noster ipse veniet et saluabit nos. Tercio describitur quo ad locuz cum dicit̃. in ciuitate dauid id ẽ Bethleem impleti sũt dies eius vt pareret filiuz eius primogenitum. ¶ Conuenienti ergo loco natus est scz in Bethleem. et hoc ꝓpter tres rationes. Prima qꝛ xp̃s factus est ex semine dauid secundũ carnem vt dicit̃ Ro. j. Cui etiam facta fuerat repromissio specialis de xp̃o ⁊ ideo in Bethleem de qua natus est Dauid nasci voluit vt ex ip̃o loco natiuitatis repromissio ei facta impleta ostenderetur ⁊ hoc designat euãgelista dicens eo ꝙ esset de domo ⁊ familia Dauid. Scd̃o ideo quia vt dicit greg. in omel'. Bethleem dom⁹ panis interpretat̃. ip̃e xp̃s est qui ait Joh. vj. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descendi. Locus ergo ĩ quo deus nascitur domus panis ante vocatus est quia futurum ꝑfecto erat vt ille ibi per naturam carnis appareret qui electoꝝ mentes interna societate reficeret. Tercio quia sic erat ꝓphetatũ Michee v. Et tu Bethleem eufrata paruulus es in milib⁹ iuda ex te em̃ ⁊c.

¶ Ceterũ non est ꝑtermittendum ꝙ in via nat⁹ est ⁊ hoc quadruplici ratione vt dicit Albert⁹ magn⁹ super Lucã. Primo vt se peregrinũ in hoc mundo ostenderet Jhere. xiiij. Sicut peregrinus futurus es ⁊c. Scd̃o vt se viã demonstraret. Joh. xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita. glo. via qua itur. veritas qua pes dirigit̃. vita ad quaz peruenitur. Tercio vt mundũ cõtempnere doceret. Apock. xviij. Exite de illa popule me⁹ ⁊ ne participes sitis delictoꝝ. Quarto vt semper patriam exemplo suo inq̃rere doceret. ad heb. xj. Confitẽtes qm̃ peregrini ⁊ hospites sunt super terram ⁊c. ¶ Aliter ꝓsequendo secũdum membrũ in quo tangitur saluatoris natiuitas fructuosa cũ dicit̃. Natus est nobis saluator. Nota ꝙ tres legim⁹ in ve. te appellatos saluatores scz ioseph. othoniel ⁊ ioachã qꝛ saluabãt ppl'm ab oppressionib⁹ quib⁹ tunc tp̃is grauabant̃ ⁊ ꝑfigurabãt hũc nr̃m saluatorẽ hodie nobis natũ qꝛ saluauit nos a malis quibus eramus inuoluti. Et hec mala erant tria. Eramus sub peccati iugo seruiliter depressi. nam ꝓpter peccatum ꝓthoplasti natura humana redacta ẽ in seruitutẽ peccati. Concipimur em̃ in pctõ in vtero ⁊ nascimur in peccato ex vtero. vñ pctm̃ origiale seruilit̃ nos deprimit iugo duplici

scz infectione culpe qua sumus fi
lij ire. ⁊ lcorruptiõe pene qua sum⁹
serui concupiscencie que dominat̃
nobis ⁊ est ꝓnitas peccandi. Vnd̃
Ro. vj. Fuistis aliquando serui
peccati nũc aũt liberati a peccato
serui estis iusticie. Quia igit̃ iste
puer sub peccati iugo nõ tenebat̃.
ideo ꝯpetebat ei vt esset saluator
Math. j. Ip̃e saluũ faciet populuz
a peccatis eoruz. Et hoc est quod
orat ecclesia in oratione diei hodi
erne. Cõcede quesum⁹ omnipotẽs
deus vt nos vnigeniti tui noua ꝑ
carnem natiuitas liberet quos sub
peccati iugo vetusta seruit⁹ tenet
Et q̃tũ ad hunc saluationis fru-
ctum figuratus est xp̃s in Joseph
De quo legit̃ Gen̄. xlj. ꝙ per suaz
sapienciaz saluauit populũ a mor
te famis. ideo pharao vertit nom̃
eius ⁊ vocauit eum lingua egipci
aca saluatorẽ mundi. Joseph ĩter
pretat̃ alimenti appositor ⁊ signi
ficat xp̃m saluatorẽ nostrũ qui ꝑ
sapienciam suam patri coeternã
apposuit nobis alimenta gracie.
cuius carencia quasi famis inedia
moriebamur. Sicut em̃ Joseph re
colligerat triticum de terra egipti
cuius tanta erat habundancia ꝙ
copia mensurã excederet vt ibi di
cit̃. Sic xp̃s totum thezauruz gra
ciarum habuit apud se reconditu
et nõ ad mensuram vt dicit̃ Joh.
iij. vnde ip̃e per appositionem gra
cie in baptismo nos saluat a pctõ
origĩali. licet aũt pena peccati vi
delicet fomes adhuc remaneat in
nobis ad exerciciũ. magna tamẽ
in parte minuitur virtute gracie
baptismalis. Eramus secundo
hostiliter sub diaboli tyrãnide op
pressi quã tyrannidem exercuit in
hominem multipliciter. aliquãdo
exterius violenciam in corpore in
ferendo. aliquando corpora interi
us obsidendo. aliquando hominẽ
in peccatũ inducendo seu manife
ste sensus exteriores in specie alicu
ius creature visibilis decipiendo.
vt qñ apparet in specie femine vel
angeli ⁊c̃. Siue occulte ꝑ impressi
onem ymaginis mala suggerẽdo.
Siue ꝑ ꝯmotionez sanguinis ad
peccatũ accedendo vt de hijs ⁊ sili
bus dicit Greg. Et vt ab ista ty-
rãnide liberaremur expediebat no
bis mitti talem saluatorez qui po
tens esset contra eum triumphare
Sed ad hoc nullus erat inter crea
turas tam fortis ⁊ potẽs sicũt iste
Vanitati em̃ subiecta est creatura
Ro. viij. Vnde peccabilis est taz
homo q̃ angelus ⁊ ideo oportuit
hunc saluatorem nostrum esse deũ
qui posset expugnare tyrannum.
Et quantũ ad hunc saluationis
fructum p̃figuratus est in Othoni
el. De quo legit̃ Judicum. iij. ꝙ cũ
filij israhel oppeimerent̃ a Rasa-
thaim rege Mesopotanie clama-
uerunt ad dominum. qui suscita
uit eis saluatorem videlicet Otho
niel filium Cenem fratrẽ Caleph
Fuitq; in eo spirit⁹ domini. Otho
niel interpretatur signum dei. Et
figurat istum puerum hodie na
tum qui est signuz dei. ymmo ip̃e
deus est. pro vt per signa euiden
cia fuit hodie declaratum. Iste eti
am Othoniel cristus accepto dei
signo vexillo videlicet sancte cru
cis pungnauit contra rasathaim.

qui interpretat tenebrosa iniquitas et significat diabolum principē tenebrarum qui tenebat nos tyrannica subiugatione oppressos et eos potenter deuicit. Tercio eramus in inferni voragine dampnabiliter demersi vbi preter penam sensus ē pena dampni scz carencia visiōis dei. De qua voragine ī persona generis humani prophēta petijt saluari. ps. Salua me ex ore leonis. Quod vt fieret congruū fuit saluatorem nostrū talem esse qui iuste nos eripere posset. q quidem deus potuisset facere per potenciā absq; sui incarnatione. Sed malunt hoc facere per iusticiā. vnde oportuit saluatorē nostrū eē hominē. Quia vt dicit Aug. Nisi homo esset qui diabolum vinceret nō iuste ꝙ violenter homo ei tolli videretur qui se illi sponte subiecit. ꝙ si homo eum vincit iure manifesto homines p̄dit sed homo purus hoc non potuit quia erat peccabil'. necesse ergo fuit saluatorem nostrū esse deū et hominem et quantū ad hūc saluationis fructus. Iste puer saluator prefiguratus est in Joathā de quo dicit. iiij. Reg. xij. q cum filij israhel quasi redacti essent in pulueren a rege Syrie dedit eis saluationem ioathā regez qui liberauit israhel de manu syrie. Siria interpretatur sublimis et significat illū qui dicebat in celum conscendam etc. ysa. xiiij. Ipe em̄ est rex super omnes filios superbie. Job. xlj. Joathan interpretat dñi fortitudo et significat ip̄m qui fortitudine diuina in natura humana deuicit diabolum et captiuas inferni voragine animas liberauit. vñ eius fortitudinez admirans pphēta in persona eorum qui fuerunt in lymbo dicit. Quis ē iste rex glorie etc. Et sequitur. Dñs fortis et potens dominus in prelio etc.

In natiuitate dñi sermo de euāgelio et duodecimus.

Erbum caro

factum est et habitauit in nobis etc. ioh̄annis. j.

Videmus ad expergenciam tā in agentibus naturalibus ꝙ in artificialibus habentibus intellectuz et voluntatem. q omnis causa diligit suum effectum patet in agentibus artificialib⁹. quia omnis artifex diligit opus suum vt scriptor libzum et pictor imaginem quā depinxit. Patet etiam in agentibus naturalibus quia pater diligit suum filiuz quē genuerunt. viij. ethi corum. c. vij. Vbi dicit. Parentes diligunt filios eo q sunt aliquid ipsorum quia de semine parentū filij procreantur. ideo filius ē q am modo pars patris ab eo separata modo ip̄s filius dei per quem oia facta sunt diligit omnes creaturas iuxta illud Sapie. xj. Misereris omniū dñs diligis em̄ omnia et nihil odisti eoz que fecisti. Singulariter tamen sup omnia maxime diligit hominē quia fuit finis omnium creaturarū vltimo a deo ꝙ ductus vt dñaret creaturis. Sed homo per peccatū cecidit deus aūt ex dilectione maxima tāq; causa efficiēs compaciebat homī tanq; suo effectui et ideo factꝰ fuit homo vt perditū reuocaret. ī qua forma

dedit nobis vnã normam scz fidē catholicam p quã reformati vt effectus ad primariaz efficientē causam eterne beatitudinis possum⁹ pertingere sine qua eandē beatitudinem obtinere nō possumus vt i c. firmiter de sum. trī. ⁊ fi. ca. vbi dicit. Vna est fideliū ecclesia extra quã nullus omnino saluat. et apls. i. Cor. iij. Posuit fundamentum preter quod aliud ponere nemo pt quod est xps. id ē fides xpi j. q. j. Cū paul⁹. vbi dicit. vbi xps nō est fundamentum ibi nullius boni operis erit superedificium ⁊ de hac forma hūanitatis in qua nos docuit fidem catholicam loquitur thema cū dicit. Verbū caro factuz
A est nē. ¶ In quibus verbis duo tāguntur. primū natiuitas saluatoris miraculosa qua verbum caro factum est. scdo p dicta natiuitas xpi manifesta qua habitauit in nobis. Quantū ad primum nota q scriptura tres natiuitates xpi ꝑmemorat. de quibus etiaz fit mētio in hoc euangelio scz eternā ex patre. temporalē ex matre. spiritualem in fideliuz mente. Scdm primam scz eternā xps habet patrez sine matre. De qua ps. Dns dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te vbi ego discretiue ponit quasi ego ⁊ non alius. Et de ista natiuitate tāgit in principio euāgelij dū iohannes euangelista dicit In principio erat verbū. in principio id est in ipo deo patre qui ab omnibus ꝑsupponit primū principium esse. In tali principio erat verbum id est dei filius. quasi diceret filius erat in patre patri scz coeternus non in maria cepit esse sed in principio id est in patre. qui est principium sine principio. ¶ Est B
enim duplex principium scz principians ⁊ principiatū ⁊ hoc est tēpus vel mundus a quib⁹ scdm naturam principiant omnia inferiora quia cooperant virtutes celoz in productione ipaz. ⁊ tamē adeo se ipo principiāte ⁊ de tali principio nō intelligit principiū euangelij. Aliud est principiū principians et non principiatū ⁊ tale principium nihil p̄cedit qua ipm ē ab eterno a quo omnia p̄cipiant ⁊ deriuātur. de huiusmodi principio dicit hic. in principio scz principiante. quod est ab eterno erat verbuz id
est filius. ¶ Erant em quidaz he- C
retici vt notat. xxiiij. q. vlt. c. q̄dā nestoriani a Nestorio dicti. qui fuit eps constantinopolitan⁹ qui dixit in xpo fore duas psonas sicut in eo sunt due nature. ⁊ Mariam solū matrem puri hominis. et non dei. ⁊ sic xpm ppter eius tēporalem natiuitatem nec semp eē nec ante Mariam fuisse. ⁊ ista heresis fuit condempnata in cōcilio epheſino tempore theodosij imperatoris ⁊ celestini pape. Ad eliendum hunc errorē dixit euangelista In principio erat verbū quia filius dei scdm paternā nātiuitatē nascit eternaliter. Sicut em splēdor qui gignit ab igne atq effunditur coeuus est illi. ⁊ esset coeternus si ignis esset eternus. sicut filius est coeternus patri ⁊ semp gignitur. Vnde magister in primo dist. xv. allegando Origenē dicit. Saluator noster splendor est claritatis.

splendor aūt non simul nascit̄ ⁊ desinit sed quotiens ortū fuerit lumē ex quo splendor nascit̄ tociens oritur ⁊ splēdor claritatis. Sic ergo saluator semp nascit̄. De hac natiuitate dicit Micheas. michee. v. Egressus est sicut ab inicio eternitatis. Et p̄s. Ex vtero ante luciferum genui te. hec em̄ generatio ē tam occulta ⁊ inexplicabilis ꝙ hylari⁹ dicebat. Ego nescio quia nō requiro. consolabor me quia archangeli nescierunt. angeli nō intellexerunt. ꝓphete nō senserūt. apli nō p̄dicauerunt. hanc etiā generationem salomon fatet̄ se ignorare ꝓuerbi. xxx. Tria sunt difficilia mihi ⁊ quartū penitus ignoro. viam aquile in celo. viā colubri sup terrā. viā nauis in medio maris ⁊ viam viri in adolescencia. id ē xp̄i generationem eternalē. ¶ De hac dicit consequēter euangelista. Et verbum erat apud deū. Vbi excluditur error Sabellij qui fuit discipulus Noeti vt habet̄ in dic. ca. quidam. qui dixit ꝙ pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus sit vna persona. ideo ad destruendū hunc errorem dicit ꝙ verbum id est filius erat apud deum. in quibus verbis notatur in personis alietas. ⁊ in ista prepositione apud que importat distinctionem connotat̄ quedam socialis coniunctio que ē patris ad filium ex mutuo eoꝝ amore. id est spūsancto qui scd̄m beatū Augu. iij. de tri. ip̄os connectit ¶ Subdit. Et de⁹ erat verbū. vbi excludit̄ error Arrianoꝝ ab Arrio alexandrino ep̄o exortoris. qui dixit filiū creaturā purā ⁊ minorez patre. hec heresis ꝯdempnata est tp̄e theodosij imp̄atoris ⁊ siluestri pape. Ad excludendū illū errorem dicit euangelista. Et deus erat v̄bum id est filius per athanasiū in symbolo. Ita deus pater deus filius ⁊ deus spiritussanct⁹. hoc erat in principio apud deū. Symon de cassia. hoc scz verbū. de quo locutus fuerat erat apud deū patrez a principio eternitatis id est ante secula ⁊ eternaliter ita ꝙ principiuz ponitur hic pro eternitate. Eternitas bene dicitur principium. quia antecedit omnia tempora. Et excludit̄ hic error ebionitaruz. ⁊ fontinianorum qui dixerunt ꝙ xp̄s ex Maria sumpsisset exordium. ita ꝙ per Joseph ex Maria nupciali coitu sit procreatus. quorum error condempnat̄ in di. c. quidam xxiiij. q. vl. Omnia per ip̄m facta sunt. Ecc̄iastici. xviij. Qui viuit in eternum creauit omnia secula. Et est sensus. per ip̄m scz verbuz id est filiū dei omnia facta sunt a deo patre. Creature em̄ producuntur a deo sicut artificiata ꝑ artificem quia ip̄e omniū est artifex cū ip̄e sit agens per intellectum. Et notat hec p̄posicio per causam efficientem ⁊ nō amminiculantem. aut instrumentū. Excludit̄ iterū error Arrianoꝝ qui dixerunt filiū dei esse quoddam lumen spirituale creatū a deo. per quod verbum velud instrumentū de⁹ creaturas in esse ꝓduxit. ad excludēdū hunc errorem dicit ꝙ per ipsum tanq̄ per causam efficientem omnia facta sunt. ip̄e em̄ filius cum patre ē actor omnium ⁊ similiter spiritus

ſanctus cum eiſdem q̄a indiuidua ſunt opera trinitatis ad extra vt dicit Augu. ⁊ Symon de caſſia. Oīa per ip̄m facta ſ̄t vt nec pat nec ſpiritusſanctus excludantur.

F ¶Etiam hic excluditur error Valentiniani qui dixit q̄ filius non creauit mundum ſ̄ p̄ſtitit causaz conditori. Et ſine ipo factū eſt nihil. id eſt ſi aliquod factū debet cē aliquid tunc vtiq̄ ſuū eſſe habz ab eſſe diuino. Et excludit hic error manicheoz qui poſuerunt duo p̄incipia vnum bonoz quod dicebant pduci a deo lucis. ⁊ aliud maloz quod dicebant a deo tenebrarum. Hec de eterna ỹpi generatione ſiue natiuitate. Scda natiuitas ỹpi dicitur temporalis quando de matre temporaliter ſine patre in salutē omniū natus eſt ⁊ vt hominem redimeret ⁊ ei viam vite monſtraret. ⁊ de hac loquitur thema. Verbum caro factū eſt. Hanc natiuitatem hodie ſancta mater eccīa celeG brat tanq̄ mirabilem. ¶Fuit aūt natiuitas iſta temporalis ſaluatoris. ⁊ ē miraculoſa ex triplici differētia ſcz ex parte matris. ex parte p̄olis ⁊ ex parte generis humani. Primo ex parte matris fuit miraculoſa quadrupliciter. primo q̄ virgo concepit ſine corruptione. ſcdo quia concepit ſine viri ſeminis cōmixtione. tercio ſine libidine ſ̄ cum mentis maxima delectatione. quarto quia peperit ſine dolore ⁊ cū maximo gaudio. Primo valde fuit miraculoſa quia virgo concepit ⁊ peperit manens virH go. ¶Fuit em̄ beata virgo ppetua immaculata quiq̄ modis. ſcz ante conceptum. in conceptu. in partu. poſt partum. in voto ſiue pvotum. Primo fuit virgo ante conceptum quia per ſanctificationem in vtero conſecuta ē ab omni peccato p̄ſeruationem. Nam beata virgo que fuit a deo electa in matrem ampliorem ſanctificationis obtinuit graciam q̄ iohannes baptiſta ⁊ iheremias quia p̄ſtitum eſt ei vt deceteto non peccaret nec mortaliter nec venialiter ideo ante conceptum non amiſit ſuaz virginitatem. Scdo fuit virgo in cōceptu yſa. vij. Ecce virgo concipiet. Et tercio in partu quia pphēta non ſolū dixit. Ecce virgo concipiet ſed addit. ⁊ pariet filium. q̄a ſicut conceptus ſaluatoris ex virgine non fuit ex natura ſ̄ ex gracia ſic etiam partus. Vnde ī quodam ſermone Epheſini concilij dicitur. Natura poſt partū neſcit virginitatem. gracia vero ⁊ parientem oſtendit ⁊ matrem fecit et virginitati non nocuit. Fuit igit̄ mater ỹpi virgo in partu. nō quidem ſcdm curſum nature. ſ̄ ſcdm infinitatem diuine potencie. Et de hoc poteſt haberi exempluz alīqualē in creaturis. Videmus enim q̄ flos a radice oritur ſine radicis corruptione. ⁊ ſplendor a luce vel ſole ſine ſolis vel lucis corruptiōe vel leſione. Et ſimiliter verbum a corde vel mente oritur abſq̄ mentis corruptione. Cum ergo ỹps ſit flos a radice paterna procedens ⁊ ſplendor lucis eterne. ⁊ dei patris verbum conueniēs ſunt q̄ ſine matris corruptiōe conciperetur ⁊ naſceretur. Quarto permanſit virgo

post partum Ezech. xliiij. dicitur
sub figura sic. Porta hec clausa
erit ⁊ non aperietur ⁊ vir nō tran
sibit per eam quia dn̄s isiahel in
gressus est per eam. vbi Augus. in
in omel'. dicit. Quid est porta ī do
mo dn̄i sp̄ clausa nisi ꝙ Maria
erit sp̄ intacta. Et quid est ꝙ vir
non transibit per eam nisi ꝙ Jo
seph nō cognoscet eā. ¶ Fuit error
J heliudij q̄ presumpsit dicere mr̄ez
xp̄i a ioseph esse cognitam ⁊ alios
filios genuisse sed hic reprobatur ī
dicto. c. quidam quia derogat ⁊ ī
iuriam facit dignitati. gratitudi
ni ⁊ sanctitati matris xp̄i que in
gratissima videretur si tanto filio
contenta non esset. ⁊ si virginita
tem que in ea conseruata fuerat
sponte perdere vellet per carnis cō
cubitum. Item derogat ⁊ iniuriā
facit honestati Joseph viri sui. es
set em̄ ei imputandum ad p̄sum
ptionem maximam si eam quaz
reuelante angelo de spiritusancto
deum concepisse cognouerat pollu
ere attemptasset ⁊ ideo semper vir
go post partum mansit. Quinto
mater dei fuit virgo per votum.
nam ipsa virginitatem deo vouit
vt probat August. in li. de sancta
virginitate. Et habet̄. xxvij. q. ij
§. cum ergo vbi dicit. Anuncian
te angelo maria respōdit. quomō
fiet istud quoniā virū non cogno
sco quod p̄fecto non diceret nisi se
virginem ante vouisset. Tercio
natiuitas xp̄i ex parte matris fu
it mirabilis quia concepit sine vi
ri seminis commixtione. quia de
de spiritusancto concepit. non em̄
genuit virgo ex humano semine
sed mistico spiramine vt canit ec
clesia. Et ex hoc sequit̄ tercium.
videlicet ꝙ concepit sine carnali
libidine sed cum mentis maxima
delectatiōe. quia de spiritusancto
Nā spiritussanctus de castissimis
⁊ purissimis sanguinib⁹ virginis
accepit ⁊ inde corpus illud forma
uit. ¶ Et sic quartum modum mi
rabilem faciendi hominem deus
ostendit. Nam sicut dicit Aufshel.
Deus potest quatuor modis homi
nem facere scz sine viro ⁊ femina
sicut fecit Adam de humo. Sine
femina ⁊ de viro sicut fecit Euaz
De viro ⁊ femina. sicut cōmunis
p̄bat vsus. De virgine sine viro.
sicut hodie mirabiliter factum est
Quarto ex parte matris natiui
tas xp̄i est mirabilis quia peperit
sine dolore ⁊ cuz maximo gaudio
Sic dictum fuit prime matri eue
in persona omnium matrum. In
maledictionem ⁊ transgressionez
dominici mandati in dolore pari
es filios tuos. gen̄. iij. Sed ab ista
maledictione fuit preseruata vir
go Maria. peperit em̄ vt canit ec
clesia. Nesciens virgo virum pepe
rit sine dolore saluatorem seculoꝝ
Sicut em̄ xp̄s corp⁹ suū resuscita
t⁹ traxit de sepulchro ip̄o remanē
te clauso ⁊ signato sigillo sic exi
uit nascēd⁹ de vtero virgīs saluo
signaculo virgīali. vn̄ nullū dolo
rem sensit sed maximum gaudiū
ysa. xxxv. de ea dicitur. Exulta
bit solitudo id est virgo non con
iuncta viro germinans germina
bit letabunda ⁊ laudans id est pa
riet sicut germinat terra vl' arbor
absq̄ apertione. Ita beata virgo

sine violatione cū magna leticia
¶ Scdo hec natiuitas tēporalis
L fuit mirabilis ex parte prolis. q̄a
subitanea ⁊ instanti tam in vte-
ro q̄ extra vterum. nostra autez
natiuitas siue conceptio est succes
siua. Ratio quia conceptio xp̄i fa
cta est virtute diuina. virtus aūt
diuina cū sit infinita effectum suū
subito ⁊ in instanti potest produ-
cere. vnde hec quatuor in cōceptio
ne corporis xp̄i in eodem instan-
ti miraculose facta fuerunt. San
guīs purissimi b. marie in carnē ⁊
alias partes corporis xp̄i cōuersio
Corporis ꝯcepti orgnaizatio. Cor
poris organizati perfecta anima
cio. Et corporis animati in vni-
tatem diuine persone assumptio.
In nobis autem ꝓpter virtutem
factam ⁊ defectiuam agentis. et
ꝓpter indispositionem pacientis
hec successiue contingunt. ita ꝙ
maris conceptio nō perficitur ni-
si vsq̄ ad quadragesimum deem.
⁊ femine vsq̄ ad nonagesimum
vt dicit philozophꝰ ī nono de ani
malibus. In xp̄i autem conceptio
ne materia quam virgo ministra
uit statim formam ⁊ figuram hu
mani corporis accepit. ⁊ tunc ani
ma ⁊ corpus in vnitatem diuine
persone assumpta est. Item fuit se
cundo mirabilis quia pro eodē in
stanti corpus conceptum habuit
plenum vsum liberi arbitrij ⁊ ra
tionem rectam cum plena et per-
fecta deificatione ⁊ omniū dono-
rum virtutum carismatum spiri
tualium ⁊ bonoꝝ repletiōe. vt tra
dunt doctores in tercio distin. iij.
Item fuit tercio mirabilis. quia
pro eodem instanti fuit personal'
vnio humanitatis ad personam
verbi. hoc est illud nouum ⁊ stupē
dum miraculum quod a seculo nō
est auditum. De quo Jhere. xxxj.
Nouum faciet dn̄s super terrā mu
lier circundabit virum ⁊c. qꝛ tunc
pro eodem instanti verbum caro
factum est. Item quartum mira-
culum est ꝙ in alijs conceptioni-
bus naturalibus proles nos est al
terius nature cum matre. In hac
mirabili conceptione proles non
est tm̄ eiusdem nature cum matre
sed etiam alterius nature sc̄ diui
ne cuz patre quia beata virgo nō
solum hominem sed hominem de
um concepit. ⁊ ꝓpter hoc cōceptio
xp̄i est miraculum omniū mira-
culorum. Item quintum miracu
lum in hac conceptione mater est
posterior prole. Et sic impletū est
verbum sapientis Ecciastici. x.
Qui creauit me requieuit in tabe-
naculo meo. In alijs conceptioni
bus naturalibus mater non est po
sterior sed prior prole. Certe valde
mirabile ē ꝙ deꝰ qui est īmutabi
lis ⁊ apud quem non est transmu
tatio nec vicissitudinis obumbra
tio fiat caro. Itez mirabile est cū
filius sit idem cum patre. Juxta
illud Joh. x. Ego ⁊ pater vnum
sumus ꝙ filius factꝰ sit caro ⁊ nō
pater. Sed dicendū est ad primū
ꝙ verbum caro factum est nulla
mutatione facta in verbo ⁊ ideo
ista factio siue vnio assimulatur
vnioni que est per insertionem si
ue incisionem vt dicit sctūs Tho
mas. in tali autem vnione vnum
non est alterum neq̄ vnum ē in

altero. sed vnum fit de ypostasti alterius ñ trahit secum naturam eius ⁊ ꝓpter hoc essencialiter p̄dicatur de ip̄o. verbigracia qñ pirus ĩseritur pomo fit vnũ suppositũ cõmune scz vna arbor ⁊ natura pomi non est natura piri neqꝫ econuerso. Similiter natura piri nõ ẽ natura pomi neqꝫ econuerso. sed tamen vterqꝫ fructus est de eẽ arboris. ⁊ hoc ꝓpter vnionẽ quod patet quia hec est vera ista arbor est pirus. ⁊ hec est vera. hec eadem arbor est pomus. Sic a simili vnio diuine nature ⁊ humane ĩ xp̄o habet hec tria insertionis vnioni similia eo ꝙ natura diuina nõ ẽ humana neqꝫ econuerso. Similiter natura diuina nõ est in humana neqꝫ econuerso. sꝫ natura diuina ⁊ humana sunt illud suppositum commune in vtraqꝫ natura subsistẽs. ita ꝙ hec est vera xp̄o demõstrato. hec persona est deus. ⁊ hec est vera hec eadem persona est hõnam vnio diuine nature ⁊ humane in xp̄o persona facit xp̄m esse deum ⁊ hominem. ⁊ sicut in tali ĩsercione nulla mutatio fit in arbore sed solum in ramo qui inseritur ita in vnione verbi ad carnẽ nulla mutatio facta est in verbo sed solum in humana natura que ĩserta est verbo ⁊ sic solutum est primum. Ad scd̄m licet pater ⁊ filius sint vnũ in essencia tamen differt in ꝑsonis quia alia ẽ ꝑsona p̄ris alia filij ⁊c̄. ideo persona filij assũpsit carnẽ quia ad personam filij dumtaxat terminata est vnio p̄dicta ⁊ nõ ad personam patris vl' spũssancti. Et ponit Bonauẽtura in tercio exemplũ de trib⁹ puellis vnã ex eis tunicã ĩduientib⁹. Tercio natiuitas xp̄i temporalis fuit miraculosa ex parte generis hũani quia de⁹ p̄termissa nobili ⁊ sublimi natura scz angelica. que per peccatũ erat corrupta assũpsit naturam infimã ac infirmam videlicet humanã naturã. ¶ Sed quare deus nõ assumpsit angelicã naturam in eadem ⁊ angelus lapsos et humanã naturã redimẽdo. Solutio deus nõ assũpsit angelicã naturam ꝑ redemptione angelice nature sicut assumpsit humanã pro redemptione hoĩs. Primo q̄a angelus peccauit nullo suggerente ⁊ sic ex apprehensione ⁊ conditione electionis angelice nature peccatum eius erat irremissibile. homo aũt peccauit ex suggestione aliquo impellente. Itẽ scd̄o omnes angeli mali simul actu peccauerũt nõ aũt omnes hoĩes sed vnus peccauit actu ⁊ alij in virtute ⁊ ideo iustũ fuit angelos malos finalẽ dãpnationẽ consequi. nõ aũt hoĩes q̄ ꝓprio arbitrio nõ peccauerũt. Itẽ tercio tota humana natura erat lapsa in primo hoĩe. angelis autẽ quibusdã peccantibus manserunt alij integri ⁊ sic magis decuit naturaꝫ humanã que tota corruerat in natura assumpta ꝑ diuinã misericordiaꝫ repari q̄ꝫ naturã angelicã que nõ tota corruerat. Tercio natiuitas xp̄i dr̄ spũalis que fit in mente cuiuslibet iusti. De hac fit mencio in euangelio ibi Erat lux vera que ⁊c̄. Nã scd̄m mgr̄m ĩ primo di xv. filius dei visibiliter visus est. sed frequẽter mittitur a pa

tre inuisibiliter in animas iustorum vt percipiatur ⁊ cognoscatur percipitur ⁊ cognoscit̄ per inspirationem boni affectus. quocienscūq; em̄ bonū affectum concipimus ⁊ ad effectum perducimus totiens filius dei concipimus ⁊ generam⁹. Vnde leo papa dicit. Deus per affectū concipitur. per effectū nascitur. per pfectum nutrit̄ ⁊ tribulationibus roborat̄ ⁊ perficit̄ in perfectam etatem plenitudinis ẏpi. videns nanq; pius pater cui cura semper est de filijs natiuitatem t̄e poralem qua misit filium suum ī carnē visibiliter ⁊ in amarissimā mortē in multis peccatoribus euacuari. Et ꝙ adhuc sit locus beatitudinis non cessat sed quotidie et frequenter inuisibiliter mittit dei filium ⁊ spiritum sanctū vt viam vite eterne manifestius mōstrent ⁊ inspirent ⁊ animam captiuā in peccatis ad eum reducant. hij em̄ alte clamant illud Cañ. vj. Reuertere reuertere sunamitis reuertere vt intueamur te. Sed heu multi vt herodius saturat⁹ carne ad vocem clamantis ⁊ reuocātis nō redeunt sed in delectationibus carnis ⁊ peccatis persistunt. Sicut legit̄ de corno Gen. viij. Qui egressus de archa posuit se super cadauera ⁊ nō reuertebatur. Sic anima peccatrix ponens se per desiderium super delectationes carnis vocem filij dei ⁊ spiritussancti non euaudit nec curat in arthām celi vnde exiuit regredi. Sed beata anima que non fuerit infecta prauis operibus huius mundi. ista libere ad deum volat. Et sicut columba in archam ramum olue id est effectū misericordie ⁊ gracie in signum pacis ⁊ felicitatis eterne portat. Secundū hanc natiuitatem ẏps habet patrem ⁊ matrem. De qua in euangelio Math. xij. Si quis fecerit voluntatem patris mei ille me⁹ pater soror ⁊ mr̄. ¶ Has tres natiuitates sub tribus missis hodie repsentat ecclesia. Eterna natiuitas prorsus est occulta. ita ꝙ de ea dicit ysa. liij. generationem ei⁹ quis enarrabit. Ad quod signādum prima missa canit̄ in profunda nocte. Carnalis siue temporal' natiuitas partim est occulta partim est manifesta. occulta quātum ad modum. manifesta quantum ad factum. Ad quod significāduꝫ sc̄a missa cantatur ī aurora que est partim lucida partim obscura Spiritualis ē manifesta ẏpo manifestante Joh. viij. Si quis dilegit me sermonem meum seruabit ⁊c̄. ideo canitur clara die. Alias representationes illarum triū missarum notat glosa in. c. nocte sancta. de consecra. dist. j. Et in. ca. consuluisti. de celebra. miss. quas vide ibidem ⁊c̄. ¶ Quantum ad secundum nota ꝙ natiuitas ẏpi est manifesta quia habitauit ī nobis id est in nostra natura. Habitauit autem in natura nostra ⁊ eam assumpsit propter tria scilicet vt nos redimeret. nos exaltaret. et vt nos beatificaret. Primo vt nos redimeret. Precipua enim ratio incarnationis ẏpi est vt genus humanum redimeret ⁊ repararet Luce. xix. Venit filius hominis querere et saluum facere.

perierat. Et ad Gall. iiij. At vbi venit plenitudo temporis ⁊c. ibi vt eos qui sub lege erant redimeret. Et Aug. in omel. huius diei dicit. Natalis dñi dies ea de causa a patribus votiue solennitatis institutus est quia in eo cristus pro redemtione mundi nasci corporaliter volut. Peccaut homo ⁊ factus est reus, natus est homo deus vt liberaretur reus. Erat em̃ genus humanum per culpā captiuum sub potestate dyaboli cui obediuerat ⁊ eius suasionem precepti dñi pposuerat, volens ergo deus hominem ex potestate diaboli liberare humiliauit se ⁊ factus est homo ⁊ obediens pro nobis vsq; ad mortem per quā nos a potestate diaboli liberauit. Ideo canit hodie ecclesia. Grates nunc omnes reddamus dño deo ⁊c. Scdo ido vt nos id est nostram naturā scz humanam exaltaret. humana em̃ natura ex vnione diuinitatis in persona x̄pi est multum nobilitata ⁊ exultata. In cuius signuz angelus ante incarnationem multotiens volut et permisit se ab homine venerari ⁊ adorari, post incarnationem vero filij dei non. Vnde quando iohannes euangelista angelum voluit adorare pḥibuit eum dicens. Vide ne feceris cōseruus em̃ tuus sum ⁊ fratrum tuoz Apoc. vlti. Vnde grego. in omel. Erant appropinquantes ⁊c. Timet angelus ab homine adorari quando humanā naturam videt in deo sic sublimatā vt fieret vna persona, ⁊ ideo considerantes per incarnationem filij dei humanaz naturam tantū nobilitatam ⁊ ex altatam instruimur vt eam diligenter conseruemus ne eam inquinemus ⁊ maculemus peccando. Vnde Leo papa in sermone huius diei Agnosce o x̄piane dignitatez tuā ⁊ diuine consors factus nature noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire, memento cuius capitis ⁊ cuius corporis sis membruz. Tercio ideo vt nos beatificaret. j. ad Thim. j. x̄ps venit in hunc mundum peccatores saluos facere, nam per incarnationem x̄pi collata est homini plena participacio diuinitatis que vere est hominis beatitudo ⁊ finis humane nature. Vnde Aug. in quodam sermone de natiuitate dñi sic ait. Factus est deus homo vt homo fieret deus. Vide de hoc lacius sctm̃ Tho. tercia par. sum. q. j. ar. ij. Hic circa thema cadit dubium an ipm̃ sit verū, distingue de participio factus quod potest referri ad tria, ad extremoz ꝯpositionez ⁊ sic ē vera q; valet tantū factū ē qđ verbū sit caro ⁊ ecōuerso factū est q caro sit verbū. i. q deꝰ sit hō Scdo pōt referri ad extrema ꝯpositionē puta ad subiectū ⁊ p̄dicatū ⁊ tūc vtraq; ē falsa. q; neq; deꝰ factus ē neq; ille hō x̄po demonstrato factꝰ ē. Tercio pt referri adunū extremū in ꝯpatiōe ad aliꝺ puta ad subiectū in ꝯpatiōe ad p̄dicatū id ē determiate coplā. itez vtraq; ē vera. vbū factū est caro. ⁊ caro factū ē vbū q; ds factꝰ ē hō. nā factꝰ solū ponit mutationē ex parte humane nature ⁊c. sermo. xiij.

De sctō Stephano pt homattire

Tephan⁹ plenus gracia ⁊ fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo ⁊c. Act. vj. ¶ Sicut ex dictis sanctoꝝ colligitur rationalis spiritus tribus viribus siue potenciis adornatur. vna rationali altera concupiscibili. tercia vero irascibili. Per primam verū cognoscitur. per secundam bonum eligitur. sed per tertiam malum respuitur. Ad cognitionem autem veri indiget rationalis anima habitu cognitiuo. Ad amorem boni indiget habitu affectiuo. sed ad declinationem mali indiget habitu fortificatiuo. Necesse igit̄ est ad cognoscendū verū vt habeat fidei aut sciencie donū Ad diligendū bonum habeat gracie incentiuū. ⁊ ad vitandū malū habeat fortitudinis fulcimentum Ex his habemus q̄ perfectus fuit hic beatus pt̄homartir Stephanus cui ad perfectionem vite nichil omnino deficit. nā fuit plenus fide vt cognosceret summum verū Fuit plenus dono gracie vt diligeret summū bonū. fuit etiam plen⁹ fortitudine vt respueret omne malum prout cōtinetur in verbis thematis. Stephanus plen⁹ gracia ⁊c. ¶ In quibus verbis tria puncipalia priuilegia siue dona beati Stephani tanguntur. primum dicitur gracie. ibi. stephanus plenus gracia ⁊c. Scōm victorie ibi ⁊ fortitudine. Tercium glorie. ibi. Faciebat prodigia ⁊c. Primus priuilegium siue donum dicitur gracie quia fuit plenus gracia. nam cum tria sint peccata prima ad que cetera reducuntur videlicet superbia auaricia luxuria. de quibus dicit̄ j. Joh. ij. Omne quod est in mūdo aut est concupiscencia carnis aut concupiscencia oculoꝝ aut superbia vite. necessariū est vnicuiq; laborare vt ab his non superetur. quī ymo vincendo contrarias sequatur virtutes. quod esse nullo modo potest sine gracia vt docet August. in li. de correptione ⁊ gracia Et i li. de predesti. sanctoꝝ. ⁊ in enchiridion. Deus autē bñdict⁹ vni cuiq; laborare volenti ⁊ facere q̄ in se est. Hanc graciam largitur liberē adeo vt null⁹ nisi de ꝓpria negligencia ⁊ sua malavoluntate cōqueri potest. nam deus adeo liberalis est ad graciam homini conferendum q̄ bonam voluntatem hominis sua gracia preuenit. ido dicit August. q̄ gracia liberuz arbitriū preuenit vt hō bonū velit. Berū. Gracia liberū arbitriū excitat cum in eo seminat bonum cogitatum. sanat cum mundat affectum. roborat vt perducat ad actū ⁊ cōseruat ne consenciat ad prauū factum. Quod clare percipimus i beato ſtephano cristi pr̄othomartire quia gracia diuina superauit prefata peccata. ⁊ per tres virtutes quas a deo gracioſe obtinuit. predictis peccatis contrarias se abeis custodiuit. ¶ Sunt aūt tres virtutes solennes. prima est virt⁹ humilitatis contraria superbie. sc̄da virtus paupertatis contraria auaricie. tercia est virtus castitatis contraria luxurie. Prima virtus quā obtinuit beatus Stephanus

bus diaboli extraxit. ⁊ vxorem a
periculo liberauit. Extende illud
exemplum de milite qui ex diuite
pauper effectus se diabolo tradidit
si ei diuicias conferret ⁊ vxorem
suam. ¶ Quarta stella quam vi
dentes magi gauisi sunt gaudio
magno valde nimis. dicatur spiritua
lis. que est fides. Hanc viderunt
in corde. De qua Eccliastici. xliij.
Species celi id est celestis homi
nis gloria stellarum id est virtu
tum. Inter quas prima dicitur fi
des. Hanc videntes magi in cor
de suo gauisi sunt non solum gau
dio magno sed ⁊ valde. Nā nisi
fidez diuinitatis habuissent ex vi
sione pueri vel matris eius paruz
gauisi fuissent. Sed propter fidez
credentes deum esse ⁊ summuz bo
nuz gauisi sunt valde. Et propter
istam veram fidem procidentes
adorauerunt eum. Non em̄ adora
tur nisi deus. Deutro. vj. Domi
num deum tuum adorabis ⁊ illi
soli seruies. Adorabis cultu inte
riori recognoscendo eum vt prin
cipium ⁊ finem tui ⁊ omnium et
illi soli seruies cultu exteriori vt
domino summo eius precepta ser
uando. Cognouerunt igitur isti
per veram fidem hunc esse deum
⁊ propterea adorauerunt. Vnde
Crisost. in omel. Videam⁹ quid
gloriosum magi videntes in pue
ro gauisi sunt. nunquid viderunt
pallacium marmoribus splendi
dum. nunqd matrem eius dyade
mate coronatam aut in lecto au
reo recumbentem. nunquid pueri
auro inuolutum. nunquid reginā
diuersis populis personantem. nō
sed quid. pandochium vticz tene
brosum ⁊ sordidum ⁊ magis ani
malibus q̄z hominibus aptum.
Matrem eius viz tunicam vnaz
habentem. ⁊ talem qualem habe
re poterat carpētarij vxor peregre
constituta viderunt ⁊ puerum pā
nis sordidis inuolutuz in presepio
sordidiori positum. Si terrenum
ergo regē querentes venissent ma
gis confundendi erant q̄z gauisu
ri. Nunc autem qua celestem que
rebant ⁊ si nihil regale videbant
in eo solius tamen stelle testimo
nio contenti erant. putas ne ado
rassent infantem nisi intelligerent
adorationis honorem nisi aliqd
diuinum credidissent in eo. Ergo
non puericie honorem dederunt.
sed diuinitati eius omnia intelli
genti. Hec Crisost. Ex hac stel
la fidei processit radius perfecte pi
etatis quam ex muneribus osten
derunt. Ex munere auri veneran
tes in eo personam regiaz. In thu
re diuinam. In mirra mortalem

naturam eius assumptā. Ab hijs discamus offerre deo integram fidem nostram non in parte. qui eñ ypm credit non esse deum sed creaturam vt Arrius vel iudeus aut paganus. hic non offert thus quod deo offertur. Qui non credit eum fuisse verum hominem ꝫ fantasticum vt Manicheus. nec fuisse mortuum vt sarracenus ⁊ thurcus. hic non offert mirram mortalitatem signantem. Qui dicunt deum non habere prouidenciaz omnium vt dominum vniuersorum ⁊ sapientissimuz non offerunt aurum. Qui non habent amaritudines penitencie peccatorum suoꝝ nec mortificant passiones suas ꝫ eas secuntur. hij non offerūt mirram. Qui deuotas orationes ⁊ preces ad deum non dirigunt hij ī thure deficiunt. Qui vero deum super omnia non diligunt hij aurum nō non offerunt quia per aurum dilectio significatur. Imitandi igit isti magi sunt ⁊ ad radium pietatis ex fide eorum adoremus ypm cum vera fide ⁊ opere dilectionis deuotionis ⁊ mortificationis.

¶Quinta stella quam magi vidē tes gauisi sūt gaudio magno valde ꝛc. est intellectualis qui est angelus. De qua Baruth. iij. Stelle autem dederunt lumen in custodijs suis ⁊ letate sunt. Hanc viderunt in somnis quando per angelum sunt admoniti ne redirent ad Herodem sed ipo duce redierunt per aliam viam. Et reuersi in suam regionem edocti sunt per frequentes apparitiones angelorum Tandem baptisati a beato Thoma apostolo coadiutores facti sūt ipius in predicando fidem ypi do nec beato fine quieuerunt. Horuz corpora primo per Helenam Constantini matrez rapta in Constantinopolim sunt translata. Postea per sanctum Eustorgium episcopum mediolanū translata. Deinde anno domini M.c.lvij. postꝫ Fridericus primus imperator Mediolanum destruxit Raynaldus Colonien sis archiepiscopus a mediolano Coloniam transtulit vbi in magna reuerencia ⁊ populi deuotione coruscant.

De Epiphania domini sermo vnus. de euangelio.

Idim⁹ stellā eius in oriente ⁊ venimus cum muneribus adorare eum (Mathei. ij. Consuetudo est longe introducta ꝙ quando princeps magnus acquirit aliquod magnum dominium vel cō sequitur victoriam de inimicis suis tunc capitanei ⁊ cōmilitones sui congratulantur ei. populus autem ciuitatis vadit obuiam ei cū canticis ⁊ iubilo. ⁊ barones eiꝰ offerunt sibi munera. Simili modo veniens dominus Jhesus rex regum magnus ⁊ excelsus habens victoriam de natura humana rapiens ipam de manu diaboli per misterium incarnacionis sue. primo ⁊ antea venerunt cōmilitones sui angeli videlicet vt habetur Luce. ij. dicentes. Gloria in excelsis deo. Deinde populus suus. id est pastores. qui prout patet ibidem quando discesserunt ab eis angeli

loquebantur adinuicē. transeamꝰ
vsq; Bethleem ⁊ videamus hoc v̄
bum quod factum est quod osten-
dit nobis dominus. Et venerunt
festinantes ⁊ inuenerunt Mariaz
et Joseph ⁊ infantem positum in
presepio. Postremo autez venerūt
reges ab oriente Jherosolimaz ad
offerendum ei munera dicentes v̄
ba thematis. Vidimus stellā eius
in oriente ⁊c. ¶ In verbis predictis
tria tanguntur que in hoc sermo-
ne erunt declaranda. Primum di-
citur apparicio in principio. Vi-
dimus stellam ⁊c. Secundum ad
uentacio ibi. Et venimꝰ ⁊c. Ter
cium adoracio in fine cum con-
cluditur. Adorare eum. Primum
dicitur stelle apparitio quia dicūt
magi. Vidimus stellam eius in
oriente. ¶ De hac stella tres fuerūt
opiniones. Prima est eorum qui
dixerunt ꝙ fuit spiritussanctus. q̄
sicut apparuit apostolis ī linguis
igneis ita ⁊ magis in specie stelle
Secunda fuit eorum. qui dicunt
ꝙ stella illa fuit angelus qui appa
ruit pastoribus in specie humana
⁊ ip̄is in specie stelle. Tercia opi-
nio fuit mathematicoꝝ qui dicūt
ꝙ illa fuit stella fatalis sub cuius
constellatione natus est xp̄s. Hec
autem opiniones reprobantur per
doctores. vt Crisost. Nico. de ly.
sctm̄ Tho. tercia parte. q. xx xvj.
ar. lxx. ꝙ illa stella fuit vera stel-
la non vna de celestibus stellis ꝫ
de nouo producta in aere vicino
terre que scd̄m dei voluntatē mo
uebatur. Quod etiam confirmare
videtur Aug. in libro contra Fau
stum dicens. Non ex illis erat stel
lis que ab inicio creature itineruz
suorum ordinem sub creationis le
ge custodiunt sed nouo virginis
partu nouum sydꝰ apparuit. hoc
autem ostenditur esse verum ex
sex in quibꝰ differebat ista stella
ab alijs stellis videlicet in natura
situ motu tempore claritate ⁊ offi
cio. De quibus vide supra sermōe
xxiij. E. ¶ Sed diceres a quo di-
dicerunt magi ꝙ talis stella xp̄m
natum significaret. Respondet
August. Primo ꝙ didicerunt ab
angelo. Apparuit quidem eis pri
mo signum stelle quam cuz admi
ratione aspicientes desiderabant ī
telligire quid hoc esset ⁊ vel vigilā
tibus vel dormientibus angelus
misterium xp̄i declarauit. Hoc vi
detur Aug. opinando asserere. vn
de in sermone de Epiphania ait.
Si dicturus es a quibus audierūt
ꝙ talis stella xp̄m natum signifi
caret profecto ab angelo aliq̄ mo-
nitione reuelationis. Crisost v̄o
super Matheū dicit se inuenisse ī
quibusdaz libris licet apocrifis ꝙ
in ptibꝰ oriētis erāt q̄dā sapiētissi
mi reges q̄ vel descēderāt de stirpe
Balaā vl' ad eos ꝓphecia balaā de
uenerat in q̄ dixerat. Orietur stella
ex Jacob ⁊c. Ex qua diuulgatuz
fuit apud eos ꝙ nascente xp̄o stel-
la quedam admirabilis ⁊ insolita
appareret. quare statuerunt vt eli
gerentur. xij. qui sollicite conside-
rarent ortuz illius stelle. Quod vt
melius facerent in quodam altissi
mo monte construi fecerunt quod
dam pallacium cum copia rerum
necessariaꝝ ad victum ⁊ ibi ꝑma-
nebant isti deuote dep̄cantes deuz

vt stellam hanc ipis ostenderet. Quib⁹ orantibus nocte media qñ natus est xp̄s apparuit supra eos in aere stella prefulgida. in cuius summitate erat ymago pueri par uuli super cuius caput crux splendebat qui illis dixit. Ite velocius in terram iuda ⁊ ibi regem xp̄m deum ⁊ hominem natum inuenitis. Narrauerunt vero ista sapiẽtibus regionis illius qui de ipsis tres elegerunt qui irent ⁊ munera preciosa deferrent ⁊ puerum natũ adorarent. Scd̄o scd̄m Bern̄. didicerunt per diuinam reuelationem Vnde dicit ꝙ qui per stellam eos foris ammonuit ipe in occulto eos edocuit per gracie illuminationꝫ Vnde Leo papa in sermone ait. Preter illam speciem stelle que corporeum excitauit aspectum fulgẽcior veritatis radius corda eorum perdocuit. Sicut em̄ prophete visione ymaginaria illustrabantur intrinsecus vt intelligerent dei secreta ventura. Ita potuit esse vt aspicientes magi signum visibilis stelle illuminarentur a deo vt cognoscerent ꝙ natus esset xp̄s. Sꝫ quereres vtrum natiuitas xp̄i fuerit conuenienter magis per stellaꝫ manifestata. ¶ Ad cuius euidẽciã nota ꝙ natiuitas xp̄i fuit diuersis diuersimode manifestata. Primo pastoribus per angelũ Lu. ij. Qui dixit. Annuncio vobis gaudium ⁊c̄. quia natus est vobis saluator mundi. Secundo magis ꝑ stellam vt hic. Tercio iustis. vt Symeoni ⁊ Anne in templo per instinctum spiritussancti quadragesima die a natiuitate Luce. ij.

¶ Triplici autem ratione xp̄s voluit natiuitatem suam magis per stellam manifestare ⁊ non per aliam creaturam. videlicet propter congruentem attractionem. propter precedentem prenunctiationẽ ⁊ propter conuenientem demonstrationem. Primo propter cõgruentem attractionem. Nam vt dicit sanctus Tho. tercia parte. q. xxxvj. ar. v. Respõdendo ad questionem ꝙ conueniens fuit xp̄i natinitatem magis per stellam manifestare quia deus consueuit homines vocare ad se per eis cõsueta eo ꝙ consuetis facilius credim⁹ Sed magi erant viri exercitati ĩ philozophia ⁊ astrologia ⁊ consueti fuerunt cursus stellarum inspicere. Ideo deus conuenienter eos ad se reduxit per stelle apparitionẽ Quia vt dicit Crisost. Per consueta eos dominus vocare voluit eis condescendens. Pastores vero q̄a iudei ⁊ rudes erant ac corporalib⁹ dedidi qui consueta erant diuina responsa per angelos recipere. per quos etiam legeꝫ acceperant. Secundum illud Act. vij. Accepistis legem in dispositione angelorum Ideo per angelos eis reuelata est xp̄i natiuitas. Symeon vero et Anna qui erant homines iusti q̄bus ꝯsuetũ ẽ ⁊ familiare edoceri ꝑ diuinã inspirationẽ absq̄ exteriorũ signoꝝ demõstratiõe id̄o mãifestata ẽ eis xp̄i natiuitas ꝑ ĩttriorẽ instĩctũ spũsscti scd̄ꝫ illd̄ lu. ij. Respõsum accepit symeon a spũsctõ nõ visuꝝ ⁊c̄. Scd̄a rõ ꝓpt̄ p̄cedẽtẽ designationẽ. q: sicut dr̄ in li. questionum noui. ⁊ ve. tes. Magi illi

sequebantur traditionem Balaā qui dixit Numeri.xxiij. Orietur stella ex Jacob. Unde videntes stellam extra ordinem mundi hāc esse intellexerunt quam Balaam futurum iudicem regem iudeorum prophetauerat. ideo ipse magis voluit ipis suam natiuitatem manifestare per stellam. Tercia ratio ppt conuenientez demostrationē vt enim ipus suam natiuitatem purissimam demonstraret p stellam eam magis manifestauit. Nam stella purissimum corpus ē ⁊ sic natiuitas eius est pura. Primo ex parte matris. Unde canit ecclesia. Sicut sydus parit radium sic virgo filium pariforma. Secundo ex parte prolis quia est candor lucis eterne ⁊ speculum sine macula Sapiēn. vij. ¶ Secundum declarandum quod in themate tā gitur est magorum aduentatio. quia dicunt venimus ⁊c. Ubi de tribus videbimus. Primum dicit proprietas. Scdm velocitas. Tercium localitas. Circa primū queritur cur isti reges nuncupātur magi. Et de hoc est triplex responsio scdm q magus tripliciter dicitur scz maleficus illusor ⁊ sapiēs. Primo vocantur magi id est malefici. Naz Exod. viij. Malefici pharaonis dicūtur magi. Dicit enim Crisost. istos fuisse maleficos sed postea conuersos. quibus dominꝰ voluit natiuitatem suam reuelare et eos ad se adduceret vt per hoc peccatoribus exhiberet fiduciaz. Secūdo quidā hos reges dicūt ab effectu magos .i. illusores ex eo q̄ herodem illuserunt. quia ad eum nō redierunt. Tercio dicuntur magi id est sapientes. Naz dicit Raba. Magi sunt qui de singulis rebus philosophantur. Unde magꝰ idē est q̄ sapiens. nam per se magus hebraice scriba. grece philosophus latine sapiēs dicitur. Unde ⁊ magi quasi sapiencia magni. De hijs sic dicit Remigius. Sciendum ē autem q̄ varia est de magis opinio. Quidam enim dicunt eos fuisse caldeos. ⁊ caldei pro deo stellā colebant ⁊ idcirco dixerunt q̄ nūcupatio eorum deorum ostenderit verum deum natum. Alij dicunt persos eos fuisse. Nonnulli dicunt illos de vltimis finibus terre fuisse. Alij vero asserunt eos fuisse nepotes Ballaam. qui inter cetera prophetauit Numeri. xxiij. Orietur stella ex iacob ⁊c. Illi vero p hāc prophetiam moy vt viderunt stellam nouam intellexerunt regem natum ⁊ venerunt adorare eum. Hec Remigius. Ex illis patet q̄ verbum magorum dicencium. vidimus stellam eius in oriente nō est sic intelligendum q̄ ipis in oriente positis stella apparuerit existens in terra iuda. sed quia viderunt eam in oriete existentem ⁊ p cessit eos vsq̄ in iudeam. ¶ Secūdum dicitur velocitas. Ubi quero quo tempore isti magi venerunt ad ipm. Et circa hoc sunt varie opiniones. Quidam enim dicunt q̄ per biennium ante ipi natiuitatem apparuit stella ista. ⁊ tunc mirabantur magi quid esset. ipo aūt nato reuelatum est magis per angelos q̄ stella significabat christum natum. et tunc ceperunt

venire et in.xiij.diebus venerūt ⁊ puerum adorauerunt. Alij dicunt ꝙ per annum ante xp̄i natiuitatē stella magis apparuit. ⁊ tunc ceperunt venire ⁊ ꝓpter nimiam distanciam per totum illum annuz profecti sunt. in.xiij.vero die alterius anni cum xp̄s nunc esset.xiij dierum applicuerunt ad ip̄m. Nō nulli insuper tenent ꝙ in die natiuitatis apparuit stella ⁊ tunc magi inceperunt venire ⁊ post annū xiij.die scd̄i anni venerūt ad xp̄m Sed hoc scd̄m doctores stare non potest quoniam vt Matheus ⁊ lucas testantur postq̄z impleti sunt dies purgationis Marie postea statim xp̄us fugit in egyptum et mansit ibi septem annis. Et sic magi scd̄o anno post eius natiuitatem non inuenissent eū in Bethleem. Ideo communis opinio habet ꝙ in natiuitate domini stella primo magis apparuit ⁊ tunc ceperunt iter suum. ⁊ terciadecima die cum xp̄us tredecim dierum esset ad ip̄m stella duce venerunt. Et si queritur quomodo in tam paruo tempore per tanta terraruz spacia venire poterant scz ab oriēte in Iherusalez que in medio mūdi dicitur esse sita. Respondit Remigius ꝙ puer ad quem properabant eos in tam paruo tempore ꝑducere potuit. Vel scd̄m Iheronimū respondetur ꝙ super dromedarios venerunt qui sunt animalia velocissima ⁊ tantum currunt in vno die quantum equus in tribus Vel si reges predicti fuerūt de genere Balaam regio eorum nō multum distabat a terra promissionis idcirco potuerunt iter suum tam breui tempore expedire. Et ꝙ dicitur illos ab oriente venisse intelligi potest ꝙ ab illa regione venerūt que iudeis in parte oriētali est propinqua. ¶ Tercium dicitur localitas. Vbi querunt doctores quare isti magi specialiter venerunt iherusalem pocius q̄z ad aliam ciuitatem iudee. Respondet Remigius ꝙ triplici de causa. Prima q̄a magi cognouerunt tempus ⁊ non locum. sed Iherusalem regia ciuitas erat ⁊ crediderunt ꝙ xp̄us non nisi in vrbe regia nasci debuissz. ideo venerunt illac vt locum natiuitatis cercius discere possent vt impleretur illud ysa. ij. De syon exibit lex ⁊ verbum domini de Iherusalem. Secunda vt iudei essent inexcusabiles alias potuissent se excusare dicentes. nos scimus locum ⁊ non tempus. ideo magi annunciauerunt eis tempus dicentes. vbi est qui natus est rex Iudeorum. Tercio vt ex studio magorum dānaretur pigricia iudeorum. Quanta vero fuerit tunc negligencia iudeorum patet per se. Nam magi vni prophete crediderunt scz Balaam. Isti pluribus non crediderūt Illi querunt alienum isti non proprium. Illi venerunt de longinquo. isti manserunt in propinquo Hec est antiqua duricia iudeoruz De quo p̄s. Non crediderunt verbis domini. Vnde Gregorius. In omnibus signis que nobis nascente domino vel moriente monstrata sunt considerandum nobis est quāta fuerit in quorundā iudeorū corde duricia que hunc nec per

prophecie donum nec per miracu-
la agnouit. Omnia quippe elemē
ta auctorem suum venisse testata
sunt vt em̄ de eis quodam vsu hu
mano loquar celi hunc deum esse
cognouerunt quia ꝓtinus stellam
miserunt. celi videlicet aerei. Ma
re cognouit quia sub plantis eius
calcabile se prebuit. Terra cogno-
uit quia eo moriente contremuit.
Sol cognouit quia lucis sue radi-
os abscondit. Saxa ⁊ parietes
agnouerunt quia tempore mortis
eius scissa sunt. Infernus cogno-
uit quia quos tenebat mortuos vi
uos reddidit. Et tamen hunc quē
deum omnia insensibilia elemen-
ta senserunt adhuc infidelium cor
da iudeorum deum esse minime
cognoscunt ⁊ duriora saxis scindi
ad penitenciaz nolunt. Hec greg.
Ecce quanta fuit et est iudeorum
ingratitudo. Et q̄d de malis xp̄i
anis dicemus q̄ peiores sunt iude
is. ¶ Terciuz quod in themate tā-
gitur est magorum adoratio. q̄a
dicunt venimus adorare dominū
Ad cuius euidemciam nota ꝙ isti
magi tria cognouerunt se habere
ab illo puero scz corpus. animam
et temporalem substanciam. Ido
etiam tria ei exhibuerunt. Primo
habuerunt ab eo corpus ideo pro-
cidentes id est ad terram cadētes
Scdo animam ideo adorauerūt
eum adoratione scz latrie firmit̄
ip̄m credentes esse deū. Vnde Leo
papa in sermone ait. Adorāt ma
gi in carne verbum. in infancia
sapienciam. in infirmitate virtu-
tem. in hominis veritate tronum
maiestatis. Vbi quero vtrū xp̄s
et eius humanitas sit adorādus
adoratione latrie. Solutionē hui⁹
vide infra sermone de omnib⁹ san
ctis. Tercio habuerunt ab eo tem
poralem substanciam. ideo aper-
tis thesauris suis obtulerūt ei mu
nera aurum thus ⁊ mirram. Nā
vt Remigi⁹ inquit fuit traditio
antiquorum vt nullus ad deū vel
ad regem vacuus introiret. Persi
autem ⁊ Caldei consueuerunt of-
ferre aurum thus ⁊ mirram quib⁹
regio eorum habundabat. ¶ Vtrū
autem omnes illi tres obtulerunt
omnia ista munera diuersimode
tenetur a multis. Quidam em̄ di-
cunt ꝙ vnus eorum pro omnibus
obtulit ista munera. Alij vero ꝙ
vnus obtulit auruz alius thus ali
us mirram. Alijs videtur ⁊ meli⁹
ꝙ quilibet eorum obtulit ista tria
Est autem talium munerum ob-
lationis ratio mistica scdm Aug.
in sermone huius diei quia auruz
ad tributum thus ad sacrificium.
mirra ad sepulturaz pertinet mor
tuorum. Aurum ergo offertur qua
si regi magno. thus ymmolat̄ do
vero ⁊ mirra tanq̄ pro salute ho-
mini morituro ita ꝙ tria predicta
significabant in xp̄o regiam po-
testatē. diuinā maiestatē ⁊ hūa-
nā mortalitatē. Vel scdz Bern̄. au
rū obtulerūt ꝓpt̄ releuādā paupta
tē. th⁹ ꝓpt̄ stabuli fetorē tolledam
mirrā ꝓpter mēbroꝝ xp̄i solidatio
nē ⁊ hec rō ē lr̄alis. Inno. vo dicit
ꝙ hec tria munera significāt tres
substācias in xp̄o. aurū q̄d vniuer
sis eminet metallis significat diui
nitatem. thus redolens p̄ciosaz si-
gnificat animam. mirra vermes

prohibens a corporibus significat corpus xpi mortale non sentiens stimulos viciorum.

De sancto Valentino episcopo Patauien. patrono sermo. xxv.

Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ps. xx. Verba ista conuenienter recitantur ad laudē ⁊ gloriam sancti confessoris ⁊ pontificis patroni nostri Valentini cuius hodie festa celebramus. quē dñs preuenit ⁊ subsecut⁹ ē in multis benedictionibus gracie sue qui sibi perdulces fuerunt. Nihil em̄ amarum amāti quia caritas omnia suffert ⁊ omnia sustinet ex apostoli sentencia. ōia ergo opera illius benedictione dulcedinis plena erant q̄a omnia meritoria. p que eternam consecutus est a dño benedictionem quam dñs datur⁹ est in finali iudicio omnibus electis dicens. Venite benedicti patris mei percipite regnum ⁊c. hec autem benedictio quid aliud est q̄ corona quam dominus posuit in capite eius. Ideo bene dicit de eo thema. Dñe preuenisti eum in benedictionibus ⁊c. ¶ In quibus premissis duo tanguntur que venūt declaranda. primū est benedictio in principio. Dñe preuenisti eū ⁊c. scdm coronatio cum concluditur. Posuisti in capite eius. ¶ Ad euidenciam primi nota q beatus valentinus ⁊ quilibet alius iust⁹ homo plures percipit a deo benedictiones in triplici statu videlicet in vita. in mōrte. ⁊ post mortē. Primo in vita percipit ab eo quatuor benedictiones. Prima dicitur remissionis quia ei omnia peccata dimittit scdm illud ps. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis Hanc benedictionem promittit deus peccatoribus Joēl. ij. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio ⁊ fletu ⁊ planctu ⁊ scindite corda vestra ⁊ non vestimēta vestra ⁊ conuertimini ad deum vestrum. Et sequitur. Quis scit si conuertat̄ ⁊ ignoscat ⁊ relinquat post se benedictionem. Secūda benedictio dicit̄ dilectionis. nam deus et omnes sancti diligūt hominem iustū ⁊ bonū. Quilibet autē homo iustus dicitur qui est sine mortali pcō. Vñ Joh. xv. saluator dicit Vos amici mei estis si feceritis ea que precipio vobis. Cōsideret nūc vnus quisq; an ea faciat que precepit dominus ⁊ statim inueniet se esse amicum dei. Ex aduerso seq̄tur q̄ non facientes que dominus precipit dicuntur inimici dei. Sicut sunt omnes violantes precepta decalogi. vt periuri. violantes sabbatum. inhonorātes parentes ⁊c. Tercia benedictio iusti dicitur accumulationis. nam meritum suum continue crescit in celo. ⁊ omnia opera sua cooperantur sibi in bonum. scdm illud ad Ro. viij. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Quia omnia que hic in mūdo deliberate agunt ex vera caritate veniunt eis ad meritum. ymmo non solum bona que agunt. sed ⁊ etiam mala que sustinent.

Vnde si iusto moritur filius. si a-
mittit res temporales siue sint bo
ni siue mali. domini vel prelati bo
ni vel mali socij amici vel immi-
ci semper dominus hoc sibi ordi-
nat ad lucrum suum ⁊ ad bonum
licet ipe hoc nesciat. vnde ps. Om
nia quecunq; faciet semp prospera
buntur. Quanto ergo diuci⁹ iust⁹
viuit in seculo tanto maior erit ī
celo. Sed non sic impij non sic. ꝙ
tanq; pulus qui dispergit sine fru
ctu. ita omnia iniusto proueniunt
in malum etiā bona temporalia.
quia de talibus est deo ingratus
⁊ male expendit. Quarta benedi-
ctio iusti in hac vita dicit exaudi
tionis. Nam dns semper exaudit
orationem ei⁹. sedm illud ps. Vo
luntatem timentiuz se faciet ⁊ de-
precationem eorum semper exau-
diet. Licet iustus nō semper sciat
se exaudiri. deus em̄ non semp ex-
audit ad voluntatem. sed magis
ad necessitatem ⁊ vtilitatem tan
q; bonus medicus qui magis no
scit egritudines infirmi q; ipe in
firmus. Deus em̄ facit vt pia ma
ter que licet diligat filium suū par
vulum tamen cum filius petit in
utile aut nociuum vt ignem vel
cultellum tunc mater eum nō ex
audit. Hec sunt quatuor benedi
ctiones dulcedinis quas percipiūt
timintes deum hic in vita. vnus
tamen plus q; alter. quāto magis
vn⁹ plus proficit in meritis q; al
ter. Quis autem dubitat quin tan
to amplius beatus Valentin⁹ cō
secutus est has benedictiones quā
to magis hic in mundo profecit
suis meritis ne dum in se sed etiā
in populo xp̄i quem sibi multum
acquisiuit sua irreprehensibili vita
et doctrina. ¶ Secundo beat⁹ Va B
lentinus preuentus est benedictio
nibus dulcedinis in morte. Et p
nunc adducam duas benedictio
nes quas domin⁹ dat electis suis
in morte. Prima dicitur prepara
tionis. dat em̄ dns eis graciam p̄
parandi se ad suscipiendū sacram̄
ta ecclesiastica quibus iterū iustis
augentur merita hic in terris ⁊ p̄
mia in celis. Scda dicitur defensi
onis quia dominus iustis angl'os
suos in morte mittit vt eos defen
dant a demonibus ⁊ confortent
animam in temptationibus ⁊ tā
dem eam egredientem cū gaudio
de corpore suscipiunt. De hijs dua
bus benedictionibus dicit Eccla
stici. j. Timenti deū bene erit in ex
tremis ⁊ in die defunctionis sue
benedicetur. Et Deut. xxviij. dici
tur. Benedictus eris ingrediens ⁊
egrediens. egrediens scz de corpore
⁊ ingrediens scz in requiem. Reue
ra tūc quilibet homo indiget bene
dictione magne securitatis. quia
tunc inimici eius concordi volun
tate ⁊ malignitate veniunt cōtra
eum. Vnde Greg. Maligni spūs
vndiq; in morte animam coangu
stant dum ei non solum operis.
verum ⁊ locutionis. atq; insuper
cogitationis iniquitates replicāt
Has benedictiones in morte dul
citer habuit sanctus Valentinus
patronus noster. Nam cum exit⁹
viri dei appropinquasset tempus
obitus sui non ignorans se eccle-
siasticis sacramentis communiri fe
cit ⁊ deinde in pace obdormiuit.

Cuius animam sanctam angeli cum iubilo celo intulerunt. Corpus vero eius in castro Mayensi in ecclesia sancti Zenonis non lõge a Tyrolis honorifice sepelitur. vbi multis claruit miraculis & locus sepulture eius tanta veneratur frequencia fidelium q̃ sanctus Corbinianus frisingen. episcopus ibidem apud sanctum Valentinum suam elegit sepulturam & deinde post mortem suam ibidẽ ad sepeliendum apportatum est vt habetur ni eius legenda. Deinde post decursum temporis corpus beati Valentini de eodem castro a longobardorum gente honorifice in vrbem Tridentum translatum est. Demum ab illustri duce bauarie Tassilone in ciuitatez patauien. cum summo honore erectum est quod & ibidem magnifice honoratur & colitur. Vbi etiam multis claruit & hodie claret miraculis. Tercio dominus p̃uenit sanctum Valentinum in benedictionibus dulcedinis post mortem.

C Et p̃sertim in sex benedictionibus quas dominus confert suis electis post mortem. Prima benedictio dicitur aduocationis. Nam quando anima iusti post mortez ad iudicium particulare venerit & non plene rationem de suis peccatis facere poterit tunc x̃pus erit aduocatus eius exponens pro eo suã passionem deo patri. scdm illud Ro. viij. Christus Jhesus qui mortuus est qui & resurrexit. qui etiaz interpellat pro nobis. Et. j. Johãnis. ij. Aduocatuz habemus apd patrem Jhesum x̃pm iustum. et ipe est propiciatio pro peccatis nostris. Secunda benedictio dicitur consolationis. Benedicet eĩ dominus iustis in finali iudicio dicendo eis cum maxima consolatõe. Venite benedicti patris mei percipite regnum ẽ. Esurui & dedistis mihi manducare ẽ. Propter hoc dicitur prouerb. xxij. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. Sic econtra qui tardus est ad misericordiam maledicetur. faciet ergo quilibet prout sibi dicitur Eccliastici. vij. Pauperi porrige manum tuam vt pficiatur propiciacio tua gracia dati in conspectu omnis viuentis. Gracia dati id est propter datum perficietur propiciatio tua in mundo & benedicto in iudicio vbi in cõspectu omnis viuentis dicetur tibi. Venite benedicti ẽ. Tercia benedictio post mortem dicitur participationis. Nam si post mortem intrat purgatorium particeps erit omnium bonoz que fiunt in ecclesia militãte vt sic cicius liberetur. iuxta illud ps. Particeps ego sum omnium timencium te ẽ. & tanto magis quanto magis hic se fecit participem bonoz ecclesie. siue quãto magis hic meruit vt illa bona sibi post mortẽ suffragãt. Mayẽ aũt hoc fit per opera misericordie corpalia & spũalia & singulariter ea que impenduntur animabus ĩ purgatorio. vt si hic libenter p eis oraſti aut eis subueniſti tunc etiã tibi tanto magis bona ecclesie cedent ad liberationem a purgatorio. quia heu pauci sunt iusti qui intrent purgatorium. Quarta be-

nedictio dicit̃ sacietatis q̃a post liberationem a purgatorio omnium sacietate replebitur in celo. et quecunq; desiderat anima ei⁹ ibi h̃z pro voluntate sua scd̃m illud p̃s Qui replet in bonis desideriũ tuũ Quinta benedicio dicitur gaudio sitatis quia recipiet speciale gaudium a quolibet sancto ⁊ angelo dei. tot em̃ habebit gaudia preter propria quot sunt sancti in celo et angeli beati. Sexta benedictio dicitur dotationis quia in resurrectione generali habebit duplicẽ stolam scz corporis ⁊ anime. Tunc enim non solum premium habebit in anima de operibus bonis. sed etiam in corpore quia corpus q̃tuor dotibus glorificatum videlicet impassibilitate. immortalitate agilitate ⁊ claritate ⁊ tanto amplius istis dotibus premiabit̃ quãto magis corpus suuz exercitauit in bonis operibus ⁊ virtutibus. Vltra has dotes specialiter fulgebit in celis beatissimus patronus noster valentinus aureola doctorum siue confessorum. prout in sequenti articulo declarabitur. Secundum quod in themate tangit̃ declarandum dicitur coronatio. quia coronatus corona de lapide precioso. ¶ Ad cuius euidenciaz videndum est de tribus. primũ quid est corona qua dn̄s coronat sctõs in gloria. scd̃m in quib⁹ differt corona ista ab aurea aureola ⁊ palma. tercium an sanctus valentin⁹ etiam coronatus sit aureola. Ad primum respondet̃ scd̃m doctores in quarto di. xlix. q̃ per coronam beatorum nihil aliud debet intelligi q̃ premium essenciale siue beatitudo essencialis beatorum consistens in clara dei visione ⁊ perfecta cum gaudio fruitione. quod habent beati omnes in deo clare sic viso ⁊ amato per quã beatitudinem rationalis creatura perfecte coniungitur deo. Et dicit̃ corona per similitudinem quia meritum quo illud premium hic meretur fit cum quadam pugna scd̃z illud Job. vij. Malicia est vita hominis super terram. victori autem debetur corona. Scd̃o dicitur corona ideo quia per hoc premiuz fit homo particeps diuinitatis aliquo modo ⁊ sic per hoc etiam fit particeps regie dignitatis. scd̃m illud Apoc. v. Fecisti nos deo nostro regnuz ⁊ sacerdotes. Corona autem est ꝓpriũ signum regie dignitatis ⁊ ideo essenciale premiuz quo homo sic fit particeps deitatis ⁊ quodammodo regie potestatis dicitur corona. Tercio dicitur corona. q̃a corona significat quãdam perfectionem ratione figure sue circularis que est perfectissima figurarum. Et ex hoc etiam conuenit perfectioni beatoꝝ in patria Et quia beatissimus patron⁹ noster sanctus valentenus hic viriliter pugnauit contra carnem mũdum ⁊ dyabolum ⁊ victoriã obtinuit ideo nũc dn̄s in eterna benedictione ip̃m hac corona coronauit. Est aũt hec corona de lapide precioso q̃ est de clara visione xp̃i dn̄i scd̃m diuinitatẽ ⁊ humanitatẽ qui dicit̃ lapis abscisus de monte sine manibus. Daniel. ij. quia conceptus ex Maria virgine sine

virili semine. Dicitur aūt Maria mons ꝓpter eminenciam sue dignitatis ⁊ quia omnes ad eam confugientes ꝑ auxilio saluantur tanq̄ in monte. Dicit̄ etiam xp̄s lapis angularis. De quo in p̄s. Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. De hoc ergo precioso lapide beatus Valentinus habet coronā qua est coronatus. ¶ Scd̄m ꝯsiderandum in quibus differt corona ab aurea aureola ⁊ palma. Ad hoc dico scd̄m doc. vbi supra ꝙ corona idem est quod aurea. nā aurea est p̄miū substanciale qd̄ alio nomine methaphorice dicitur corona tum ex ꝑte meriti quia non respondet generi operis sed radici caritatis. tum ex parte premij ꝑ quod fit anima particeps diuinitatis. Palma vero est p̄miū accidentale quod nec radici caritatis. nec generi operis debetur sed tantum voluntati. Tale p̄mium habuit sanctus Martinus eo ꝙ martirium desiderauit licet opus non fuerit subsecutum. Vnde de eo canit ecclesia. Quem ⁊ si gladius ꝑsecutoris non abstulit palmaꝫ tn̄ martirij non amisit ⁊c̄. ¶ Aureola vero est premium accidentale qd̄ respondet operi excellenti ⁊ priuilegiato scꝫ martirio. virginitati. et predicationi. Nā vt dicunt doctores. Sicut ex gaudio essencialis premij quod est aurea redūdat in corpore beatoꝝ quidā decor qui est in gloria corporis ⁊ dicitur dos corporis. Sic aureola licet principaliter sit in mente per quandam tamen redundanciam fulget ī carne. Et sic scd̄m Bonauenturam vbi supra. Aureola ē quidā decor in corpore vel gaudium de tali decore quod habet de operib⁹ a se factis que habent rationem excellētis victorie. Ex predictis soluitur tercium ꝙ glorioso pontifici nr̄o sancto Valentino etiam debetur aureola. Et hoc ideo quia per doctrinam ⁊ predicationem suā hic ī mundo obtinuit perfectissimam victoriam contra demonem illuꝫ repellendo non solum a se sed etiā ab alijs quos sua doctrina illumi minauit in hijs que sunt de pertinentibus ad salutem. ¶ Nā vt cōcludunt doctores tribus generibus hominum specialiter ad hoc priuilegiatis debetur aureola scꝫ martiribus. predicatoribus ⁊ virginib⁹ et hoc triplici ratione. Primo ratione excellentis operationis quia in virginibus martirib⁹ ⁊ p̄dicatoribus inueniunt̄ tria excellentissima opera triū potenciarum anime. Excellentissimum em̄ op⁹ rationalis est predicatio veritatis. Excellentissimum opus concupiscibilis est obseruatio virginitatis Excellentissimum autem op⁹ irascibilis est tollerācia mortis. Secundo debetur aureola virginib⁹ p̄dicatoribus ⁊ martiribus ratiōe excellentis superationis. ip̄i nāq̄ magnifice superant hostes aīe scꝫ mundū demonē ⁊ carnē. Nā martires singulariter vincūt munduꝫ eo ꝙ voluntarie sustinent mortez ꝓpter xp̄m. mors aūt inter omēs passiones exteriores illatas est omnibus principalior. virgines insuper singularē victoriā de carne ob

tinent q̃uis aũt ⁊ vidue pugnant contra carnẽ. perfectius tamẽ virgines triũphant quia nobilissimũ victorie genus est nunq̃ hosti cessisse. Predicatores autem veritatis ⁊ doctores diabolum sublimiter ĩpugnant quem non solum a se ꝫ etiam ab alijs sua doctrina eiciũt

H. ¶ Nec est dicendum vt quidã volebant ꝙ aureola doctorum debeatur tantũmodo prelatis ⁊ mgr̃is graduatis quibus competit ex officio predicare. Sed quibuscunq̃ q̃ licite exercent actum docendi in hijs que ad salutem pertinent siue in scolis legendo. siue in ambone predicando. siue etiam doctrinam conscribendo ⁊ componendo eorũ que ad salutem pertinent. quia ꝑ talem doctrinam expugnatur dyabolus a cordibus hominum tanq̃ armis quibusdam. scd̃m illud apl̃i. ij. Cor. x. Arma milicie nostre non carnalia sunt sed spiritualia. Prelatis autem ⁊ doctoribꝰ non debetur hec aureola nisi actu predicent siue doceant quia aureola non debet̃ habitui ꝫ actui. Tercio debet̃ aureola virginibus doctoribus ⁊ martiribus ratione excellẽtis cõformatiõis. Hij equidẽ nobilissime ꝯformantur xp̃o q̃ fuit virgo ⁊ virginitatem illibataꝫ seruauit. Fuit martir in sua passione acerbissima. Fuit doctor ⁊ p̃dicator qui veritatem mundo manifestauit. Sunt ⁊ alie innumere huius sancti patroni nostri benedictiones quas ostendunt sanitatum signa in cecis ⁊ claudis ⁊c. Quare illum pie veneremur sperãtes suo patrocinio ciuitatem Pauien̄. ab imminentibus malis custodire prout quondã in repulsiõe inimicoꝝ fecit. qui hanc ciuitatem nocte intrauerunt vsq̃ ad valuas eccelsie ⁊ tandem graciam dei obtinere quã nobis ꝯcedat ihesus ⁊c.

Wann. j.

De sancto Valentino ep̃o eccĩe Patauien̄. patrono sermo. xxvj.

Loriã mũdi spreuit cũ suis oblectationibus ⁊ ideo meruit prouehi ad summũ sacerdocij gradum. Hec verba canit ecclesia ad laudem sancti valentini ¶. Quantum hũana gloria sit fugiẽda xp̃s nos docuit v̄bis ⁊ exẽplis. Ip̃e em̄ cũ ppl̃us eum voluit facere regem postq̃ saciauit eos de quinq̃ panibus ordeaceis ⁊ duobus piscibus fugit solus in montem Johã. vj. Spernens gloriã mundi ⁊ magis eligens ꝑ salute nostra confundi ĩ hoc mundo q̃ honorari. Ideo ip̃e ait Joh. viij. Ego gloriã meã nõ quero. est qui querat ⁊ iudicet. et Math. xj. ait. Discite a me q̃a mitis sum ⁊ humilis corde. Et iterũ Lu. xiiij. Omnis qui se exaltat suple in hoc mundo hũiliabit̃ suple ĩ futuro ⁊ econuerso. Hoc ẽ qd̃ ait Math. xviij. Nisi ꝯuersi fueritis et efficiemini sicut paruulus non intrabitis in regnũ celorũ. Paruulus aũt q̃uis nobilis ⁊ delicatus nullũ spernit ꝫ cuilibꝫ sibi blãdiẽti arridet ⁊ se iũgit. Ecce quõ xp̃us dñs summus sacerdos nos v̄bo ⁊ exẽplo docuit gloriã huiꝰ mdi spernere ⁊ ꝯtempnere. Hoc attẽdens btũs valẽtinus a iuuẽtute studuit

pompā ⁊ gloriā huius mūdi deui-
tare ideo bene congruunt sibi ver
ba thematis quo de ipo canit eccle
sia per orbem diffusa, gloriā mun
di spreuit ⁊c, pro gracia Aue ma.
Gloriā mundi spreuit cū suis ob-
lectationibus ⁊c. ¶. Inverbis the
matis duo innuunt ex quibus ve
nit ꝓmendādus beatus Valenti-
nus. Primo eius humilitas in con
tempnēdo gloriā vanam huius mū
di cū suis blandicijs cū dicit Glo
riā mundi spreuit. Scdo eius pō
tificalis dignitas quam adipisci
meruit deo inspirante cū subiungi
tur. Jdo puerī meruit ad summū
sacerdocij gradum ⁊c. ¶ Circa pri
mū est notandū ꝙ ad spernendum
⁊ ꝓtempnendū gloriā huius mūdi
merito hō quilibet moueri dz ex
eo ꝙ oīa que sunt in mūdo sūt ca
duca ⁊ transitoria. Ad hn ostēdit
Holkot in li. Sapīe sup hoc vbo
Sapīe. ij. Quia ex nihilo sumus et
post hoc etimus tanq̄ nō fuerimus
⁊c, dicens ꝙ ꝓtra maliciam vane
glorie siue ꝓtra gloriā huius mundi
valde expedit recogitare quid eue
niat de illo delectabili qđ mouet
hoīes in pñti vt si est honor digni
tas diuicie sanitas aut pulchritu-
do ⁊c, quō tandē oīa ista sūt cadu
ca ⁊ transitoria scdm illud. j. Joh.
ij. Mūdus trāsit ⁊ ꝓcupīa eius. qđ
exponēs b. Aug. sic dicit. Ecce in
quit mōs transit ⁊ ꝓcupīa eius. qđ
vis ergo vtrū amare tpalia ⁊ trā-
sire cū tpe an ēpm amare ⁊ in eter
nū viuere. Et subūgit. Retū tē-
poraliū fluuius transit ꝑ tanq̄ iu-
xta fluuiū nata arbor ē dñs ihesus
xp̄s rapis in preceps tene lignum
Noluit te arbor mūdi tene ēpm.
ꝙ si amaris istā miserā fluidāq̄
vitam vbi cum tanto labore viui
tis quanto magis amare debetis
ipam vitam eternam. vbi nullus
dolorem sustinebitis. vulpecula
transitura glaciem apposuit aures
ad glaciem ⁊ si audit aquam cur
rentes fortiter sub glacie nullomo
do confidit de illa glacie quia ē ni
mis tenuis ad supportandum eas
Jsta cautela vti debemus contra
gloriam huius mundi. Nam hui⁹
mundi gloria est quasi quedā pul-
chra ⁊ splendens glacies quia dele
ctabile est honorari ab hominibus
pasci potari delicate vestiri ⁊ ha
bere magnā familiam cui possit i
perare sed cauendum est quia gla
cies ista est valde fragilis. auscul
ta diligenter ⁊ audies murmur a-
quarum transeunciuz sub ista gla
cie id est multorum populorum.
Juxta illđ Apoc. xvij. Aque mul-
te populi multi. Aduerte ⁊ audies
quia modo transit vnus rex i mor
tem. modo vnus comes. mō vn⁹
ēps. modo miles. modo militaris
modo pauper. modo diues. modo
senex. modo iuuenis. Et sic de al
ijs multis. Vnde ps. Periit memo
ria eoz cū sonitu. Jdeo de ista gla
cie nō est confidendū. Hec Holkot
vbi supra in fine lectionis. xvj.
Ex illo patet quantū periculum
est honores ⁊ gloriam huius mun
di appetere. naz quanto status al
tior tanto casus grauior. Ventus
ēm plus flat in loco superiori q̄ in
feriori. Jdeo ibi maius est periculū
Hinc est qn carpentarij ⁊ latomi
habent ascendere ad loca alta et

periculosa vt sint magis securi pe
nes se portant aliquid ponderosuz
in manu per quod dicūt se magis
esse securos q̄ si haberent manus
vacuas. Sic illi qui sūt in gradu
superiori sunt in periculo maiori p
pter ventū clamōis ⁊ mūdane va
nitatis. Tutū ergo ꝓsiliū ē talib⁹
q̄ semp in manu aliquid habeant
vt videlicet habundent in operib⁹
bonis ⁊ specialiter in elemosinis.
Hanc autem gloriā mundanam
beatus valentinus totaliter spre
uit vt patet ex eius vita. ⁊ pontifi
calem dignitatē inuit⁹ suscepit
putans se tali indignū licet a deo
electus extiterit. Hec de primo.
Scdo in verbis thematis inuitur
pōtificalis dignitas b. valētini cū
subiungit ⁊ ido puerū meruit ad
summū sacerdocij gradū. Ex quo
patet q̄ btūs valentinus ppter ei⁹
humilitatē ⁊ mundane glorie con
temptū a deo electus ē in summū
sacerdotē id est pontificem. ¶ Pro
quo est notandū q̄ pontificalis di
gnitas est suprema dignitas in sta
tu spūali. ⁊ ista maxime oñditur
ex digmtate sacerdotali. Habet
em̄ pontifex oēs p̄rogatiuas sacer
dotal' dignitatis i ꝯmuni. ⁊ vltra
hoc fulget quadā speciali p̄rogati
ua in ordinib⁹ ꝓferendis. in rena
tis fonte baptismatis confirman
dis ⁊ in oleo sancto ⁊ crismate cō
secrandis. in consecrandis eccles
ijs ⁊ de illis ordinādis ⁊c. Ideo di
cit in canone. xl. dist. ante omnia
Nihil est in hac vita ⁊ maxime i
hoc tpe difficili⁹ laborioſi⁹ ⁊ peri
culosius episcopi p̄spiteri aut dia
coni officio. sed apud deum nihil
beatus. si eo modo militetur quo
noster precepit impator. Ex quo
patz q̄ cognita dignitate sacerdo
tali facile nunc erit ꝯgnoscere di
gnitatem pontificalē. Sed dicetz
quis. ex quibus potest cognosci di
gnitas sacerdotalis ordinis. Ex
quo merito illoz status est hono
randus. Respondet q̄ ex septē spe
cialibus p̄uilegijs que nulli alte
ri nō sacerdoti q̄uenūt ⁊c. j. Quia
quilibet sacerdos est admin⁹ sepci
es plus q̄ laicus ad specialem cul
tū dei consecratus. ij. quia quilibz
sacerdos habet vltra laicū septem
caracteres aīe. iij. q̄ quilibet sacer
dos hz effectus clauium regni cele
stis. iiij. q̄ quilibet sacerdos hz pote
statem corpus ihū conficere. v. q̄
sacerdos est velud archangel⁹ ga
briel. vj. q̄ sacerdos est vtilissimū
eccie membrū. vij. q̄ vita boni sa
cerdotis tota est angelica ⁊c.
¶ Sunt ergo hec septē p̄uilegia
ppter que quilibet sacerdos ē mul
tum honorandus ab alijs ⁊ in se
ipso diligenter custodiēdus a pec
catis. Et si sic erit deo valde acce
ptus. Primū ergo p̄uilegiū sacer
dotis est. q̄ sacerdos ad specialez
dei cultū est ad minus sepcies pl⁹
q̄ secularis ꝓsecratus. nā ordines
sunt septem ⁊ in quolibet sacerdoꝭ
specialiter ꝓsecrat. Vñ ⁊ in vulga
ri ordo dicit benedictio. dicūt em̄.
Iste hz solū vnā benedictionē vel
duas ⁊c. Et in quolibet ordine sa
cerdos recipit specialem graciam
sacramentalem quarum vna est
perfectior alia sc̄dm gradus ordi
nis quia in quolibet deputatur ad
specialem actum diuinū ad quem

gracia exigitur specialis. Si igit̃ locus sacer vt cimiterium ecclesia ⁊ altare ⁊ vasa sacra puta calix. monstrancie ⁊ capsa eucharistie. ⁊ vestes sacre vt corporale palle indumenta sacerdotalia ⁊ huiusmodi sunt reuerenter tractanda. que tamẽ omnia sunt irrationabilia cur rationalis sacerdos sepcies sacratus deo non plus esset honorandus. Recipiunt em̃ sacerdotes cõmuniter a principio quatuor ordines simul videlicet hostiariatum lectoratũ exorcistatũ ⁊ accolitatũ postea successiue subdiaconatũ diaconatũ ⁊ sacerdociũ. licet aliq̃ a prĩcipio solum recipiunt primũ tõsuram siue scd̃m alios psalmistatum ⁊c̃. Item si non licet laico tãgere vasa sacra sc̃z calicem capsaz ⁊c̃. pro cõseruanda eucharistia sacrata. Item nec pannos in quib⁹ eucharistia locatur puta corporale quanto minus sacerdotem ledere qui eucharistiam consecrat ⁊ suis manibus tractat. Id̃o ecclesia statuit rationabiliter omnes illos excõmunicatos maiori excõmunicatione qui mittunt manus violentas in clericos vt dicit canon. Si quis suadente. xvij. q. iiij. Scd̃m priuilegiũ. quia quilibet sacerdos h̃z vltra laicum septem caracteres anime sue impressos specie differẽtes indelibiles per quos hic ⁊ in futuro iudicio siue in eterna patria ab alijs cognoscet̃ in quo ordine fuerit. que signacula ei cedent in magnũ gaudiũ si saluabit̃ ⁊ ĩ magnuz tormentum si dampnabitur Ideo cuilibet sacerdoti orandũ ẽ illud p̃s. Fac mecũ signũ in bono vt ꝯfundant̃ ⁊ reuereant̃ qui volunt mihi mala puta domones ĩducentes ad pctã. Terciũ quia quilibet sacerdos habet effectus clauium regni celestis saltem vbi habz populũ sibi commissum scd̃m illd̃ Math. xvj. Tibi dabo claues regni celoꝝ ⁊ quodcũq̃ ligaueris super terrã erit ligatum in celis ⁊c̃.

¶ Vbi dicit sctũs Tho. q̃ clauis realiter est caracter sacerdotalis. cuius effectus est septuplex. Primus peccata delere si reperit in cõfitente ⁊ hoc dispositiue. Secũd⁹ maculas peccatorum tergere. Tercius graciam acquirere dispositiue. Quartus penaz purgatorij minuere. Quint⁹ pena satisfactoria ligare. Sextus excommunicare qui locum habet in episcopo sacerdote archidiacono vel electo iurisdictiõz habẽte. Septim⁹ ĩdulgẽcias dare ⁊ hoc si ẽ ep̃s cardinal vl̃ legat⁹ ⁊c̃. Quartũ q̃ sacerdos h̃z potestatẽ corp⁹ xp̃i ꝯsec̃re ⁊ ille ẽ nobilissim⁹ act⁹ sacerdotis etiã ep̃i ĩ eccĩa dei vicz ꝯsec̃tio eucharistie. nã oẽs alij ordĩes disponũt ad eucharistie ꝯsec̃tionẽ. vñ primi tres faciũt ad ppl̃i p̃parationẽ q̃ hostiari⁹ h̃z amouere malos hoĩes vicz hereticos ⁊ excõicatos. Exorcista demones expellere. lector ꝓphecias legere ⁊ sic ppl̃m ĩstruere. ß alij q̃tuor magis ꝓpinq̃ deseruiũt ad eucharistie ꝯsecratiõz. q̃ accolit⁹ h̃z materiã ꝯsecrãdã p̃parare ĩ vasis nõ sacris. subdiacon⁹ h̃z eãdẽ materiã disponere ĩ vasis sacris ĩ q̃b⁹ fit ꝯsecratio. dyacon⁹ materiã sic p̃paratã habz sacerdoti offerre ad consecrandum. Sacerdos v̄o h̃z

materiam sibi oblatam ꝯsecrare.
¶ Vltra hos ordines quidā ponūt
N primam tonsuram siue psalmista
tum ⁊ episcopatū ⁊ sic essent nouē
ordines iuxta nouē choros angelo
rum. Attamen theologi dicunt ꝙ
in episcopatu nō imprimit̄ specia
lis caracter sed dilatatur p̄cedens
videlicet caracter sacerdotalis et
extenditur vt maiorem habet po
testatem q̄ꝫ alius sacerdos. Cau
sam dant quia ordines distinguū
tur principaliter penes consecrati
onem eucharistie ad sensū dictuz
modo ep̄s nihil amplius habet fa
cere ad ꝯsecrationem eucharistie
q̄ꝫ alius sacerdos. Nisi forte dice
res quia haberz excommunicatos
absoluere. Hoc aūt etiā habet fa
cere nō ep̄s habens iurisdictionez
vt supra. Ita psalmistatus nō eēt
specialis ordo nisi large capiendo
ordinem inquantū ascribit̄ priui
legio clericali. Ex isto patet quō
sacerdos speciale priuilegiū ⁊ po
testatez habet in ꝯsecratiōe eucha
ristie. Hanc aūt potestatē nullus
alius homo habet ymo nec ange
lus. ymo nullus alius quantūcūq̄ꝫ
sanctus doctus sciens aut bonus.
Ecce sacerdos eū qui creauit celū
et terrā trāssubstanciare hz ⁊ eum
quē castissima mr̄ ⁊ virgo semel
genuit quotidie quodammō rege
nerare pōt. Merito ergo sibi time
re habent cū sacerdotibus fornica
nturibus. Quintū qꝛ sacerdos ē ve
lud archangelꝰ gabriel ⁊ celestis q̄
dā paranimphꝰ mediās inter de
uotā animā vel spōsum eccīaz et
xp̄m eius sponsum cū celebrando
orat ⁊ offert vota aīaꝝ summo pa
tri ⁊ clemēciā p̄ris renūciat pōpu
lis ⁊ demū ꝯiungit xp̄m sponsuz
cuilibet homī deuote misse assistē
ti. Est etiā sicut baiulus doni no
bilissimi contenti in scrinio specie
rum sacramentaliū. O quante dul
cedinis ⁊ consolationis est deuoto
sacerdoti tantū sacramentū verbo
conficere pre occulis habere. mani
bus cōtrectare. ore summere. alijs
ministrare. Sextū qꝛ sacerdos est
valde vtilis ymo vtilissimū mē
brū eccīe qꝛ nullꝰ xp̄ianꝰ rite efficī
tur necessitate excepta nisi per sa
cerdotem. nullus in xp̄i militē cō
secrat̄ nisi per sacerdotē ep̄m in cō
firmatione. nulli pctm̄ dimittitur
ab aliquo pꝰ deū nisi per sacerdo
tē ymo oēs aīe fame perirēt si nul
lus sacerdos eucharistiā ꝯsecraret
nec aliq̄s meliꝰ muniri p̄t ad mor
tē q̄ꝫ ꝑ sacerdotē absoluētē. vnctio
nē extremā ⁊ eucharistiā dātē nec
q̄s fructuose matrimoniū ꝯtrahe
re ⁊ ī ipo bn̄dici p̄t nisi ꝑ sacerdotē
Quis etiā aīabꝰ in purgatorio sic
subueniret si sacerdos nō eēt cū eis
salubriꝰ subuenire nō p̄t q̄ꝫ ꝑ eucha
ristiā vt dicit greg. iiij. dyal'. ymo
nec ꝓ pctōre hic maiꝰ fieri p̄t q̄ꝫ vt
ꝓ eo xp̄s deo p̄ri offerat̄ in eucha
ristia vt dicit sctūs Tho. Ecce nū
q̄d sacerdos merito ē honorādus q̄
tā vtilis ē eccīe. Timeāt ergo sibi
merito q̄ offendūt sacerdotes ꝟbo
aut facto. Cōfundant̄ tāq̄ꝫ hereti
ci. dicūt. Si nullꝰ sacerdos eēt ad
hucviuere vellemus in catholica
fide. Quō em̄ veꝝ eēt euangeliū si
nullꝰ sacerdos eēt ymo nec ꝟba xp̄i
ꝟa eēnt. dixit em̄ xp̄s Math. vlt.
Ego vobiscū sū oībꝰ diebꝰ vsq̄ꝫ ad

cōsumationē seculi. nō aūt loquebat̄ de sola diuinitate. q: nullꝰ dubitat fidelis ip̄m scd̄m diuinitatē eē vbiq; ꝫ dixit. Ego scz deꝰ ⁊ hō hoc aūt quō verum eēt si sacerdos missam nō celebraret vbi em̄ xp̄us eēt nobiscū scd̄m hūanitatem nisi sub speciebꝰ panis ⁊ vini. Ecce ꝙ euāgeliū verū nō eēt ⁊ ꝑ ꝯsequens nec v̄ba xp̄i si nullꝰ sacerdos esset Audi hoc heretice. audi hoc tu inimice totiꝰ cleri ⁊ scias te pociꝰ hereticū q̄ꝫ xp̄ianū eē ⁊c. Septimuz priuilegiū q: vita sacerdotis bona tota ē angelica. Quidā em̄ angelorū scd̄m dyonisiū ⁊ damascenū in celo habēt deo asistere. Sacerdos vero in terra idē hz facere in altari in choro. alij in celo ⁊ alibi deo mīistrāt sacerdos ār id̄ ī officio facit p̄t̄ hec oēs angl'i ī celo habēt triplicia officia videlicet laudare benedicere ⁊ p̄dicare que in terra sacerdoti sunt ꝓpria. Ecce quāta dignitas sacerdotis. Ido legit̄ sctm̄ Frāciscū dixisse sepiꝰ. Si sctō cuiq̄ꝫ de celo veniēti ⁊ paupculo alicui sacerdoti me ꝯtingeret obuiare ad sacerdotis manꝰ deosculandas ciciꝰ me ꝯferrē ⁊ sctō dicerem Expecta sctē Laurēti q: manus huiꝰ v̄bū vite ꝯtrectāt ⁊ vltra hūanū aliq̄d possidēt. Si ḡ sacerdos tā sctās manꝰ hz. o quātū cauere hz ne illas polluat et xp̄m agnuz immaculatū illis ꝯtingat. O quātū detestat̄ xp̄s natus de virgine tangi manibꝰ pollutis a meretrice. Quātꝰ ergo timor merito inuadere dz sacerdotē q̄ luxuria pollutus audet suis manibꝰ xp̄i purissimū corpꝰ ꝯtrectare. Aduertat hoc quilibz sacerdos ⁊ sp̄ sit in timore sp̄ inuigilet ne indigne xp̄i corpus tangat. Ex p̄dictis eliciunt̄ aliq̄ documenta. Primū ꝙ oīs hō secularis etiā quantūcūq; potēs ⁊ magnus in magno honore tenere dz sacerdotem bonum siue malum. patet ex dictis priuilegijs ꝓpt̄ que maximo honore sunt digni. Ideo Dauid Saul malū inimicū suuz capitalē ⁊ mortalē ledere noluit q: vnctus erat. j. Regū. xxiiij. Quāto magis sacerdos dignus ē vltra regiā potestatē qui xp̄i corpꝰ ꝯficere hz qd̄ nulli vnq̄ꝫ regi nō sacerdoti ꝯcessum est. Ita Cōstantinꝰ imperator cū intrasset locū Niceni cōcilij ⁊ quósdā patres reperiret īter se iurgia habere acceptis ab eis oīm iurgiorꝝ ⁊ querimoniarꝝ libellis eos in sinu colligēs fecit cremari ne alicui hoīm innotescere posset peccatū sacerdotū ⁊ ep̄os ad se ꝯuocās dixit. Ite ⁊ inter vos causas vr̄as disponite. q: dignū ē vt nō iudicemꝰ deos. Et habent̄ verba. xlj. q. j. sacerdotibꝰ. Et ea. q. ꝯtinua. §. Itē Cōstātinꝰ. dicit̄ ꝙ Constantinꝰ in Nicena synodo p̄sidēs ait. Vos a nemine iudicari potestis quia ad dei solius iudiciū reseruamini. Vbi dicit glosa int̄ linea. A nemine scilicet seculari iudice ad solius dei id est clericorꝝ q̄ dij appellant̄. vt in prefato. c. sacerdotibus. Vnde. xcvj. di. in. c. In scripturis fertur Constantinū dixisse. Vere si ꝓprijs occulis vidissem sacerdotem dei aut aliquē eorum qui monastico id est monachali habitu amicti sunt peccantē clamidem meam explicarem ⁊ co

opericem eum ne ab aliquo videre
D tur. ¶ Ex dictis scdo infertur tale
documentum q grauiter peccant
sacerdotes raro celebrantes vel in
diuinis indigne ministrantes et
peccatis mortalibus se inquinan-
tes. patet quia scdm Grego. Cum
crescunt dona crescunt ⁊ rationes
donorum. Et seruus sciens volū
tatem domini vapulabit plagis
multis si non fecerit eam Lu. xij.
Ideo etiā xp̄us maxime in sacer-
dotes inuexit malos cū multiplex
ve eis predixit Math. xxiij. dicēs
Ve vobis scribe ⁊ ypocrite qui co
meditis domos viduaꝝ. ve vobis
duces ceci. ve vobis scribe ⁊ phari
sei qui similes estis sepulchris de-
albatis que afforis apparēt homi-
nibus speciosa intus aūt sunt ple-
na ossibus mortuorum et sic de ali
js. Ita ⁊ grauiter xp̄s sacerdotes
arguit eoꝝ vendentes ⁊ ementes
de tēplo eiecit Math. xxj. ¶ Ter-
P cio infertur ex dictis q grauiter
peccant qui sacerdotibus cooperā
tur ad peccandū. puta ludēdo. cra
pulose conuiuando ⁊ p̄sertim luxu
riando. tactu. verbis. munusculis
vel actibus quia omnes tales ma
culāt sacerdotes dn̄i ⁊ indignos fa
ciunt maximis bonis que facere
possent sine talibus pctis. ¶ Quar
Q to patet q̄ peccant grauiter sacer
dotib⁹ detrahantes. q̄ tales tenē
tur maximo honore honorare ex
dictis ⁊ nō infamare scdz illd Ex
odi. xxij. Dijs nō detrahes ⁊ prin
cipi populi tui nō maledices. Quī
to sequit̄ q parētes cognati ⁊ nu
tricij sacerdotū bonoꝝ deo multū
regraciari tenent̄ ⁊ letari debēt q
eoꝝ ministerio aut auxilio aliq̄s
factus est sacerdos patet quia par
ticeps sunt spiritualibus bonoruz
operum sacerdotuz q̄ plures alij.
Ex illis finaliter patet q si ꝯmu
niter sacerdotes sunt tāto honore
ꝓsequēdi quātū tūc debent honora
ri summi sacerdotes. puta ep̄i ar
chiep̄i paeriarche. primates ⁊ cete
ri superiores quātū etiā papa qui
est sup oēs. Si ergo tāto honore
digni sunt hic in terris quātis lau
dibus extollere debemus eos. qui
post q̄ hic digne sacerdotio functi
sunt nūc triūphāt in celis. certe tā
to amplius quanto apud deū exul
tant mirabilius. certe tāto effica
cius quanto ꝑ eos deus miraculis
choruscat hic in terris felici⁹. digne
ergo summis honorib⁹ dignus est
nr̄ pr̄on⁹ btūs valentinus cui⁹ tot
sunt miracula q ea enarrare non
sufficit mortalis lingua. Si hec
fecit cū esset hic in mūdo. q̄d faciet
nūc apud deū. Orem⁹ ergo hodie
sanctū valentinū vt sicut ip̄e ī hoc
mūdo gloriā hui⁹ mūdi spreuit et
soli deo adhesit ita gr̄az nobis im
petret qua tp̄alia ⁊ trāsitoria con
tēpnere ⁊ celestia amare valeam⁹

De ꝯuersiōe sctī Pauli apostoli
sermo. xxvij.

Aul⁹ tremēs
ac stupēs dixit. dn̄e q̄d
vis me facere Act. ix.
⁊ ī epl'a hodierna. ¶ Pro ītroducti
one nota q b. paul⁹ añ ꝯuersionē A
suā habuit q̄tuor falsas opiniones
siue errores ꝯtra ih̄m dn̄m nr̄m.
Prima q nō credebat ip̄m esse de
um sed putum hominem. Scda

deū ꝑ purū hominem. Secunda ꝙ non fuerit saluator mundi. sed deceptor. Tercia ꝙ nō resurrexerit a mortuis. Quarta ꝙ non erat iudex bonorum ⁊ malorum. Sed xp̄s in responsione sua quando dixit. Ego sum Jhesus nazarenus ⁊c̄. fugauit omnes errores p̄dictos ab eo. Et primo quādo dixit. ego sum ostendit se esse deū quia sum ꝓprie est nomen diuinitatis. q̄a deus ꝓprie habet esse. nostrū autez esse est nobis a deo cōmunicatum ideo ꝓprie nullus habet esse nisi solus deus. sicut ꝓprie nullus dicitur diues ꝓpter pecunias mutuo receptas totū aūt nostrum esse est nobis mutuatum à deo. ideo legitur Exod. iij. ꝙ qn̄ deus voluit mittere moysen vt liberaret populū israhel de egypto dixit sibi moyses. Si dixerint mihi qd̄ est nomē dei quid dicā eis. Rn̄dit dn̄s ad moysen. Ego sum qui sum sic dices filijs israhel. Qui ē misit me ad vos Ecce q̄re rn̄dit Paulo. Ego sum Contra scd̄m errorē dixit Jhesus. qd̄ idē est ꝙ saluator oñdens sibi clare ꝙ nullus p̄t intrare regnū celoꝝ nec saluari nisi xp̄o credendo ⁊ obediēdo. Cōtra terciū dixit nazarenus. i. floridus q̄ corpus eius in resurrectione sua gloriosa floruit quatuor dotibus scz impassibilitatis. agilitatis subtilitatis ⁊ claritatis. Cōtra quartū errorē dixit. Durū ē tibi ꝯtra stimulū calcitrare. Stimulꝰ est sentēcia dura quā dabit vt iudex vniuersalis bonoꝝ et maloꝝ. qn̄ dicet malis. Discedite a me maledicti in ignē eternum Math. xxv. Tūc paulꝰ tremēs ac stupēs dixit. Dn̄e q̄d vis me facere scz vt possim saluꝰ fieri. mō em̄ video clare errores in quibꝰ eram Nā ꝯgnosco te eē deū oīpotentem ex ꝓstratione mea ⁊ ex illustratione luminis tui. ⁊ credo te eē saluatorē mūdi. resurrexisse a mortuis ⁊ iudicē seculi ⁊c̄. ideo ꝑatus sum facere oīa q̄ iubes ⁊c̄. ¶ Circa verba thematis in ꝑsona Pauli pōt formari triplex q̄stio. Prima dn̄e q̄d me vis facere in ꝯuersione. secūda dn̄e q̄d me vis facere in reuelatione. tercia dn̄e q̄d me vis facere in p̄dicatione. Jdo ī hoc sermone de tribus est dicendū scz de eius ꝯuersiōe reuelatiōe ⁊ p̄dicatione. ¶ Ad euidenciā primi quero vtruz ꝯuersio sctī Pauli fuerit miraclosa. Ad hoc dico ꝙ sic q̄druplici rōe scz rōe inicij. rōe ordīs. rōe modi et rōe termini. Primo rōe inicij. nā eius iniciū fuit ex nihilo vtpote nullo conuersionis actu p̄cedente ꝑ pociꝰ ꝑsecutiōis actu ꝯtrario pctm̄ aūt nihil est positiue licz sit aliq̄d priuatiue. De quo Joh. j. Sine ipso factū est nihil. Et in hoc manifestatur superefluens diuina misericordia quam nobis intuendam proponit. Vnde Bernhardus in sermone huius diei. In hac memoria ⁊ peccator spem venie concipit vt prouocetur ad penitenciam. ⁊ qui iam penitet perfecte conuersionis accipiat formam. Quis enim vltra desperet pro magnitudine cuiuslibet criminis aut peccati cum audiat Paulum adhuc spirantem minarum ⁊ cedis ī discipulos domino subito factum vas electiōis. ¶ Vbi ē notandū ꝙ

B

C

in beato Paulo ante eius ꝓuersionem triplex habūdauit delictum. sed magna sentencia cū dicit̄ spirās mina. ⁊ cē. Magna superbia quia accessit ad ꝓncipes sacerdotum. glo Non vocatus sed sponte zelo concitante eo. Et magna ignorātia. Vnde dicit̄. Vt si inueniret huius vie nc̄. Illos em̄ qui erant ī via credebat esse extra viam. Primo magna sentícia sua fuit in quatuor: sed in corde per odium. quia dicit̄ spirans id est vehementi spiritu ignem persecutionis accēdēs in se ⁊ in alios contra ecclesiā. In ore minaꝝ ī verbis iniuriosis. In personis per penaꝝ irrogationem Vnde dicit̄. Et cedis id est inverberib⁹ ⁊ flagellis in discipulos dñi Et quarto in rebus per expoliationem. Act. viij. Paulus aūt deuastabat ecclesias sed per miraculosam eius conuersionem de tanta sentencia conuersus est ad supernaz caritatem. ita ꝙ qui ꝯpianos sic fuerat quadrupliciter persecutus. eos est postmodū quadrupliciter per caritatez consolatus. dedit em̄ cor suū ad compaciendū. ij. Cor. vj. Quis infirmatur ex vobis et ego non infirmor. Crisost. nullus tanto affectu mala propria quāto Paulus deflebat aliena. Bedit os suum ad predicandum. ij. Cor. vj. Os nostrū patet advos o corinthi Et Ephe. vj. Oratores pro me vt deus sit sermo in apertione oris mei. Bedit corpus suū ad morien dum. j. Thessal. ij. Volebā vobis tradere euangeliū nō solum euangelium dei sed etiā animas nras. Crisost. Mortem atq; cruciatum et mille supplicia quasi ludū putabat puerorum. Item dedit tres istas ad ministrandum. Act. xx. Ad ea que mihi opus erant ⁊ hijs qui mecum ministrauerunt man⁹ iste Scdo beatus Paulus a maxia superbia conuersus est in pfundā humilitatem. Habuit em̄ humilē denominationem. ꝓuersationem ⁊ vitam. Denominationez humilem quia vocat se paruulum. Nā prius vocabatur saulus a Saulo superbo. Postea vocauit se Paulum quasi paruulū. ¶ Tamen circa mutationis nois Pauli tres inueniuntur opiniones. Prima est Origenis qui dicit ꝙ semper fuit binominus ⁊ vocatus sit semper saulus ⁊ paulus. Scda Rabani qui ait ꝙ ante conuersionez dict⁹ est Saulus a Saulo superbo. post ꝓuersionē vero dictus est Paulus quasi paruulus a virtute humilitatis. Vnde nomē suū interpretādo j. Cor. xv. ait Ego sum minim⁹ apl'or. vocat se seruū. Ro. j. Paulus seruus Jhesu xpi. vocat se seruum seruorum. j. Cor. ix. Cū liber essem ex omnibus me seruū omnium feci. vocat se abortiuū. j. Cor. ij. Nouissime tāq̄ abortiuo visus est ⁊ mihi. Tercio est opinio Jheronimi ⁊ Bede qui asserunt ꝙ vocatus sit Paulus a primo spolio quod ꝓtulit ecclesie sed sergio paulo proconsule quē ad fidē ꝓuertit. sicut patet Act. xiij. Scdo habuit humilē ꝓuersationē. j. Cor. x. Sine offensione estote iudeis ⁊ gentibus ⁊ ecclesie dei. sicut ⁊ ego omnib⁹ per omnia placeo. Seruauit em̄ illud quod dicitur Eccīastici

xxxij. Rectorez te posuerunt noli extolli ꝛc. Itē habuit humilem vitam reputabat em̄ se sanctoꝝ minimū. Ephe. iij. Mihi omniū sanctoꝝ minimo data est gracia. hic reputabat se esse peccatorem maximum. j. Thy. j. Cristus venit in hunc mundum peccatores saluos facere quoꝝ primus ego sum. Tercio conuersus est a magna ignorancia in sapiencie claritatē. dicit nanq̄ de illo Jhero. Cur Paulus apl's vas electionis nempe quia vas legis ꝛ scripturaꝝ sanctarum armariū est. ꝛ. ij. Coꝝ. xj. ait. Nā ꝛ si imperitus sermone non tamē sciencia. Secūdo conuersio beati pauli fuit miraculosa ratiōe ordinis. Ordo nanq̄ conuersionis eiꝰ fuit cursu insolito nature scz ꝯtrario. Fecit em̄ de vidente cecū visu corporeo. nam apertis occulis nihil videbat in illo triduo propter quod ad manus trahebat̄ ab hijs qui comitabantur eū. De cetero vero mentalis visionis fecit videntem non solum fidei lumine vtpote doctū a xp̄o in illo triduo euangelium dei sicut ip̄e testat̄ ad gal'. j. dicens. Non accepi illud ab homine sed per reuelationem Jhesu xp̄i. Sed insuper in hoc triduo raptus ad terciū celū diuinam essenciam contemplando nō per speculum ꝛ in enigmate sed facie ad faciem vt infra declarabit̄. In quo precipue relucet diuina clemencia dum pro tantis malis tam ineffabilia bona recepit. ¶ Sed quare ita mirabiliter consecutus est misericordiam ꝛ tantā graciam. Ad hoc dicēdū ꝙ licet Aug. dicat. Si queris quare hunc trahat ꝛ illum non trahat noli diiudicare si non vis errare. Nihilominus diuina pietas rectissime egit dū Paulum tam mirabiliter ad se traxit ꝓpter tria. Primo ꝓpter zelū quo mouebatur Paulus ignorans in tali ꝑsecutione quā grauiter offendebat Putabat nanq̄ sacrificiū se offerre deo si Cristi nomen deleret. Hoc ip̄e confirmat. j. ad Thy. j. vbi ait. Gracias ago ei qui me cōfortauit in xp̄o Jhesu dn̄o nostro quia fidelem me existimauit ponens in ministerio. qui prius fui blasphemus ꝛ persecutor. ß misericordiam consecutus sum qꝛ ignorans feci in incredulitate. Est tamen verū ꝙ paulus per illā ignoranciam que fuit iuris simplicis non excusabat̄ a toto ß a tanto. Ideo si ita mortuus fuisset eternā damnationē incurrisset. Scd̄o misericorditer actū fuit cum paulo ꝓpter meritū nō ꝓpriū sed beati stephani prothomartiris. Nā scd̄m Aug. in sermone dū Stephanus lapidaretur in oratione quā fecit pro hijs qui ad eius necem insistebant singulariter orauit pro Paulo quē conspiciebat contra se plus ceteris corde ꝛ animo deseuire. nō em̄ poterat manu illuz lapidibus duris ferire quia non spectabat nisi testibus aliquē lapidare. tamen paulꝰ illoꝝ retinens vestimenta animabat eos vt viriliter extinguerent innocentē. Ideo cōcludit ibi Aug. ꝙ si Stephanus pro inimicis suis non orasset eccīa paulū apl'm p̄dicatorē genciū non haberet. Tercio remissionē ꝛ graciā

inuenit paulus propter exemplum vt sic in ipo tanq̄ in speculo clare pc̄ores intuerentur magnitudinē misericordie dei. ideo .j. ad Thy. j. ita dicit. Fidelis sermo ⁊ omni acceptione dign⁹ quia ihesus ỹps venit in hunc mundū saluos facere peccatores quoz primus ego sū Sed ideo misericordiam consecutus sum vt in me primo oñderet ỹps ihesus omnē pacienciā ad informationē eoz qui credituri sūt illi in vitam eternā. Tercio quersio beati pauli fuit miraculosa ratione modi quia modus quersiōis eius fuit subitus quod est soli⁹ dei nā continuo factus est de psecutore seuissimo p̄dicator fidelissimus q̄d ē magis ptr̄ariū q̄ illa duo paulus adhuc spirans minaz ⁊ cedis nē. Et saulus multo magis quale sciebat ⁊ confundebat iudeos. ibat per viam fremens ⁊ crudeliter seuiens subitoq̄ veritate cognita. Dñe inquit quid vis me facere. nō sic peccatores nr̄i temporis agnitionē veritatis contuentes. quersiones instinct⁹ percipientes. quoz responsio coruina quersionem ducit in longū. venā spondet in futurum. hve misero quia qui impenitenti viam spopondit differenti diem crastinū nō prnisit. Quarto conuersio eius fuit miraculosa ratione termini. Fuit em̄ termin⁹ conuersionis eius in esse completo testante dño. Vas electionis ē mihi vt portet nē. Vnde Crisosto. in lib. de laude Pauli inter alia quo dāmodo mirabilia dicit q paul⁹ in terra gradiens se sic gerebat in cūctis quasi angeloz societate frueretur nā visibili adhuc corpori alligatus illoruz perfectione gaudebat. vt enim in ignem ferruz missum totū ignis efficit. sic paul⁹ caritate succensus totus effectus est caritas. Et ideo nihil erranit qui pratum quodda insigne virtutuz ac paradisum spūalez pauli aiam nuncupauit. cum omnia que sunt in hominibus eius anima possideat. ¶ Circa predicta queritē cur tam diu distulit ỹps pauli quersionem. quare nō vocauit eum duz adhuc in carne fuit in mundo cum ceteris apostolis. Ad quod dicendum q hoc factum fuit ppē tria. Primo ppter ỹpi potenciam vt sic ostenderetur q post mortē ỹpus surrexit a mortuis potuit inimicos etiā benigne superare. Secundo ppter ỹpi sapienciaz vt sic innotesceretur multiformis sapiē cia dei q̄ varios hz vocādi ⁊ salua di modos. Tercio ppter ỹpi clemēciaz qua voluit vt omnis fraudis suspicio tolleretur quertendis gentibus duz talis magister est electus qui nō solum non fuisset de socijs ỹpi hic viuentis ymmo fuisset acerbissimus persecutor oīm qui inuocabant nomē ei⁹. Et nullo comodo vel icomodo temporali timore vel fauore humano fuit ad fidem conuersus. ⁊ illius nominis quod antea extinguere nitebat defensor fuit validissimus. Secundo loco nunc dicendum est de reuelatione beati Pauli quam sibi deus ex speciali p̄uilegio fecit. De qua ita scribit. ij. Coz. xij. Scio hominez in ỹpo ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus

neſcio, deus ſcit raptuz hmõi vſq̃ ad terciũ celum. Et ſcio hmõi hominẽ ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio deus ſcit qui raptus eſt in paradiſum ⁊ audiuit archana que non licet homini loqui. ¶ Ad quoz euidenciam dubitaꝝ primo vtrũ beatus paulus in raptu viderit diuinam eſſenciã. Ad hoc dicẽdum q̃ ſic, nam de nullo alio ſctõ dicitur expreſſe ⁊ indubitate q̃ viderit deum per eſſentiam in vita niſi de Paulo in nouo teſtamento. Moyſi in ve. te. vt pbat Augu. li. xij. ſuper genẽ. ſic di. Cur nõ credamus q̃ tanto apl'o doctori gẽcium rapto vſq̃ ad ipam excellentiſſimam viſionem voluerit deus demonſtrare vitam in qua poſt hanc vitã viuendũ eſt in eternum. Et ſctũs Tho. ſcd a ſcde. q. clxxv ar. iij. ſic dicit. Quidaz dixerunt Paulum in raptu nõ vidiſſe ipaz dei eſſenciam ſed quandã refulgenciam claritatis ipius. Sed ↄtrarium manifeſte ipa verba apli deſignant, dicit em̃ ſe audiuiſſe ineffabilia verba que nõ licet homini loqui. Hmõi aũt videnꝫ ea que pertinent ad viſionem beatoz que excedit ſtatum vie ſcdm illud yſa. lxiiij. Oculus nõ vidit deꝰ abſq̃ te que preparaſti diligentibus te ⁊ ideo conueniencius dicit q̃ deum per eſſenciam viderit. ¶ Sed queres vtrum in tali viſione btũs paulus fuerit vere beatus. Ad hoc dico q̃ non, nam vidit diuinã eſſenciam mediante lumine glorie, ſine quo ab intellectu creato deus videri non poteſt. Quod lumẽ dupliciter participari poteſt. Vno modo per modum forme pmanentis ⁊ talis participatio facit btõs in patria. Alio modo per modum paſſionis tranſeũtis ⁊ ſic fuit participatum paulo in raptu. Vñ nõ fuit ſimpliciter beatus quia de ratione beatitudinis eſt ſtatus ſeu permanencia, ſed fuit beatꝰ ſcdm quid quia viſio Pauli in illo raptu quantũ ad aliquid fuit ſimilis viſioni beatorum ſcz quantuz ad id quod videbat, ⁊ quantũ ad aliqd diſſimilis ſcz quantũ ad modũ videndi quia non ita perfecte vidit ſicut ſancti in patria, ⁊ ſic nõ fuit beatus habitualiter ſed ſolũ habuit actuz beatoz. ¶ Sed diceres ex quo paulus fuit raptus ad terciũ celũ qđ eſt illud celum. Reſpõdeꝫ q̃ illud terciũ celũ poteſt dici celum ſanctiſſime trinitatis. Eſt em̃ triplex celũ ſcz materiale intellectuale ⁊ diuinale. Et quod libet eſt triplex, nã materiale ẽ ſidereũ ſub quo cõprehenduntur celi planetarũ aqueũ ſeu criſtallinum quod eſt primũ mobile ⁊ empirreũ immobile quod eſt locus beatorũ ⁊ ad iſtud terciũ celũ paulꝰ fuit raptus. Scdm celũ intellectuale id eſt nature angelice. De quo Job. xxv. Reuelabunt celi iniquitatem eius. Et illud eſt triplex quia triplex ierarchia ſcdm trinuz gradũ cognitionis diuine ab eis ſcz infima media ⁊ ſuprema, ⁊ ad iſtum ſummum gradum cognitionis diuinoz ⁊ viſionis raptus eſt paulꝰ. Vnde ⁊ beato dyoniſio eius diſcipulo creditur dediſſe informatioz vt capaci tam ſublimis materie de ierarchijs angelorum ⁊ eorum

ministerijs que viderat. Ex qua Dionisius edidit librū de celesti ierachia in quo magis loquit̄ de angelis quā aliquis ex antiq̄s doctoribus. Terciū est celū sanctissime trinitatis vnū essencialiter et trinū personaliter. De quo Joh. v Tres sunt qui testimoniū dant ī celo pater v̄bū ⁊ sctūs spūs. ⁊ hij tres vnum sunt. Et licet hij tres celi inseperabiliter influent ⁊ operentur tamen per quandā appropriationem ⁊ adaptionem dicere possumus ꝙ primo celo patris receperit influxū operationis miraculoꝝ et infirmos sanauit. demones ab obsessis fugauit. mortuos suscitauit. a celo filij habuit influxum sapiencie. Vnd̄ ip̄e ait. ij. corinth. xiij. An per experimentum queritis eius qui loquitur ī me cristus vt sapiens architector fundamentū posui. a celo spūssancti ardorem caritatis ⁊ fruitionē diuinitatis. vnde dicit se raptuz in celum ⁊ etiam paradisum vt celum dicat ratione contēplationis clare quam habuit. paradisum ratione maxime delectatiōis inde cōsequentis vt dicit sctūs Tho. vbi supra. ¶ Vltimo quero vtrum in raptu anima Pauli fuerit seperata a corpore vel in corpore extiterit. Dici potest ꝙ sicut ip̄e met dicit se nescire id̄o nec nos possum⁹ diffinire. verū vt dicit sctūs tho. vbi supra ar. vj. apostolus in hoc excessu nō fuit in celū raptus ī aīa ⁊ corpe vt quidā dicebāt qd̄ Aug. reprobat ß sola aīa fuit rapta. et hoc ignorat apl's vtꝝ aīa oīno eēt sepata a corpe corpe iacēte mortuo vel esset adhuc coniuncta corpori vt forma vtens tamē potencia vegetatiua non autem sensitiua. nā et hoc esse potest ꝙ anima in corpe alienata ab omni sensatione interiori ⁊ exteriori vt visu auditu fantasia memoria ⁊ hmōi solū vtens operatiōe potencie vegetatiue videat deum per essenciam in p̄senti sed ꝙ vtat̄ potēcijs sensitiuis nō potest esse. Et sic intelligit̄ illud Exod. xxxiij. Non videbit me homo ⁊ viuet scz vita sensitiua ß oportet ꝙ sit omnino a sensibus alienatus. ¶ Tercio nunc dicendū est de predicatione sancti Pauli. Vbi nota ꝙ beatus paul⁹ fuit solennis p̄dicator. Vnde canit eccīa Doctor egregie paule mores īstrue ⁊c. yß. Egregius quasi extra gregē positus. nā triplici fuit sciencia preditus. Primo mosayca. illā didicit in scolis iudeoꝝ. Act. xxiij. Ego sum vir iudeus secus pedes Gamalielis eruditus iuxta veritatem paterne legis. Scd̄o sapiēcia euangelica. illam didicit ī scolis xp̄i. de quo ad gal. j. Notū vobis facio euangelium quod nō ab homine didici sed per reuelationē Jhesu xp̄i. Tercio sapiencia diuīa illam didicit in scolis iudeorum quando raptus est in tercium celū ⁊ audiuit archana v̄ba ⁊c. ¶ Et quia triplicem sapienciam habuit ideo perfectus doctor fuit ⁊ tripliciter verbo exemplo ⁊ martirio p̄dicauit. Primo predicauit verbo īstanter ⁊ laboriose. Nam inter apostolos predicando nullus feruētio fuit. ꝓpter quod ip̄e dicit Ro. xv. Ab Jherusalem ⁊ per circuitū

vsq; ad mare illiricū repleui euangeliū. Et deo Crisost dicit. Homo iste magna virtute progressus romanos. barbaros. persas. parthos. indos. medos atq; ethiopes et vniuersum orbem iugo veritatis submisit. ij. ad Thes. iij. In labore ⁊ fatigatione nocte ⁊ die laborantes. Haymo. Nocte laborauit die predicauit. nam a primo pullorum cantu vsq; ad quintā horam manibus laborauit. deinde predicatione vacabat. et pletūq; vsq; ad noctem sermonem protraxit. et residuū tempus in refectiōe somno ⁊ orationibus consumpsit. Secundo p̄dicauit exemplo. Leo papa. Efficacior est vox exempli q̄ verbi. Grego. in omel. Cuius vita despicitur restat q eius predicatio contempnatur. Paulus nihil docuit verbo quin cōfirmauit exemplo. Ro. xv. Non em̄ audeo loqui aliquid eorum que per me nō efficit xps. Et sicut predicauit castigationē corporis sic per se fecit. j. Cor. ix. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo. Sicut predicauit castitatez per se eā tenuit ⁊ castꝰ fuit. j. Cor. vij. Volo oēs hoīes ee sicut meipm ⁊ sic de aliis Tercio predicauit martirio q; ductus ad locū passionis valedicens fratribꝰ vtrūq; genu in terrā figēs collū tetendit ⁊ sic decollatus est. mox eius caput a corpore exiliens illud mellifluū nomē Jhesus sibi medullitus complantatū tribꝰ vicibus clara voce sonabat vt dicit Dyonisius de transitu apostolorū Nec mirū q; nomē quod sibi iam dulce extiterat ⁊ iam crebro noiauerat in morte etiam predicauit. dicit em̄ ipm in suis epistolis xpm vel Jhesum vel vtrumq; quingentis vicibus nominasse. de eius vulnere vnda lactis exiuit. ī aere lux immensa emicuit. de corpore odor suauissimus emanauit.

De conuersione sancti pauli sermo. xxviij.

As electiōis

est mihi iste Act. ix. c. Crisost. in lib. de laude Pauli dicit. Quicquid patriarche quicqd prophete. quicqd apostoli. seu alij sancti in se perfectionis aliquid acceperūt. hec omnia sumꝫ colligens paulus cū tanto cumulo habuit cū quanto nullus eorum collegit. Et exemplificat hoc de Abel de Noe de Abraham ⁊ sic de aliis q̄plurimis. Et subdit Crisꝰ. Nil prorsus errant qui Paulum pratū quoddā insigne virtutū dixerit ⁊ spirituale paradisum vbi sunt vniuersa genera florū id ē virtutum. Quis ergo ad explicanda eius merita explicare sufficit. Nā oīa que sunt in hominibus bona vna anima possidet. singulorū em̄ virtutes sanctorū excellentissime in eo fuerunt. Quare merito de eo dicit saluatōr. Vas electionis ꝛc. ¶ In quibus quidē verbis beatus paulus a tribus commendat. Primo a plenitudine gracie cuz dicit vas. Scdo a pueniente dei miseratione in eius conuersione cuz dicit electionis. Tercio ab officij eius auctoritate cum cōcludit. est mihi iste. Quantū ad primum in hoc q dicit vas ostendit dominꝰ in ipo

gracie plenitudinē. Respectu enīz gracie qua in conuersione repletus fuit dicitur vas. Que gracie plenitudo in actib⁹ apostoloꝝ inuit̄. ix capl'o. vbi dicit̄ ꝙ mox post ꝯuersionem repletus spiritusancto intrabat in synagogas affirmans xp̄m esse deum. ¶ Vbi nota ꝙ beatus Paulus dicit̄ vas quadrupliciter. Primo vas singularis gracie. Nam magna ⁊ singularis gr̄a quam deus ei contulit ꝙ illum qui adhuc in voluntate et actu ꝓsequēdi extitit tam mirabiliter ⁊ personaliter ad se vocauie. talem graciam alijs apl'is non exhibuit. Licz enim erant sequentes tamen non persequentes vt saulus quē sic miraculose ⁊ perfectissime conuertit Tunc potuit habere locū illud Ecclesiastici. xliij. Vas admirabile opus excelsi. Nam vt dicit̄ Ro. v. Vbi abundauit delictum. Secundo fuit vas doctrinalis sapiencie. Ecc̄iastici. xv. Repleuit euz dn̄s spiritu sapiencie ⁊ intellectus Triplici nanqꝫ sapiencia fuit preditus scz mosayca. angelica ⁊ diuina. ⁊ scd̄m hoc tripliciter predicauit verbo. exemplo. ⁊ martirio. Primo predicauit verba instanter et laboriose. Crisost. Non vnum diē pertransijt in ocio. ij. ad theß. iij. In labore ⁊ fatigatione nocte et die laborantes. Haymo. Nocte laborauit die predicauit. Nam a primo pullorum cantu vsqꝫ ad q̄ntam horam manibus laborauit. deinde predicatiōi vacabat. ⁊ plerumqꝫ vsqꝫ ad noctem sermonem protraxit ⁊ residuum tempus ī refectione. somno ⁊ orationibus cōsumpsit. Scd̄o predicauit exēplo. Leo papa. Efficatior est vox exēpli q̄ꝫ verbi. Greg. in omel'. Cuius vita despicit̄ restat vt eius predicatio contenpnat̄ vt in. §. porro. vj. q. vij. Paulus nihil docuit verbo quin confirmauit exēplo. Ro. xv. Non audeo aliquid loqui eoꝝ que per me non efficit xp̄s. ⁊ sic ꝑ se predicauit castigationez corpis per se fecit. j. Coꝝ. ix. Castigo corpus meum ⁊ in seruitutem redigo Si predicauit castitatez per se castitatem tenuit. j. Coꝝ. vij. Volo omnes homines esse sicut meip̄m. ⁊ sic de alijs. Tercio p̄dicauit martirio quia in morte truncato capite illud mellifluum nomen Jhes⁹ sibi medullitus complantatuz tribus vicibus sonabat vt dicit Dyonisius de transitu apostolorum ¶ Tercio fuit vas mirabilis paciencie propter multifariam passionez. Vbi nota ꝙ eius paciencia ⁊ mentis constancia patet in triplici genere passionum que paciēter tolerauit. Primo per assumptam corporalem passionem id est afflictionem a seipso. ij. Coꝝ. xj. In ieiunijs multis ⁊ in vigilijs fame et siti ⁊ nuditate in labore et erumna ⁊c̄. Scd̄o per mentalem ꝯpassionem ⁊ hoc tripliciter. Primo ꝓ ecclesiarum dlatatione ⁊ profectu fidelium. ij. Coꝝ. vj. Preter illa q̄ intrinsecus sunt quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Crisost. Omnes ad salutem dilexit ac si omnes genuisset. Secundo pro infirmorum releuatione. ij. Coꝝ. xj. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor. Crisost. Nullus intantum

deplangit propria sicut Paulus aliena. Tercio pro aliorum tribulatione. ij. Cor. j. Sive tribulamur pro vestra exhortatione sive consolamur pro vestra consolatione Tercio in illata passione eius patiencia ostenditur. ij. Corinthe. xj. A iudeis quinques q̄dragenas una minus suscepi. ter virgis cesus sum. semel lapidatus. ter naufragiū pertuli. Et iterum. ij. Cor. j. Nolo enī vos ignorare fratres de tribulatione nostra que facta est ī Asia quoniam supra modum grauati sumus ⁊ supra virtutem. Sz dicit Crisost. In omnibus hijs suis passionibus sayo fuit durior. oī colūna īmobilior. omni adamāte fortior. Quarto fuit vas diligibilis vel amabilis effluencie. fuit enim igneus in caritate. Crisost. Sicut ferrū in ignem missum totum fit igneum sic paulus igne caritatis succensus quo ad deum et
p quo ad proximum. ¶ Quo ad deū Rom. viij. Quis nos separabit a caritate dei an angustia. fames. aut gladius ⁊c. Scio ⁊ certus sum q̄ neq̄ mors neq̄ vita. neq̄ principatus neq̄ potestates. Vbi Aug. Boleudum est q̄ apostolū horribilia tormenta non potuerunt a caritate dei separare ⁊ nos ociose fabule ⁊ vilia vicia. Sed quo ad dilectionem primorum Ro. iv. Cupiebam ⁊ ego anathema esse p fratribus meis. id est ad tempus separari a xp̄o vt intenderem conuersioni iudeorum ad fidem xp̄i. Et. ij. Cor. xij. Ego libētissime impendar et superimpendar pro animabus vestris. Et iterum ad Phil. j. Testis est mihi deus quoniam cupiebam vos omnes in visceribus Jhesu xp̄i. Ecce omnes simul ad salutem feruentissime diligebat ⁊ videbatur sibi singulare gaudium ⁊ solacium ex hoc resurgere. Tantam habuit dilectionez ad proximos q̄ dicit Crisost. vbi supra. Nemo tantum dilexit amicos sicut paulus inimicos. Applica hic exemplum Grego. turcō. de quodam desperato vide in legēda Quantum ad secundum cuz dicit dñs vas electionis notatur preueniens conuersionez dei miseratio Ipe enim ante conuersionem fuit vas contumelie persequens eccliaz dei. ⁊ quidem vas apertum in interitum sed dei misericordia ex ceteris peccatoribus est electus ⁊ miraculose conuersus. Vñ ⁊ ipe paulus non sibi suam conuersionez ꝑ pocius deo attribuit dicens. j. ad Thy. j. Qui primo fui blasphem⁹ et persecutor misericordiā dei sum consecutus. ¶ Circa eius conuersi
Q onez nota quatuor que in epla tāguntur. Primus est q̄ ipa fuit miraculosa ⁊ virtute diuina dextre facta. scz illud ps. Hec mutatio dextre excelsi quia facta potentissime sine preparatione precedente Hoc patet ex eo quia cum iter faceret ad persequendum ecclesiam corde feruido ⁊ sic repugnaret gracie tunc conuersus est. Spiritualiter eius conuersio figurata est in Beniamin Genes. triceſimoquīto. Quem mater pariens cum dolore vocauit Bennoni. id est filius Sz doloris pater eius mutato nomine vocauit eum Beniamin.

id est filiū dextre. ipe em̄ fuit filius doloris quia affecit filios ecclesie persecutionis suo tempore ⁊ graui dolore martirij necauit vt dicit Ambro de benedictionibus patriarchar. c. vl. Sed fuit filius dextre quia alij discipuli sunt vocati a xpo existente in sinistra tribulationis. Paulus vero vocatus est a xpo sedente in dextra patris ⁊ in gloria celestis mansionis. Sedo conuersio sancti pauli facta est citissime sine dilatione cōcomitāte Ideo dicitur. circumfulsit eum lux de celo subito lux refulsit super eum spiritualis. interius que mutauit lucem corporalem exterius. fuit aūt hec lux subita sine dilatiōe in alterū virū conuertens ipm tā in sciencia q̄ in vita q̄ etiam in mentis cōstancia. In sciencia dicit em̄ glo. q̄ in illo triduo sue excecationis totus misterium incarnationis ⁊ veritatem sui euangelij per reuelationem ihesu xpi accepit. Gal. j. In vita vero quia statim virtute luminis qđ ipm circūfulsit omnē amorē carnalē ⁊ affectū terrenor penitus abiecit. Et huius signū fuit quia surrexit de terra. per hoc etiā q̄ apertis oculis nihil vidit. ostendit q̄ totus fuit alienatus a sensu ⁊ aciem mentis totam in deum conuertit. quia secundū August. eo tempore quo exterius nihil vidit deum in raptu per essenciam vidit sine cognouit In mentis aūt cōstancia quia continuo cū ad se rediisset vpm p̄dicauit ⁊ iudeos confundebat. Act. ix. Tercio conuersio sancti Pauli fuit ꝓmptissima sine ꝓtradictiōe. dño em̄ obiurgante eū cū dixit. Saule saule quid me persequeris ⁊c. nihil dixit nec obstitit ꝫ moy ad obediendū se exhibuit dicēs. Dñe q̄d me vis facere. August. Moy se paratum ad obediendū qui ꝓi⁹ seuiebat ad persequendū. Quarto cōuersio sc̄i pauli fuit perseuerantissima. Sic em̄ irrefragabiliter mutatus ē vt iam non amplius possit separari a xpo. scdm illud Ro. viij. Quis nos separabit ⁊c. vt allegatum ē supra. Et hoc ipe oñdit in facto. quia licet multas ⁊ q̄si infinitas pro xpo tribulatiōes sustinuit. ipe tamen confidens in virtute diuina immobilis permansit vt dictū est per crisost. ⁊c. Applica hic exēplum de paulo heremita in vitas patrū contricio v. xpuj. ¶ Hic cadit dubiū cū multi sc̄i ex peccatoribus cōuersi sunt ad deum ⁊ perfectissimi viri ⁊ magni doctores ecclesie effecti vt Augustinus Ciprianus. Abbas. Moyses ⁊ huiusmodi quare ecclesia nullius cōuersionem celebrat nisi sancti Pauli Solutio p̄sens festum quatuor de causis celebratur. Primo in ordie ad peccatores vt habeat exemplum spei vt nullus quantumcūq; peccator magnus desperet de venia. ex quo Paulum qui tantus fuit in culpa respexit in gracia. Vnde Grego. Perpendo Petrum considero latronem. aspicio zacheum. ituor magdalenā. ꝓtēplor paulū ⁊ nil ē eis video nisi spei ⁊ pñie posita exēpla. Si forte aliqs lapsus ē in fide aspiciat petrū. qui ter negauit xpm ⁊ postea amare flēdo peccatū deleuit. Alius ꝓtra ꝓximū in

malicia crudeliter exarsit aspiciat latronem qui in vltimo mortis articulo ad vite premia penitēdo p̄uenit. Alius auaricie estib⁹ anhelās aliena dirupuit aspiciat zacheum qui si quid abstulit reddidit q̄ druplum. Alius libidine succensus carnis mundiciam perdidit aspiciat Mariā magdalenam que in se carnalem amorem igne diuini amoris extersit. Alius in se vel in suis membris ecclesiam persecut⁹ est aspiciat paulum qui ad vnius iussionis vocem factus est vas electionis. Nemo igit̄ desperet ꝫ ad suscipiendam graciam mentē suā disponat ⁊ dn̄s qui venit peccatores saluos facere vt. j. ad Thy. j. prorsus sicut paulu⁊ recipiet. Secūdo celebratur hoc festū in ordine ad ecclesiam. vnde ex quo sancta mater ecclesia habuit maximam tristiciam in eius persecutione. debuit etiam habere maximam leticiam in eius conuersione. Et q̄a maiorem leticiam non potuit habere nisi vt festum celebretur. ido in ip̄o beato paulo impleta est prophecia iacob de qua Gen̄. xlix. cū filios suos moriturus benediceret ⁊ ad Beniamin venisset dixit Beniamin mane lup⁹ rapax ⁊ vespere diuidet escas. Ibi p̄ Beniamin scd̄m doctores intellexit Paulum qui fuit de tribu Beniamin. Hic mane id ē primo fuit lupus rapax dei ecclesiam persequendo. Sz vespere diuisit escas qn̄ conuersus ad fidem fidē ecclesie predicauit. Tercio in ordine ad angelos ⁊ ad celestē curiam. Sicut eni⁊ dr̄ Lu. xv Gaudium est angelis dei sup̄ vno peccatore penitenciam agente. plus q̄ꝫ super nonagintanouem iustis. quanto magis in conuersione vnius apostoli per cuius doctrinam ruina eorum ex magna parte est restaurata. Quarto in ordīe ad deum propter miraculum scilicet q̄ ex seuissimo persecutore fecit fidelissimum p̄dicatorim. Vnde nullius alterius conuersionem nisi sancti Pauli ecclesia celebrat p̄pter hoc quia fuit magis miraculosa q̄ꝫ alie. Si quidem omnis cōuersio peccatorum est aliquo modo miraculosa scd̄m scm̄ Thom̄. ī quantū sc⁊ solū fit diuina virtute scd̄m illud p̄s. Deus tu conuertens viuificabis nos. Et ido di. Aug. q̄ maius est connersio seu iustificatio impij quod idem est q̄ꝫ creatio celi ⁊ terre. Ex parte quidem dei operantis vtrunq̄ꝫ est ei facile vnum sicut ⁊ aliud ⁊ equalis potēcie ꝫ ex p̄te di a quo dicit̄ fit maius iustificatio seu conuersio peccatoris. Tū quia melius. maioris enim perfectionis est gracia per quam iustificatur impius ⁊ disponitur ad gloriam q̄ꝫ natura celi et terre ⁊ omnium reru⁊. Vnde Ambro. in capl̄o reuera. de consecra. dist. ij. Pocior est gracia q̄ꝫ natura. Tum etiam quia in creatione celi ⁊ terre nil deo resistit nil concurrit sed in iustificatione impij potest resistere liberum arbitrium et ad eam oportet concurrere. Secundū illud August. Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te. Conuersio autem sancti Pauli vltra istam communem rationem est et alio modo miraculosa et

venerāda. qr alij q̄ cōuertūt̄ cōi-
ter recipiunt graciā incipientem.
⁊ nō subito perducunt̄ ad perfecti
onem ß postea in ꝓcessu vite ꝓfici
endo de gradu in gradū Sed san
ctus paulus subito perductus fuit
ad maximaz perfectionē ⁊ dei vi
sionem. In alijs etiā communit̄
fit preparacio ⁊ dispositio ad gra
ciaz paulatim ⁊ per tpa vt patet ī
beato Aug. Sed in paulo subito.
cū esset in actu peccati scz persecu-
tionis fuit in eo facta preparatio
⁊ infusio gracie. Cōsequenter que
ritur ex quo ꝯuersio ad salutē cui
libet est necessaria scd̄m ꝙ salua-
tor ait Math. xviij. Nisi conuer-
si fueritis ⁊ efficiamini sicut puu-
lus nō intrabitis in regnū celoruz
quot requirunt̄ ad eā. Solo scd̄m
sctm̄ tho. scd̄a scd̄e. q. xiij. ar. viij.
S ⁊ doc. in. iiij. di. xvj. ¶ Quatuor
requirunt̄ ad iustificationē pecca
toris. Primo infusio gr̄e. Hoc ha
buit sctūs paulus ⁊ tangit̄ ibi lux
circūfulsit eum id ē gr̄a vl' diuina
illuminatio. Aug. Gracia ē lumē
aīe faciēs hominē peccatū suum
cognoscere. Greg. Nisi gr̄a diuini
respectus nos illuminaret. mens
nostra in pctōꝝ tenebris remane-
ret. Ideo ps. xii. Illumīa occulos
meos ne vnq̄ obdormiam in mor
te scz crimīali. Osee. xiij. Perditio
tua ex te saluatio ex me. i. ex mea
gr̄a Scd̄o requirit̄ motus liberi ar
bitrij in peccatū ⁊ eius enormita-
tem vt ei peccatū displicebat. hoc
Saulꝰ habuit ⁊ tangit̄ ibi cadēs
terram glo. In terrā cadere ē pctā
que quis ꝯmisit ex terreno amore
cognoscere ⁊ de eis dolore. Quid ꝓ
dest peccata ꝯgnoscere ex lumine
gracie cū homo etiā ea nō deteste
tur ⁊ doleat cuz dicit ihero. Nulla
culpa delebit̄ nisi tristicia anxia-
tur. Et Hug. de sctō vic. Tūc sa
lu spectōꝝ incipit cū veraciter ꝓ
peccatis ingemiscit. Tercio requi
tur motus li. ar. in deū vt sit nr̄e
voluntatis cū diuina volūtate cō
formatio Hanc habuit paulus et
tangit̄ ibi. Dn̄e quid vis me face
re id est nō meā voluntatē sz tuā
paratus sum facere. Aug. Mox se
parauit ad obediendū qui prius se
uiebat ad ꝑsequendū. Et sic doce-
mur nos Ecc̄iastici. viij. A volū
tate tua auertere. Bern̄. grāde ma
lum est voluntas propria. vt si sit
bona non sit tua ß dicamus. fiat
voluntas tua dn̄e. dicit sctūs tho.
in. iiij. dist. xvij. Omnino nō pōt
tolli culpa nisi reordinet̄ volūtas
scd̄z diuinā volūtatē. Ihero. Quā
tū ꝓprie volūtati subtraxeris tan
tū virtuti addideris. Quartū est
peccati remissio. Hec sequit̄ illa
tria ⁊ est finis iustificationis. et
hoc fuit in beato paulo. ꝓpter qd̄
dicitur in thema. Vas electionis
est mihi iste. ¶ Quantū ad terciū T
oñdit officij ad qd̄ electus erat di
gnitatez cum subdit mihi est iste
id est loco mei. Fuit enim legatus
a latere summi pontificis missus.
id est Cristi. De quo ipse in episto
la ad Hebreos. ix. scripsit. Cristꝰ
assistēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ ⁊c̄
Et tāto in auc̄te commmēdabili
or quanto in electione ⁊ misstō-
ne gloriosior. Alij enim apostoli
adhuc summo pontifice in vesti-
bus secundm zach. prophetam sor

didis existēte id ēst in corpore adhuc mortali ⁊ passibili electi ⁊ missi sunt. Paulus vero postq̄ summus pontifex post resurrectionez tabernaculū non manu factū ītro iuit ⁊ vestibus honoris indut⁹ fuerat ab ipo per raptum vocatus ē. Q̄ subita ⁊ mirabil' mutacio de xtre excelsi. quia ille qui summi pōtificis iudeorum legatus effect⁹ fuerat in crudelitatem hominum. mox conuersus effectus est legat⁹ summi pontificis celoꝝ in salutez ⁊ instructionem eorundem hoīm Quā instructionē innuit dn̄s cum statim subdit vt portet nomē meum coram gentibus ⁊ regibus et filijs israhel. ¶ Quod ⁊ vere perfecit. portauit em̄ nomen xp̄i corde ore ⁊ opere. Corde per iugem meditationem. vnde ⁊ discipul' suis idē precepit dicens. Portate deū ī corde ⁊ corpore vestro. j. ad Coꝝ. j. dicit. Predicamus xp̄m dei virtutē Item portauit in ope ⁊ hoc p passionis xp̄i representationem. Vn̄ gal'. viij. Stigmata ihesu xp̄i in corpore meo porto. Et hoc triplici modo portauit coram tribus generibus hominum. scz coram gentibus id est grecis qui tunc gentiliter viuebant. coram regibus. id ē romanis qui tunc vniuersuz mundum regebant. coram filijs israhel id est iudeis qui tunc quasi soli deum videbant. Ip̄e em̄ fuit titulus passionis xp̄i qui scriptus fuit literis grecis latinis ⁊ hebraicis. Quantum ad tria predicta genera hominum vnde ⁊ hijs tribus generibus hominum omnes epl'as suas scripsit. Prima est ad romanos. vltima ad hebreos. medie omnes ad grecos. coram quibus omnibus tam diu nomen xp̄i portauit quousq̄ ab ip̄is p nomine xp̄i vita temporali priuatus fuit ⁊ etnā meruit ad quā nos pducat ⁊c.

De conuersione sancti Pauli apostoli sermo. xxix.

Wann scda

Olo mortez

peccatoris ß vt magis ꝯuertat̄ ⁊ viuat Ezech. xxxiij. sentencialiter. In hijs verbis thematis on̄dit ꝓpheta vbi supra quanta sit dei misericordia in peccatores quia peccantem mortaliter non statim damnat ß diu ad penitenciam expectat. Non enim deo absolute placet peccatoris dānatio quia non vult mortem peccatoris ß magis vitam illi⁹ iuxta thema q̄ iustissime peccantem ad statim possit occidere ⁊ dānare qz misericordia ei⁹ sup oīa opa eius. Cui⁹ manifestū exēplū habem⁹ ī ꝯuersiōe sctī pauli quā hodie colit sctā mr̄ eccīa. Vn̄ dn̄s paulū ad se venientē nō solū recepit ß etiā fugientē attraxit sibi dicēs. Saule saule q̄d me ꝑsequeris ac si diceret nolo mortē tuā ß magis ꝯuersionē tuā desidero. ido cessa a ꝑsecutiōe xp̄ianoꝝ vt viuas vita eoꝝ. nolo em̄ mortem pctōris ß magis vt cōuertat̄ ⁊ viuat v̄s. p gr̄a Auem. ¶ Nolo mortez pctōris ⁊c. vbi supra. In hijs v̄bis thematis duo notant̄ pro nr̄a īstructiōe vicz mors pctōꝝ ⁊ vita penitenciū. Mortem pctōꝝ dn̄s detestat̄ ⁊ hec summe sibi displicet. ideo in eius persona

dicit ppheta vbi supra. Nolo mortem peccatoris, vitā vero penitēcium summe desiderat ⁊ in ea sibi complacet, ideo subiungit, sed magis scz volo vt scz peccator cōuertatur ⁊ viuat. Ita dñs in Paulo noluit mortem culpe ꝙ voluit ⁊ desiderauit in eo vitam gracie p conuersionem penitencie. Mors culpe in Paulo relucebat in psecutione xpianoz sicut dicitur in hodierna epla. Saulus adhuc spirans minaz ⁊ cedis in discipulos dñi ⁊c. vita gracie in eo lucere cepit per promptitudinem obediēcie cū statim ad vocem quā audiuit. Saule saule quid me persequeris respondit quis es ⁊ tandē tremēs subiunxit. Dñe quid me vis facere Ac si diceꝛ paratus sum oē quod precipis adimplere ⁊c. ¶ Circa primum est notandū ꝙ scdm Jnno. in sermone quodā hui⁹ festiuitatis qui incipit. Nolo mortē peccatoris triplex distinguit mors vicz corporalis, spiritualis ⁊ ihēhennalis. Mors corpalis priuat hominē vita corporali per separationē aīe a corpore. Mors spūalis videlicet culpe priuat hominē gracia dei q̄ est vita spūalis. Mors autem gehennalis priuat hominez gloria ⁊ beatitudine eterna. Ex quo sequitur ꝙ prima mors est mala, scda peior ⁊ tercia pessima. Prima est mala propter penam ⁊ dolorē corporalem. De quo in ps. Quis ē hō qui viuet ⁊ non videbit mortē. q. d. nullus omnino qui mortem corporis nō incurrat. Scda mors ē peior propter culpam q̄ hanc concomitat mors tercia si per penitē ciam peccatum non deleꝛ. Mors autez tercia pessima. De qua ī ps Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos quasi dicat, sicut ouis non carpit herbā ꝙ pascit vt herba semp renascat ad pastū Jta mors infernalis non consummit hominē ꝙ affligit vt homo sp viuat ad mortē. A corporali morte resurgunt omnes homines scdz illud apli. j. ad Coz. xv. Omnes em̄ resurgem⁹ ꝙ nō omnes immutabimur. A spūali autem morte resurgunt quidā per penitenciā, alij autem in hac morte moriunt̄ p finalem impenitenciā. De qua morte dicit Johānes in sua canonica. j. Joh. v. Est peccatū ad mortem non pro eo dico vt quis oret, q. d. Est quoddā peccatū mortale pro quo non est orandum quia neqz ī hoc seculo neqz in futuro dimittet sicut peccatū desperationis finaliter vel finalis impenitencie vt si homo finaliter desperat, et finalit̄ non vult penitere pro tali nō ē orandum ⁊c. A gehennali vero morte nulli resurgunt scdm illud ps. Nō resurgūt impij in iudicio neqz peccatores in cōsilio iustoz. Ex hijs patet ꝙ scdaz mortem videlicz spiritualez dñs nō vult, propterea veritas ait. Nolo mortē peccatoris. Jdeo autem deus mortem peccatoris nō vult, quia deus mortem non fecit quia sine ipo factum est nihil id est peccatū. Joh. j. quod dicitur nihil ꝓpter priuationē. Jdeo etiam deus mortem peccatoris nō vult quia mors peccatoz pessima Et hī dicit pessima quia mortuo homine impio nulla amplius spes erit

de eo quia in inferno nulla est re-
demptio. Ex hoc merito oēs deo
grates referre debemus. quia non
vult mortez peccatoris sed magis
peccatoꝝ ꝯuersionem. nō em̄ vult
mortē culpe ymmo retrahit hoīez
multipliciter a peccato vt vitā ha
beat. ꝙ bene claruit in btō Paulo
cuius mortē dn̄s noluit tdo sibi di
xit Saule saule quid me persequeris
scz in membris meis. quasi dice
ret quare me persequeris corde qui
lanceatus sum pro te. quid ore qui
aceto potatus sum pro te ⁊ felle.
quid manibus qui clauis affixus
sum pro te. ac si dicerz vis me nūc
iterum crucifigere in mēbris meis
quod em̄ vni ex minimis meis fa
cis mihi facis Mach. xxv. Ecce
iam patet ꝙ dn̄s nō vult mortem
peccatoris siue culpe. ¶ Sed d. q̄s
quō illa mors culpe perpetrat̄ siue
consummat̄. Respondet̄ ꝙ ipsa
perficitur ad similitudinez mortis
corporalis. Primo em̄ homo distē
peratur. deinde infirmatur. deind̄
moritur. postea effertur ⁊ ad vlti
mum tumulatur. distemperatur ī
cogitatione. infirmatur ī delecta
tione moritur in consensu. effertur
in opere. tumulatur in consuetudi
ne ī qua putrescit ⁊ fetet. Hec In
no vbi supra. Et subdit. Morit̄
ergo spūs in consensu ⁊ tunc puel
la mortua iacet in domo. Effert̄ ī
opere ⁊ tunc adolescens mortuus
educit̄ extra portam. Tumulat̄ ī
consuetudine ⁊ tunc Lazarus qua
driduanus fetet in monumento.
quia tunc anima quasi iumentuz
in stercore computrescit. Vn̄ sub-
dit Inno. O si videret anima mor
tua in peccatis quātis fetoribꝰ sor
det quātis sordibus fetet. q̄ dete-
stabilis ⁊ abhominabilis ipa ap-
pareret. Sed nec sic desperandum
qꝛ tu dn̄e tres istos mortuos susci
tasti. puellam in domo. adolescē-
tem extra portam. Lazarum fetē
tem in sepulchro. vna ergo tantuz
est spēs mortis huius a qua nemo
resurgit scz finalis impenitencia.
de qua tu dn̄e dixisti. Sine mor-
tuos sepelire mortuos suos. Ad ce
teros aūt clamat apl's ad Eph. v.
Surge qui dormis ⁊ exurge a mor
tuis ⁊ illuminabit te xp̄us. Hec
Inno. Ecce quō mortē culpe seq̄-
tur mors gehēne immortalis. que
rent em̄ mortem ⁊ non inuenient
qui vitam habuerunt ⁊ perdiderūt
scd̄m illud Apoc. ix. In diebus il-
lis querent homines mortē ⁊ non
inuenient desiderabunt mori ⁊ fu
giet mors ab illis. Conuertant̄ er
go pctōres in hac vita ad dn̄m et
statim dn̄s conuertetur ad eos. qꝛ
nō vult mortem peccatoris. venit
em̄ saluū facere qd̄ perierat math.
xviij. Quantacūq̄ em̄ sit nostra
miseria maior est eius misericor-
dia. quantacūq̄ sit impietas nr̄a
maior est pietas sua. Absit ergo
vt aliquis cum Cayn desperet di-
cens. Maior est iniquitas mea q̄
vt veniā merear. ꝓpter hoc em̄ il
le vagus ⁊ ꝓfugus abijt sup terrā
Gen̄. iiij. Multū peccauit Cayn ī
terficiendo fratrem suum Abel. ꝫ
magis peccauit cum ait. Maior ē
iniquitas mea ⁊c. Absit enim vt
maior sit īiquitas hominis q̄ mi
sericordia conditoris cum defectꝰ
a bono qui est iniquitas summo

bono comparari non posset qd ē
dei misericordia. nullꝰ ergo de mi-
sericordia diuina desperet qm̄ mi
serationes eius super omnia opa
eius. nō em̄ ex operibus iusticie q̄
fecimus nos sz scd̄m suam miseri
cordiam saluos nos fecit ad Titū
iiij. ꝛc. ¶ Circa scd̄m videlicet vi-
3 tam penitencium que notat̄ in v̄-
bis thematis est notandum ꝙ si-
cut triplex est mors ita ꝛ triplex ē
vita vicz vita nature vita gracie
ꝛ vita glorie. De vita nature ait
btūs Job. Memento mei deus qꝛ
ventus est vita mea Job. vij. De
vita gracie dicit ꝓpheta. Justus
ex fide viuit. De vita glorie Sapi
ens dicit Sapīe. v. Justi imperpe
tuū viuent ꝛ apud dn̄m ē merces
eoꝝ. Prima vita est bona. Scd̄a
melior. Tercia optima. Conuerta
tur ergo peccator a morte culpe ad
vitam gracie vt euadat a morte
gehenne ad vitam glorie. Deus
em̄ semper tenet manus expāsas
vt recipiat peccatores qꝛ non vult
mortē peccatoris sed vt conuertat̄
et viuat iuxta thema Sed d. q̄s.
cū nihil obsistat diuini voluntati.
nā oīa quecūqꝫ vult facit in ce-
lo ꝛ in terra in mari ꝛ in abysso si
deus nō vult mortem peccatoris.
sed vt cōuertat̄ ꝛ viuat quare tūc
plurimi peccatores nō conuertant̄
vt viuant sed pocius ꝑuertunt̄ vt
pereant cū tn̄ nullus possit dei vo
luntati resistere. ¶ Ad hoc rn̄det
Jnno. vbi supra. ꝙ voluntas dei
4 multipliciter accipit̄ in scripturis
videlicet pro beneplacito ꝛ ꝓ signo
Beneplacitū vnū ē. sed signa diuer
sa ꝛ ideo dicit propheta. Magna
opera dn̄i exquisita in omnes vo
luntates eius. Juter has aurē vo-
luntates signi sunt consilium ꝛ p̄
ceptū. nam si deus aliquid consu-
lit aut precipit signū est ꝙ hoc est
eius voluntas. vult ergo deus id ē
consulit omnes homines saluos fi
eri ꝛ vult id est precipit vt pecca-
tor conuertat̄ ꝛ viuat. sed consili-
um ꝛ p̄ceptum dei nō semꝑ implē-
tur. qui aūt scd̄m consiliū vel pre-
ceptum eius conuertit̄ viuet. qui
non conuertit̄ morit̄. Cū aūt sine
gracia dei operante peccator ꝯuer
ti non posset ꝛ gracia nō datur ex
meritis qꝛ alias nō esset gracia vt
dicit apl's ad Ro. xj. videt̄ homī
non esse imputandū si nō ꝯuertit̄
eo ꝙ deus sibi graciā nō apponit
Ad hoc respōdet Jnno. vbi supra
ꝙ aliud ē ꝓmereri ꝛ aliud ē deme-
reri. Promereri graciā ꝯuersionis
nemo p̄t. sed demereri graciā qui
libet p̄t. ꝛ ideo dato ꝙ hoī non sit
imputandum ꝙ graciā nō meret̄
est tamen sibi imputandū ꝙ gra-
ciam demeret̄. ac si dicere vellet.
merito imputādū est hoī ꝙ seip̄m
indisponit ꝛ gr̄e nō capacē reddit
per peccata sua. qꝛ si seip̄m ꝑ pecca
ta non sic indisponeret deꝰ graciā
sibi infunderet. ꝛ ideo subiungit
Jnno. Si ergo fratres aliq̄s no-
strū p̄occupatus est aliquo delicto
nullo mō desperet sz interim faci
at q̄cquid boni p̄t vt deus cor eius
illustret ad penitenciā. aperiat oc
culos vt solis lucem accipiat. red
det se abilem vt ei deus formā sue
similitudinis imprimat ꝛ gracie
sue virtutem apponat ac finaliter
dicere vellet. Faciat homo quod ī

se est ⁊ presto deus est infundere si
bi graciā suā vt viuat ⁊c. ¶ Ex
illis ergo patet ꝙ deus paratus ē
cuilibet dare vitam gracie dūmō
facit quod in se est. ymmo nō solū
hoc facere sed etiā qñq̄ trahere ꝑ
infirmitates. per tribulationes. ꝑ
correptiones ⁊c. sicut hodie beatū
paulū apl'm. Ideo apl's de seipo lo
quens ait. Primū fui blasphemus
et persecutor ⁊ iniuriosus sed mise
ricordiam consecutus sum vt ostē
deret in me ihesus xp̄s omnē paci
enciaz longanimitaēt ad informa
tionē eoruz qui credituri sunt. j. ad
Thy. j. Hinc est em̄ ꝙ epl'e pauli
⁊ psalmi dauid pre ceteris scriptu
ris in ectīa frequentant̄ vt cuz pec
catores audierīt paulū blasphemū
⁊ persecutorē factū esse apostolum
et dauid adulterū ⁊ homicidaz fa
ctum esse ꝓphetā confidant de dei
misericordia nō solū veniā ꝓme
reri posse sed etiā gloriā adipisci.
Quis em̄ dubitet quin deus mise
reri velit illius quē talem ac tātū
fecit creando. quem talem ac tan
tū et iā fecit redimendo. magnum
est ꝙ creauit sed maius est ꝙ rede
mit. Creando factus est homo ad
ymaginē ⁊ similitudinē dei. Redi
mendo factus est deus ad ymagi
nem ⁊ similitudinez hominis. De
illo dicit̄. Fecit em̄ deus hominez
ad imaginem ⁊ similituninem su
am Gen̄. j. de isto dicit̄. Cum in
forma dei esset nō rapinam arbi
tratus est esse se equalē deo. Exin
aniuit em̄ semetip̄m formam ser
ui accipiens in similitudinem ho
minum factus ⁊ habitu inuentus
vt homo ad Philip. ij. Maius est
quidem habere similitudinē dei q̄ꝫ
similitudinē hominis habere. Sz
tamen maius est ꝙ deus factus ē
ad ymaginē ⁊ similitudinē hoīm
q̄ꝫ ꝙ homo fact⁹ est ad ymaginez
et similitudinē dei maius quidez
ratione dignationis. maius etiaz
ratione vtilitatis. ¶ Quis ergo p̄t
diffiderre q̄n ds misereat̄ illi⁹ quē
fecit ad imaginē ⁊ similitudinez
suam quē p̄fecit volatilibus celi ⁊
bestijs terre ac piscibus maris. n ā
omnia subiecit sub pedibus eius o
ues ⁊ boues vniuersas. insuper et
pecora campi volucres celi ⁊ pisces
maris. Hec Inno. vbi supra. Et
subiungit statim. Quis valeat du
bitare quin deus misereat̄ illius ꝓ
pter quem exinaniuit semet. for.
ser. ac. ⁊c. ymmo ꝓpter quē fact⁹ ē
patri obediens vsq̄ ad mortē mor
tem aūt crucis ad phil'. vj. Nam
ꝓprio filio suo nō pepcit deus ꝫ ꝓ
nobis omnibus tradit illum. ad
Ro. viij. Pater em̄ tantū dilexit
mundū vt filiū suū vnigenitū da
ret pro mundo Joh. iij. Alioq̄n fru
stra nat⁹ est xp̄s ⁊ passus. frustra
resurrexit a mortuis ⁊ ascendit in
celos. Absit hoc a fide catholica.
Sanguis em̄ ip̄ius sp̄ clamat pro
nobis ad patrem qui exauditur ī
omnibus pro sua reuerencia. Ad
uocatum em̄ habemus apud patrē
Ihesum xp̄m qui semp̄ interpellat
pro nobis signa passionis ostēdēs
⁊ ip̄e est pro peccatis nostris pro
piciatio. Redempti em̄ sumus nō
corruptibilib⁹ auro ⁊ argēto sed p̄
cioso sanguine agni immaculati
Quis ergo audiens tanta benefi
cia redemptoris non trahatur ad

ipm. Si lapis audiret vtiq; trahe
ret. Pone tibi ante occulos mulie
rem que erat in ciuitate peccatrix
de qua eiecit septem demonia. po
ne tibi ante occulos latronē qui ꝓ
pter homicidiū ⁊ seditionē fuerat
missus in carcerem. ymmo suspen
sus in cruce ⁊ pro certo videbis ꝙ
non est vnq; de dei misericordia
desperandum. sicut em̄ oleum sup
natat vino ita misericordia super
exaltat iudiciū. Iustum em̄ est ꝙ
deus parcat quia non potest deus
esse qui sit misericors ymo deitas ē
ipa misericordia. Sed nec potest
bant. Vnde Beda super Act. apo
stolorum. Mathias ante penthe
costes ordinandus sorte queritur.
quia nondū plenitudo spiritussan
cti in ecclesia effusa est. Septem
autem dyaconi postea non sorte.
sed electione discipulorum sunt or
dinati. Propter hoc rationabiliter
prohibetur talis electio vt in. c. vl
ti. de sortil'. Non tamen peccaue
runt apostoli eligendo Mathiaz
per sortem quia nondum erat pro
hibitum. Et quia hoc fecerunt fa
miliari consilio spiritussancti qd̄
non est trahendum ad ꝯsequenciā

vide. c. non statim. xxvj. q. ij. cū
capl'is se. Jhero. exempla paucoꝝ
ꝛc. ¶ Circa primum queritur vtrū
licitum sit vti sorte in aliquo ca-
su. Solucio dico ꝙ sors ē triplex.
scz diuisoria consultoria ⁊ diuina
toria. Sors diuisoria dicitur cuz
queritur quid cuilibet sit dandum
siue illud sit res siue honor siue pe
na aut actio aliqua. Et scdz glo.
in summa. xxvj. q. ij. illa sorte di
uisoria quando expectatur euen-
tus ex fortuna solum ⁊ non fit ali
qua supersticio et in rebus tempo-
ralibus solum sic licet ea vti. Ex
emplum de artificibus qui sorciū-
tur. Item per talem sortem quan
doqꝫ eliguntur scabini iudices et
camerarij per eam locantur pro-
mouendi. Scda sors dicitur cō-
sultoria cum inquiritur quid sit a
gendum ⁊ hec scdm se non ē ma-
la sed ratione circumstancie pōt
aliquid mali in se continere. vnd
prohibetur ne sub hac specie homi-
nes in ydolatriaz labantur. xxvj.
q. vj. §. hijs ita. Et ideo est pecca
tum mortale vti ea nisi in necessi
tate scdm Panor. in. c. fi. de sorti-
le. videlicet ad sciendum quid fiē
duz aut faciendum sit quando ali
ter neqꝫ scripture auctoritate vel
alio auxilio potest sciri tunc non
est illicitum. vt di. q. ij. c. non exē
plo. ⁊. q. v. non licet. Nam cū nō
superest humanum auxilium tūc
ad diuinum possumus recurrere.
vt in. c. queritur. xxij. q. ij. Exem
plum ciuitas est obsessa dubitat
clerus quis debeat fugere ⁊ quis
remanere. tunc oratione premissa
scdm August. sorte erit dirimēdū
facit. l. sed cum ambo. ff. de iudi.
⁊. l. si duobus in prin. verum ꝙ ea
licet vti in tali necessitate si qua-
tuor concurrant. Primo in rebus
temporalibus. sed in spiritualibꝰ
vt in electione seu eius tractatu.
aut in electione compromissarioꝝ
quantum ad officia ecclīastica est
in omni casu prohibita. Secundo
si fiat sine omni superstitiōe. Ter
cio quando euentus sorcium expe
ctatur a deo quia si a diabolo erit
illicituz. Quarto quando fit cum
magna deliberatione premissa o-
ratione sicut apostoli Act. j. in ele
ctione Mathie fecerunt petendo a
deo eius voluntatem in hoc. Ali-
ter aliquo istorum deficiente erit
illicita. ¶ Tercia sors dicitur diui
natoria que sic diffinitur. Sors
est ars diuinandi futura a sanctis
patribus sub anathemate damna
ta. xxvj. q. v. sortes. quia diuina-
tio semper accipitur in malum si-
cut prophecia in bonam partem.
j. q. j. nunqꝫ. vt quando quis inten
dit predicere futura que dependēt
ex dei voluntate. sicut qui ponunt
sortes an debeant diu viuere. an
prosperari in mercemonijs ꝛc. Itē
de infinitis que obseruant in. xiij
diebus festum natalis xp̄i immed-
diate sequentibus. que nota sunt
illis qui ea faciunt. Tales peccāt.
quia faciunt contra primum pre-
ceptum diuinuz. Non habebis de
os alienos tales enim istas sortes
deificant inquantum ab istis fu-
tura p̄dicere expectant scdm ysa.
xlj. Annunciate nobis que vētura
sunt ⁊ dicemus quoniam dij estis
vos. ¶ Quantum ad secundū vbi

commendatur beat⁹ Mathias ab apostolica annumeratione. quia annumeratus est cum vndecim apostolis. Fuit autem beat⁹ mathias connumeratus apostoloruz collegio tripliciter. Primo quidez in gradu prelationis. De quo dicit Petrus. Ostende quem elegeris accipere locum ministerij huius et apostolatus. In quo gradus prelationis sue euidenter exprimitur Scdo in officio predicationis et merito passionis quia fidez catholicam sicut ceteri apostoli feruent predicauit ⁊ pro ea constāter mortem sustinuit. Tercio in premio eterne retributionis. Math. xix. Vos qui reliquistis omnia ⁊ secuti estis me sedebitis sup ⁊c. Notabiliter autem in beato mathia cōpletur perfectus apostoloruz numerus duodenarius vt sic eorum completo numero perfecte daretur spiritussanctus. propter quod Petrus noluit remanere in numero vndenario qui est numerus trāsgressionis. duodenarius est numerus perfectionis. ⁊ ideo competit numero apostolico propter misterium exercende predicationis. cōstat em̄ ille numerus ex ternario. ⁊ quaternario in se reductis p qd̄ mistice designat̄ ꝙ apostoli fidez trinitatis per quatuor partes mūdi predicare deberent vt sic credētibus salus eterna conferret̄. Exēplum de sancto Mathia in Mesfret de sanctis sermone. xxxix. ¶

p ¶ Hic cadit dubium de sorte. vbi videnda sunt tria. Primo q̄d sit et quot sint eius species. secūdo an sit prohibita ⁊ quare. tercio que sit pena sortilegiorū. Ad primum dico ꝙ sors est ars diuinandi. ⁊ sic sortilegi sunt qui diuinationis sciēciaz profitentur aut quarumcūqꝫ inspectione scripturarum futura promittunt vt in. c. sortilegi. vj. q. ij. Diuinatio autem proprie in malo accipitur. ꝓphecia vero ī bono. vt. j. q. j. nunq̄. Species eius sunt multe quas ponit August. in li. de natura demonū ⁊ habetur in c. igitur genus. xxvj. q. iiij. vbi dicit ꝙ genus diuinationis a petsis habuit exordium. Varro dixit. quatuor esse genera diuinationuz sicut sunt quatuor elemēta. Fit em̄ diuinatio in terra ⁊ vocatur geomancia. vt illi qui vtuntur caracteribus vel alijs in terra ad inueniendum furta vel thesauros. vel faciunt ꝙ fur vltra non progredietur. vel fodiunt aliquid vltra liminare domus ⁊c. Fit etiā ī aqua ⁊ vocatur ydromancia ab ydor ꝙ est aqua. vt si fecit incantacionē cum aqua baptismali vel oleo sancto quod est grauissimum peccatū Si lauit filios cum aqua benedicta. Si incantauit grandinem. si prenosticauit ex murmure aquaꝝ currencium quod fatuum est. Si ex effusione vini credidit aliquez euentum euenire. Tercio fieri pōt in igne ⁊ dicitur piromancia vt si quis habuit aliquam opinionem de igne sibulante credēs esse signū ꝙ aliquis morietur vel simile. Si negauit dare ignem extra domuz in kalendis mensium timens ex hoc malum ei euenire. Si truncum ignis factū in natiuitate dn̄i seruauit ⁊ posuit in vinea contra

grādies vel cū illo signauit āgl'os et hostia dom⁹ ⁊ huiusmōi Quarto potest fieri ī acre et vocatur aerimancia. ⁊ hoc potest fieri multipliciter. Primo in volatu aut garritu auium ⁊ vocantur augures. vt si quis estimat aliquod malū futurum propter garritum auiū puta quia cantat gallus desero vl̄ coruus vel noctua vel cuculus vel huiusmodi que omnia fatua sunt Idem dicuntur etiam auspices q̄ si auiū spectores. Et sic sunt duo genera auspiciorum vnū ad oculos alterum ad aures pertinens. Ad oculos sicut volatus. Ad aures voy auium. Hec August. vbi supra. Alij auspices nuncupant quasi horarum inspectores. dies enim ⁊ horas in agendis negocijs et operibus custodiunt ⁊ quid per singula tempora homo debet obseruare intendunt vt obseruando dies egypciacos nihil noui incipiendo in eis. vel diem in qua cadit festum innocentum non peregrinando vel iter faciendo. vel diem in qua cadit festū Johannis Baptiste. vel diem veneris non inaudendo panes. vel non lauando caput ⁊c. vel si nolunt ducere vxores nisi crescente luna ⁊c. que omnia sunt grauia peccata. Alij vero obseruant natalicia hominum scd̄m cursus siderum ⁊ astrorum ⁊ scd̄z eosdem mores ⁊ actus ac euentus nascencium predicere conantur. q̄ vocantur Geneatici. siue Mathematici. Hec omnia August. vbi supra. Sunt ⁊ incantatrices fastinatrices siue carminatrices q̄ verbis aut carminibus contra dolorem dencium capitis aut oculorum faciunt incantationes presertim vbi naturaliter talis effectus non causari potest. Et si verba sint quandoq; bona tamen falsa admiscent ⁊ nomina ignota. ab hoc errore ⁊ deceptione non sunt ī munes qui ligaturas siue remedia prohibita siue notas vel caracteres vel aliqua scripta circa colluz aut alibi secum portant in quibus sunt aliqui caracteres siue nomia ignota inscripta quasi essent magna dei nomina vel angelorum. que possunt esse demonorum. vt dicit Crisost. Si ergo nomina sē diaboli nullum inde portans bonum consequetur effectum. Sive ro dei sunt etiam nulluz consequetur effectum nisi peccatum q̄ contra prohibitionem ecclesie portat. In illis nanq; tacita habentur pacta cum demonibus scd̄m sanctū Tho. scd̄a scd̄e. q. xcv. ar. ij. Ab istis etiam deceptoribus nō sunt immunes qui in obseruationibus vel strenarum dationibus. quas vēditores considerant. qui primo mane nihil mutuare volunt ante q̄ aliquid vendiderint vel strenā recepcerint. Exemplum de vetula cui mane obuiant sacerdos que se cruce signauit. Ab istis erroribus minime etiam excipiuntur obseruantes somnia ⁊ diuinātes ex his que apparent eis in somnis. quia sepius decipiuntur. Exempluz de somniatore cui somniabat q̄ si interficeret quendam heremitam efficeret̄ rex sicilie qui propterea fuit suspensus. Similiter hac illusionē

decipiuntur mulieres, que dicunt se rapi a quodam populo ꝛ duci se ad loca quedam pulchra ꝛ ignota. Que etiam dicunt se equitare cum dyana ꝛ herodiade ꝛ eyndem alijs vaticinantur, que omnia fiunt illusione diabolica ꝛ sepius decipiuntur. Exemplum de quadam muliere que de hoc confessa sacerdoti, dixit ꝙ nulla clausura sibi obstaret quin ad inuocationem illius populi statim esset vbi vellet que percussa per eum ꝛc. ¶ Ad scdm dicendum ꝙ sortes sunt generaliter prohibite in omni casu similiter predicte diuinationes ꝛ simules ꝛ hoc rationabiliter in diuersis sacre scripture locis. Primo Leuit. xix. Non auguriabimini neq; obseruabitis somnia. Ibidem iterum. xx. c. Anima que declinauerit ad magos ꝛ ariolos ꝛ fornicata fuerit cum eis ponam faciem meam contra eam ꝛ interficiam eam de medio populi mei. Item apls ad Gall'. iiij. talibus dicit. Dies obseruatis ꝛ menses tempora ꝛ annos timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Item dns ait discipulis Act. j. Nō est vestrū nosse ꝛc. In iure vero canonico talis ars est phibita in multis locis, specialiter. xxvj. cā quasi per totum, ꝛ extra de sortil'. per totum. In lege vero ciuili prohibet C. li. ix. ti. de maleficis ꝛ nigro. per totum. Ratio prohibitionis est. Prima est August. in. c. qui sine. xxvj q. iij. quia omnis sortilegij ars et species est a diabolo inuenta ꝛ per cōsilium malorum angelorū, ideo talibus vtentibus ꝛ cōsencientibus habitur dei maledictio cum luciferō cuius medici sūt. Nam natura ꝛ corpus habet medicos suos. Ecclesiastici. xxxviij. Honora medicum. Similiter anima habz suos vt viros spirituales, ꝛ diabolꝰ suos habet medicos ꝛ prophetas, a quo sallatiuz accipient. Si quando talia euenunt dicit August. ꝙ deus talia permittit vt probetur q̄les sint in fide. xxvj. q. v. nec mirum ad hoc. Deutro. viij. Si surrexerit in medio tui pphetes ꝛc. Secunda causa prohibitionis. Nam futura ꝛ sanitatem prescire solius dei est ꝛ cui voluerit ipe reuelare. xxvj. q. v. c. j. ergo tales exercentes ꝛ appetentes grauiter peccant quia volunt videri similes deo. propter quod lucifer de celo cecidit. Adam paradisum amisit. nec enim papa sustinet aut imperator ꝙ aliquis attemptet ea que sibi retinuit priuilegio speciali. Vt de transla. c. j. de offi. lega. ꝙ translationem. Ideo in omnibus phibita est sors etiam in electionibus vt dictum est supra. ¶ Ad terciuz dic ꝙ pena sortilegiorum scdz ius ciuile est bonorum publicatio et decapitatio vel concremation, vt in. l. Nemo. C. de maleficis. Et iuste quidem quia si morte digni sunt qui per patriam eundo corpora occidunt, ergo qui animas. Secunduz vero iura canonica pena illorum est scdm canones imponitur penitencia spiritualis, vt dictum est, vt in. c. j. de sortil'. Et si peccatum notoriū est eucharistia negat'. de conse. di. iij. ꝓ dilectione. Item ecclesiastica pena infligit', quia si clericus est deponendus,

est et in monasterium detrudẽdꝰ si laicus est. excommunicandus ẽ si penitenciam contemnit. xxvj. q. v. non oportet. ⁊. c. si quis eps. Episcopus etiam tales turpitert dehonestatos de parrochia sua eijcere debet quia decaluare potest eos ⁊ vestes ⁊ capillos ante ⁊ retro incidere. vt. xxxij. q. j. de benedicto. ¶ Querencium vero consilium aut auxilium fortilegiorum. Primo est magna infidelitas. q̃a plus credunt eis q̃ ecclesie. Itez faciunt illud quod in nulla arte fit. vbi cuilibet creditur experto. Hic autem plus credunt vetule inexp̃te q̃ doctori in theologia aut ĩ medicina. Item magnum ẽ ipsoruz periculum corporale. Saul. j. Regũ. xxxj. quia consuluit phitonissam nec sperauit in domino occisus fuit. Similiter Ochozias rex iiij. Reg. j. Qui infirmus consuluit Belzebub ideo peius habuit. Ita sepius contingit illis consulentibꝰ Item maius est ip̃orum periculuz spirituale vt patet in predictis penis. maxime eterna quam ex hoc consequentur.

De annuctiatione beate marie virginis sermo. xxxvij.

Aue gracia plena dñs tecum. benedicta tu in mulieribus. Lu. j. Hec annunciatio angelica ad virginem Mariam facta est. transactis ab inicio mundi quinq̃ milibus centum ⁊ nonagĩtanouem annis vt communiter tradũt doctores eccĩastici. Maximum autem miraculum quod deus vnq̃ fecit hodie factum est videlicet q̃ deus sibi vniendo humanaz naturam homo factus est. ¶ Et ideo hodierna festiuitas est vna de maximis totius anni. ymmo maior omnibꝰ alijs. Vnde ĩ hac die vniuersorum dominus descendit in terram factus homo quod in rebꝰ ex tempore ortis est maximum. scd̃m August. Neq̃ maioris potẽcie effectus ad extra vnq̃ est ostẽsus quã q̃ deus est homo ⁊ homo deus. Si ergo dies natalis domini solennis est quia homo qui nascitur deus est. Ista dies solennior est. in qua deus factus est homo. Si dies resurrectionis celebris est q̃a humanitas xp̃i induit gloriam corporalem. Ista celebrior ẽ in qua humanitas assumpta est ad vnionem suppositalem. Si festiuitas magna est in qua xp̃us ascendit in celum. Ista maior est in qua filius dei pro nobis descendit in vterum virginis. Si dies penthecostes solennis est quia in ea spiritussanctus missus est. Solennior est ista in qua filius dei nobis similis factus est. Ex quo infertur q̃ si hec festiuitas beate v̄ginis excellit quatuor solennitatei precipuas ad Cristum pertinentes consequens est vt omnes festiuitates anni dignitate antecedat. Ideo hodie canit ecclesia ad om̃es horas hanc antiphonam. Hec est dies quam fecit dominus. hodie dominus afflictionem populi sui respexit ⁊c. Ex hoc patet quante altitudinis ⁊ dignitatis sit virgo maria q̃ meruit vt ex ea filiꝰ carnẽ susciperet q̃s ergo p̃t eiꝰ dignitatẽ

enarrare nullus vtiq; mortalium Bene hoc angelus ostēdit dicens. ei. Aue gr̄a plena ⁊c. ¶ In verbis premissis ostendit angel⁹ per dulcis allocutionis archana virginē commendabilem ex quatuor. Primo a puritatis sanctitudine ⁊ ideo admirabilem cum dicit. Aue. Secundo a bonitatis plenitudine. et ideo amabilem cum dicit. gracia plena. Tercio a dignitatis altitudine ⁊ ideo venerabilem cuz dicit Dñs tecum. Quarto a laudis magnitudine ⁊ ideo desiderabilem cū dicit. Benedicta tu in mulieribus Primo ergo angelus dicit. Aue. id est sine ve. Hoc signanter dicitur vt culpa primi parentis in ip̄a tanq; i matre salutis extincta oñ datur. ¶ Propter quod nota q; triplex est ve a quo ip̄a virgo immunis fuit scz origīalis macule. actualis culpe. gehennalis pene. ⁊ hoc exprimitur Amos. v. In omnib⁹ plateis planctus ⁊ in compitis cūctis que foris sunt dicetur ve. ve. ve. vbi triplicatur ve vt primum respondeat macule originali. Be qua Jhere. xv. Ve mihi vt quid genuit me mater mea. ⁊ ideo statim cum homo nascitur vocez doletis exprimit. Sapīe. vij. Et ego natus accepi communem aerem ⁊ in similiter factam decidi terram ⁊ primam vocem similez omnibus emisi plorans. Ab isto ve originalis culpe immunis fuit beata virgo quia ab eo per munꝰ sanctificationis p̄seruata. scdm illud p̄s. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Et bern. Perfecta mater dei ante fuit sancta q̄ nata. Scdm ve respondet culpe actuali i qua incurrit mors per extinctionem gracie. Juxta illud ysa. j. Ve genti peccatrici populo nequ filijs sceleratis. Ab hoc obprobrio fuit immunis virgo Maria p̄opter plenitudinem virtutis vt esset non solum a mortalibus verum etiam a venialibus aliena. Vnde August. Cuz de peccatis agitur nullam de beata virgine volumus fieri mentionem. hoc fuit virginis p̄uilegiū q; nulli sanctorum vnq; concessum est. Tercium respondet pene gehenna li cui ve nullum erit remediū. Ecclesiastes. xij. Ve soli quia si ceciderit suple in penam non habebit subleuantem quia in inferno nulla ē redemptio. Ab hoc obprobrio non solum immunis fuit. ymmo alioz̄ inuocancium ip̄ius patrocinium ne ibi coruant benignissima liberatrix. Propter quod ip̄a dicit Eccīastici. xxiij. In me omnis gr̄a vite ⁊ veritatis. in me omnis spes vite ⁊ virtutis. ¶ Exemplum habetur de beatrice moniali ordinis cistercien̄sis. Que beate Marie virgini deuotissime seruiuit. Et tandem demone instigante per clericum corrupta quindecī annis publica meretrix facta. cuius officiū videlicet custodie Maria semper peregit. ⁊ sic nemine sciente reduxit. Secundo angelus in salutatione commendat virginem a bonitatis plenitudine cum dicit gracia plena. Et vere plena Quia vt ait Jhero. ad pau. ⁊ eu stoch. Ceteris per partes prestatur. Marie vero totam se infudit

D gr̃e plenitudo. ¶ Sed hic surgit dubitatio quomodo Maria fuit plena gr̃a cum hoc sit ꝓprium xp̃i De quo dicitur Joh. j. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gr̃a ⁊ veritatis. Ad quod respondet Albert⁹ supermissus est ꝙ hec plenitudo gr̃e potest tripliciter intelligi. vel q̃a summam ⁊ omnem graciam habuit. vel quia maior gracia nõ fuit. vel quia maioris gr̃e capax nõ fuit. Constat autem ꝙ non summam ⁊ omnem habuit quia gr̃az vnionis non habuit. que est summa in numero graciarum. Non em̃ ip̃a sed eius filius fuit deitati vnitus. Similiter maior gr̃a fuit in filio inquantum homo q̃ꝫ in ea vnde dici nõ potest ꝙ maior gr̃a q̃ꝫ sua non fuit. Restat ergo vt ĩtelligat̃ tercio modo scz quia maioris gr̃e capax non fuit pura creatura ⁊ in statu illo viatoris. nã si aucta ẽ gr̃a in assumptione. q̃a dicitur gr̃a consumata tũc effecta est in comprehensorum numero. preterea priuilegia principuz sunt latissime interpretanda. vt in. c. olim. de ver. signi. ff. de constitu. prin. l. vl. Cum ergo dñs in priuilegio suo quod ei mittit per angelũ dicat gr̃a plenam nullam specificando erit pro omnibus interp̃tãdum. Preterea deus infũdit suam bonitatem vnicuiq̃ scd̃m suã virtutem ⁊ capacitatẽ vt ptz math. xxv. de dño qui tradidit seruis suis bona sua vnicuiq̃ scd̃m propriam virtutem. ergo quecunq̃ creatura est capax omnis gracie cui⁹ est capax pura creatura. illa erit plena omni gracia. Talis aũt creatura fuit beatissima virgo Maria ergo ip̃a est plena omni gracia cuius particeps potest esse omnis pura creatura. ¶ Sciendum tam̃ ꝙ in ip̃a virgine fuit triplex perfectio gracie. Prima quidem quasi dispositiua per quam reddebatur ydonea ad hoc ꝙ essz mater cristi ⁊ hec fuit perfectio sanctificatiõis Scd̃a perfectio gr̃e fuit ex presencia filij dei in eius vtero incarnati ⁊ hec fuit perfectio conceptionis Tercia autem est perfectio finis quam habet in gloria. ꝙ autem secdũa ꝑfectio sit pocior q̃ꝫ prima ⁊ tercia q̃ꝫ secunda patet quidem. Vnomodo per liberationez a malo. nam primo in sua sanctificatione fuit liberata a culpa originali Scd̃o in conceptione filij dei fuit totaliter mundata a fomite. Tercio in sui glorificatione fuit liberata ab omni miseria. Alio modo ꝑ ordinem ad bonum. nam primo ĩ sua sanctificatione adepta est graciam inclinantem eam ad bonuz In conceptione autem filij dei collata est ei gracia confirmans eaz in bono. In sui vero glorificatiõe consummata est eius gracia perficiens eam in fruitione omnis boni. ¶ Sed hic cadit dubiuz an btã virgo habuerit omnem graciã etiam gratis datam. puta sapiencie et virtutũ ⁊ miraculorum ex eo ꝙ non legitur docuisse quod spectat ad sapienciam aut miracula fecisse. Ad euidenciam huius est sciendum ꝙ triplex est genus graciarũ. scilicz gratũfaciẽs. gratis data et gr̃a priuilegioꝝ. Est em̃ primo

E

F

gracia gratum faciens propter sue sanctitatē que solū reperit̄ ī bonis dicit apl'us ad Heb. vl. Optimuz est gracia stabilire cor. Ideo autē optimum quia nihil melius in vita. Est em̄ quid ita preciosum qd̄ ea percipit̄ bonum infinituz. Vñ j. petri. j. Maxīa et p̄ciosa nobis donauit deus vt simus diuine nature consortes et dij per participationem. Sed et ista gracia est triplex scz gracia sacramentalis. gracia virtualis et gracia muneralis

G ¶ Gracia sacramētalis est que cōfertur in susceptione sacramentoꝝ. Et ideo si dicimus virginem plenam hac gracia oportet etiam dicere ꝙ sacramenta suscepit. Quod firmat Albertus super missus est. Omnia videlicet sacramēta sumpsisse ordine excepto. Sed et ip̄os per equipollenciam accepit. Sz qr eis non eguit qm̄ nullum peccatū actuale cōmisit. originale non incurrit. Ideo dicendū ꝙ virgo maria non accepit sacramenta ex ne

H cessitate vt alij ꝫ ex triplici causa ¶ Prima ob sui maiorem humiliationem. Sicut em̄ legalia obseruauit instituta pro peccatoribus tanq̄ peccato subdita foret que tñ omni carebat vt patet in sacrificio purificationis et filij redemptione. Ita etiā sacramenta que sunt medicine prīcipaliter peccatoꝝ ex humilitate suscipere voluit. Scd̄o sacramenta suscepit ꝓpter aliorum instructionem vt perfectos doceret sui exemplo seruare leges superiorum etiam si non tenerentur. Promulgatuz fuerat a dño ꝑ apostolos omnibus edictum. Eūtes docete omnes gentes baptisantes eos in nomine p̄ris ⁊c̄. docentes eos seruare quecunq̄ mandaui vobis. Math. vl. vt de penitencia. de eucharistia et hmōi alijs. Voluit ergo Maria obseruare et hec mādata filij vt inuitaret nos exemplo ad obedienciam. Peccatores etiam instruit vt nō erubescāt assumere remedia humilia ad delendum peccata īstituta quia ip̄a cum esset sine peccato tamen sacramenta contra peccata in remedium instituta suscepit ac si esset peccatrix. Tercio ꝓpter bonorum supererogationem vt dicit̄ Apock. vl. Qui iustus est iustificet̄ adhuc Perfecti em̄ ꝯsiderantes ꝙ status gracie ⁊ virtutum est quasi infinitus quia nunq̄ potest tantū ī gracia ꝓficere quin valeat multomagis crescere. ꝓpter quod ꝓuerb. iiij. dicit̄. Iustoꝝ semita que ē via arta virtutū quasi lex splendēs ꝓficit ⁊ crescit vsq̄ ad ꝑfectum diem scz visionē clarā patrie. Ideo ꝟgo Maria ⁊ si in sanctificatione sua fuerit ex vtero mr̄is plēa gr̄a ⁊ in conceptu filij multomagis repleta tanta scz quante erat capax pura creatura. nō adeo ꝙ nō potuerit ī ea crescere dū erat viatrix. hoc em̄ fuit priuilegiū soli⁹ xp̄i q̄ gr̄az accipit ab īicio suo īfinitā ita scz vt nō posset ī ea crescere. ⁊ ideo quotidie magis ac magis btā Maria in illis exercebatur vnde possz magis meritū augere ⁊ deo placere. ⁊ ideo sacramenta summebat. Et si eis non egeret vt magis in ea gracia cresceret per effectum sacram̄toꝝ ¶ Gr̄a ꝟo vtual' ſt̄ ip̄e ꝟ

J

tutes que omnes pcedūt a gracia gratum faciente distincte ab ea realiter. et ipa quidē grā vt in subiecto est in aīa. virtutes vero ī potencijs anime expediendū eas ad bene operandū. virtutes vero omnes vel sē theologice vt fides spes et caritas. vel cardinales quatuor scz iusticia temperancia fortitudo prudencia. vel eis annexe vt sunt virtutes morales. quas omnes beata virgo habuit pfectissime. Dñ ipa ait. Ecciastici. xxiiij. In me omnis spes vite ⁊ virtutis. ⁊ ideo transite ad me omnes scz p eis virtutibus quia ex me id est mei suffragio ⁊ exemplo potestis sperare omnem virtutem. Ideo bñ dicit hac grā virtuali plena. Grā vo muneralis est grā donoz spūssancti que sunt septem ⁊ ideo grā septiformis scdm illud qđ canit eccia Tu septiformis munere ⁊c. De q̄bus ysa. xj. dicit. Requiescet sup eū spūs dñi spūs sapiencie ⁊ intellectus spūs psilij ⁊ fortitudinis. spūs sciencie ⁊ pietatis ⁊ replebit eum spūs timoris dñi. Que omnia habūdantissime fuerunt in beata Maria. Et ideo. Aue grā plena septiformi ⁊c. Nunc dicendū de
℟ grā gratis a deo dato ppter aliorum vtilitatem que ē ꝯmunis bonis ⁊ malis. Apls. j. Coz. xij. oñdit nouē genera grāz gratis datarum dicens. Diuisiones grāz sunt idem vero deus scz qui dat eas. Alij dat p spm sermo sapiencie. alij sermo sciencie. alij fides. alij pphecia. alij discretio spūtuū. alij operatio virtutū. alij grā sanitatū. alij genera liguaz. alij interpretatio sermonū. an etiā ill' gracijs beata Maria plena fuerit. Respō det sanctus Tho. dicens. Nō ē dubitandū quin btā virgo acceperit excellēter donū sapiencie ⁊ graciā virtutū ⁊ grāz pphecie ⁊c. nō tamē accepit vt haberet oēs vsus harū ⁊ similium grāz sicut habuit xps sed scdm q̄ ꝯueniebat conditioni ipius. Habuit nanq̄ vsum sapiencie in contemplando scdm illd lu. ij. Maria aūt conseruabat oīa verba hec pferens in corde suo. nō aūt habuit vsum sapiencie quātū ad docendū eo q̄ non cōueniebat sexui mulieb'i. Nā vt dicit ap'lus Mulieri docere ī eccia nō pmitto Miraculoz vo vsus sibi nō ꝓpetebat dū viueret q: tūc tpis doctrina pfirmanda erat miraculis xpi ⁊ ideo soli xpo ⁊ eius discipulis q̄ erant baiuli doctrine xpi ꝯueniebat miracula facere. Propter qđ etiā de Johanne baptista dr. Johan. x. q̄ signum nullum fecit. vt scz oēs in xpm intenderent Vsum vero pphecie habuit virgo vt patet in cantico qđ fecit. Magnificat aīa mea dñm ⁊c. Tercia grā dr grā priuilegioz a deo collata ad singularē sublimitatē. Ill' gracijs singularibus seu priuilegijs que non reperiuntur in aliquo sanctoz beata Maria etiam plena fuit. ¶ Sunt autez duodecim gracie singulares seu priuilegia p
℣ pria beate virgini cōmunicata. q̄ designantur per duodecim stellas corone mulieris. De qua dicitur Apoc. xij. Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius ⁊ in capite eius corona stellarum duodecim

scdm Bern. in sermone. ⁊ diuersi diuersimode assignant ista. xij. Sed Albertus vbi supra. ista sic describit. Primū priuilegiū qꝛ nūq̄ peccato maculat̄. Scdm qꝛ nec peccare potuisse assignat̄. Terciuz ꝙ in quolibet ope meruisse monstrat̄. Quartū ꝙ summa puritas in ea expressat̄. Quintū ꝙ virgo v̄ginū eē dicit̄. Sextū ꝙ mater dei vere nuncupat̄. Septimū ꝙ mr̄ omniū predicat̄. Octauū ꝙ mater simul ⁊ virgo decantat̄. Nonum ꝙ porta celi declarat̄. Decimuz ꝙ passio xp̄i ei soli cōmunicat̄. Vndecimum ꝙ super omnes creaturas exaltatur. Duodecimuz ꝙ regina misericordie laudatur. Hec omnia priuilegia ꝓsequit̄ per ordinem Albertus vbi supra. ¶ Tercio angelꝰ ꝯmendat Mariā a dignitatis altitudīe cū dicit. Dn̄s tecū. scz deus erit cito de te incarnandꝰ Dn̄s em̄ vt inquit Athanasius est pater. dn̄s filius dn̄s spūssanctus Tecū dn̄s pater quia tu es sponsa patris. Tecū dn̄s filius quia tu es mater filij. Tecū dn̄s spiritussanctus qꝛ camera spūssancti ꝯprobaris. Tota em̄ trinitas scz pr̄ ⁊ filius ⁊ spūssanctus opata est misteriū incarnationis scz formando illud corpus ex virgine animā xp̄i subito creādo ex nihilo ⁊ vnionē illam humanitatis sue cū deitate efficiendo ⁊ graciā ⁊ sapienciā q̄si infinitam ei infundendo. Inseparabilia em̄ sunt opera trinitatis. scz ab extra. de cōse. di. iiij. omnes licet solus filius non pater nō spiritussanctus vnitus sit nostre substancie in vna persona quia v̄buz caro factuz est. Et ponit Anſhel. exemplum de vna veste quā facecerent in scindendo suendo tres ꝑsone ⁊ tamen vna sola ex illis illam vestem induit a qua ip̄a sola denominat̄ vestita. ¶ Ad euidenciam huius sciendū ꝙ angelus nūciat Marie dicens. Dn̄s tecuz erit Et hoc tripliciter. primo dn̄s tecū ad carnem de te summendū. scdo dn̄s tecum ad prolem de te exaltādum. tercio dn̄s tecum ad te magnificandum. Primo dicit dn̄s tecum erit cito de te carnem sumendum. Hoc exprimit angelus cum dicit. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filium ⁊c. ¶ Sed diceres quare dicit concipies in vtero. videt̄ em̄ superfluū ponere in vtero quia conceptus nō fit nisi in vtero. Ad hoc dicendum q̄uis vterus sit locus conceptionis tamen ista ē differencia inter concipere in vtero. ⁊ ꝯcipere in vterum. quia omnes mulieres ꝯcipiunt in vterum recipientes a viro semen in vterum. Sola autez Maria concepit ī vtero nō homine sed spiritusancto in ea ꝯceptum operante. Vnde angelus docēs modū ait. Spiritussanctus superueniet in te. Quod scdz sanctum Thom̄. in. iij. di sti. iij. multipliciter exponitur ¶ Primo superueniet in te id est super possibilitatem ⁊ cursum nature dando fecunditatem ⁊ seruando virginitatem. Scdo superueniet in te id est super id quod habes de plenitudine eiꝰ. quia sicut olim impleuit mentem nunc implebit ventrem. Tercio superueniet in te. id ē sup de celis veniet. quia omne datum

optimuz desursum est. Quarto superueniet inte. id est supra merita tua ⁊ super merita omnium creaturarum. Quinto superueniet ī te. id est super omnes qui ante te fuerunt. Et quia in ipo conceptu beata Maria non habuit delectationem cum libidine vt habent communiter mulieres. Ideo angelus subiungit. Et virtus altissimi obumbrabit tibi id est refrigeriū prestabit in eo conceptu vt calorez libidinis non sencias. sicut vmbra refrigerium prestat contra calorez Vel sic virtus altissimi scz dei filius qui est patris sapiencia ⁊ vtus vt dicit. j. Cor. j. obumbrabit tibi id est sub vmbra carnis latebit qz sub vmbra carnis latuit virtus deitatis. Scdo dñs tecum ad prolem de te exaltandum. quod declarat exprimens qualis erat nasciturus ex ea. Vocabis inquit nomen eius Jhesus. Scdm Nico. de lyra non dicit impones. qz hoc nomen non fuit impositum a Maria. vel ab angelo sed a deo patre scdm q fuit predictum ab ysa. propheta. lxij c. Vocabitur tibi nomen nouum quod os dñi nominauit. Sz istd nomen fuit diuulgatum per angelum ipi Marie ⁊ Joseph ⁊ per eos alijs. Quantū autem incarnatuz ex virgine dñs exaltauerit ostendit aplus Phil. ij. dicens. Deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen quod est super omne nomen. Et hoc angelus Gabriel exposuit subdens postq̄ dixit virgini. Vocabis nomen eius Jhesus. Hic erit magnus. Semper enim fuit magnus deus sed futurus erat magnus homo ⁊ magnus propheta. sicut Lu. vij. dicitur. Propheta magnus surrexit in nobis ⁊c. ¶ Et sic erit magnus tribus modis. quos angelus hic exprimit. Primo altissima nobilitate. Secundo excellentissima dignitate. Tercio diffusiua famositate. Primo erit magnus altissima nobilitate Vñ āgelus postq̄ magnus dixit subdidit filius altissimi vocabitur id est ipius dei. qui solus est altissimus. Ecce nobilitas altissima expressa. Quamuis autem dicatur Ecciastici. iiij Eris filius altissimi obediens scz mandatis dei. aliter tamen q̄ iste Nam sancti viri ⁊ obedientes diuinis mandatis sunt filij dei p adoptionem scdm illud apli ad gal. iiij. Misit deus filium suum natū ex muliere ⁊c. vt adoptionem filiorum dei reciperemus. Hic autem ē filius altissimi per eternam generationem. Ista enim filiatio scdm Nico. de lyra accipitur hic per naturam. In omnibus autem alijs quantūcūq̄ sanctis est tantū filiatio dei per adoptionem. Secundo erit magnus excellentissima dignitate. Ait per os Dauid. Ego constitutus sum rex ab eo. Et Apoc. xx. dicitur q habet scriptum in femore suo id est humanitate rex regum ⁊ dñs dominancium. Vnd et angelus subdit. Dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius id ē dignitatez regiam. ¶ Sed hic dubitatur de quo regno loquatur an spirituali an temporali. De temporali non videtur intelligendum cum ipe dixerit Johannis. xviij. Regnum meum non est de hoc

Q

R

mundo sed nec de spirituali quo scz regnat per graciam in ecclesia quia inquantum homo non confert graciaz inquantum deus semper habuit tale regnum spirituale ⁊ sic ei non fuit datum q̄ habebat Dicendum q̄ xp̄us regnuz temporale ⁊ spirituale recepit in sua incarnatione. nam etiam inquantū homo datum fuit ei dominiuz totius mundi sc̄m q̄ ipe dicit (Matthei. vl. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra sed non eo ē vsus pauperrime degens vt nos suo exemplo induceret ad contemptum mūdi. Et isto modo regnū eius non fuit de hoc mundo. Regnum vero spirituale inquantum homo habuit. inquantum caput ē ecclie merito passiois nobis graz parans ⁊ exemplo ecclesiaz regēs ⁊ verbo. Propter quod ait Pilato Tu dicis quia rex sum ego ⁊ i hoc natus sum vt testimonium perhibeam veritati. Nicolaus de lyra dicit q̄ angelus hic loquitur de regno spirituali ⁊ celesti quod figuratum fuit per regnum Dauid tēporale. Sicut ⁊ celestis Jherusalē per temporalem. Tercio magnus erit diffusiua famositate. Unde prius dicebat ap̄s. In israhel magnum nomen eius scz veri dei. sed post verbi incarnationem impletum est illud (Malach. j. A solis ortu vsq̄ ad occasum magnum nomen meum in gentibus id est magna fama vbiq̄ diffusa. De magnitudine veri dei incarnati. (Magnus ergo dominus ⁊ laudabilis nimis ⁊ magnitudinis eius scilicet fame non est finis. Et de hoc intelligitur quod ait angelus. Et regnabit in domo Jacob ī eternū scz super electos. de domo etiam Abraham ⁊ ysaac aliqui fuerunt reprobati sicut ysmahel ⁊ Esau. De domo autem iacob omnes ei⁹ filij a sanctis doctoribus inter electos sunt computati quia ⁊ si aliqui peccauerunt egerūt postea penitenciam vt dicit Nico. de lyra. Et regni eius non erit finis quia xp̄us non soluz inquantum deus sed etiam inquantuz homo regnabit in eternum super omnes electos etiam super angelos. xp̄us em̄ nō solum hominum sed ⁊ rex est ⁊ dominus angelorum. Unde (Math. iiij. dicitur. Accesserunt angeli et ministrabant ei vt scz domīo suo Et ad Heb. j. Cum introducit primogenitum scz xp̄m in orbem terraruz dicit. Adorent eum omnes angeli eius. Regni igitur xp̄i quo regnat in ecclesia triumphāte sup omnes sanctos ⁊ angelos nō erit finis Regni vero quo regnat in ecclesia militante erit finis quando scz finietur mundus tunc non erit amplius ecclesia militans. Tercio dns tecum ad te virginem matrez magnificandum. Et hoc ipa expressit in cantico suo dicens. Fecit mihi magna qui potens est. ¶ Triplici autem modo dicitur magnū Primo magnum dicitur id est p̄cioſum. (Magnum quasi virtuosum ⁊ magnum id est famosum. (Magnum p̄cioſum quia incommunicatum mira includens sicut nomen Adonay non indicatū patrib⁹. vel nomē tetragramathon immensa sacramenta ⁊ diuinas p

fectiones includens hoc modo di-
citur magnum nomen Marie. id
est preciosum nomen quod patet
ex ipius interpretatione videlicet
quinq; lr̃ar̃ que signant. M. quod
est mater vniuersorum. A. archa
thesaurorum. R. regina celorum.
I. iaculum inimicorum. vltimuz
a. aduocata peccatorum. Prosecu
tionem horum pertranseo. Quod
etiam nomen Marie sit virtuosũ
contra pericula ⁊ mala. ⁊ famosũ
per omnia patet ex supradictis. ⁊
potes hic adaptare exẽpla. Quar-
to ⁊ vltimo angelus commendat
Mariam a laudis magnitudine
cum dicit. Benedicta tu in mulie-
ribus. vbi dicit Nico. de lyra id ẽ
pre omnibus mulieribus vel super
omnes mulieres. Bonauẽtura. id
est plus q̃ omnes mulieres. Ideo
super omnes mulieres benedicta.
virgines viduas ⁊ coniugatas.
T ¶ Primo super omnes virgines ĩ
tribus. Primo quantum ad votũ
virginitatis quia ipa prima virgi
nitatem vouit ⁊ seruauit. Scdo ĩ
puritate quam post xp̃m maiorez
habuit inter omnes homines. q̃a
ipa castitatem transfudit in alios
homines in eam intuentes. Scri
bitur enim de ea ꝙ quamuis fuit
pulcherrima mulierum. tamen a
nullo potuit concupisci. Et illius
assignantur tres rationes. Prima
quia se totaliter habuit in omni-
bus verbis ⁊ factis ꝙ nulli dabat
occasionem peccandi sed moueba
tur cor cuiuslibet ipam intuentis
ad deuotionem ꝓpter eius lauda-
bilem vitam ⁊ bonum exemplum
et mores ⁊ conuersationes bonas
ita adhuc omnes virgines se rege
re deberent exemplo Marie non
statim assurgere ad amplexus vi
rorum eis arridere ⁊ confabulari.
Scda propter luminis claritatez
que de eius facie exibat ita ꝙ om-
nes in admirationem ducebat et
ad laudandum deum ex tam no-
bili ⁊ pulchra creatura. Tercia ra
tio quia deꝰ occultabat in ea om-
nia que poterant esse incitamen-
ta ad libidinem ⁊ dedit graciam
illi vt omnes eam intuentes non
inordinate mouerentur sed ad bo-
num quia eius puritas aliorũ cor-
da medullitus penetrabat ⁊ in eis
omnes motus illicitos extingue-
bat. Istam puritatem non habu-
it beata Agnes. nec Katherina.
Barbara vl Margaretha ⁊c. quia
quamuis non concupierunt alios
tamen ab alijs sunt concupite vt
patet in eorum legendis. Tercio
est benedicta super omnes virgĩes
in fecunditate quia virgo ⁊ mater
extitit. que nec primam similem
visa est nec habere sequentez. Se
cundo est benedicta super omnes
viduas in tribus que in viduis re
periuntur. Primum est libertas cõ
templationis. Vnde de Anna vi
dua dicitur Lu. ij. ꝙ templum fre
quentabat deo seruiens in oratio
nibus die ⁊ nocte. Scdm bonum
est carnis maceratio. Nam dicit
apl'us. j. ad Thy. iiij. Vidua in de
liciis viuens mortua est. Vnde iu
dith vidua sancta ieiunijs insiste
bat continuis. Tercium est exerci
cium in operibus pietatis ⁊ mise-
ricordie vt ostendit apl's in dicto
capl'o. Et vidua illa sareptana

Heliam de cibo necessario pauit. Hec omnia sine comparatione fuerunt in beata Maria. Nam ieiunia non solum in lege mandata seruabat sed ⁊ scd̄m Ambro. alia addebat. tota erat dedita oratiōi. ⁊ contemplationi xp̄m pauperem de sua paupertate nutriuit. Tercio est bn̄dicta super omnes cōiugatas ⁊ hoc quantum ad triplex bonum matrimonij scz fides ꝓles ⁊ sacramentum. Primo quantuz ad fidem vt scz alter alteri seruet fidelitatem non commiscendo se alteri. Beata Maria non solum cum altero se non commiscuit. ꝫ nec cum sponso suo Joseph. quia ambo votum castitatis professi sūt vt dicit August. xxvij. q. ij. c. sufficiat. § . beata Maria. Secundo quantum ad bonum prolis quod sequitur ex coniugio. propter qd̄ principaliter matrimoniū est institutum. Naz proles aliarum cōiugatarū est pura creatura ⁊ peccator sed proles virginis est deus ⁊ homo sanctissimus. Tercio quātum ad bonum sacramenti videlicet quantum ad vnionē ⁊ indiuisibilitatem. Nam vt aplus dicit. Hoc autem dico magnum sacramentuz in xp̄o ⁊ ecclesia. quod sacramentum impletum est in vtero virginali in quo facta est vnio deitatis cum nostra humanitate que postea nunq̄z fuerunt sepata ab inuicem ⁊ sic permaxime bonum istud coniugatorum reperit̄ in virgine Maria. Ideo benedicta super omnes mulieres coniugatas. In fine angelice salutationis apposuit ecclesia. Et benedictus fructus ventris tui. que fuerūt verba Elizabeth quando maria eam visitauit. Ideo autem angelus non dixit illud scz benedictus fructus ventris tui quia nondum fructus ventris fuerat quando eā salutauit. Ecclesia autem vt iam exhibitum ⁊ maxime beate virginis commendatiuum hoc apposuit. Ponitur autem coniunctio copulatiua ⁊ vt notet inter benedictionem filij ⁊ matris aliquam distinctionem. Ip̄a enim benedicta est propter benedictionem fructus vnd̄ sua benedictio descendit a benedictione filij. Et hoc est quod Bern̄. ait. Non ideo benedict⁹ fructus ventris tui quia tu benedicta Sed ideo tu benedicta quia benedictus fructus ventris tui. qui est Jhesus xp̄us filius dei. qm̄ ille in omnibus benedictionibus te excellit. nec in hoc laus matris diminuitur sed exaltatur in eo ꝙ non tātum filium sibi genuit equalem ī infinitum meliorem. quod etiam ex hac parte quedam infinitam īsinuat matris bonitatem. ¶ Nota tamen ꝙ fructus ventris marie est benedictus ꝓpter triplicē benedictionez gracie que fuit in xp̄o Prima est gr̄a vnionis. De qua Joh. j. Verbum caro factum est ⁊ habitabit in nobis ⁊ vidim⁹ glo. ⁊c. que vnio statim facta est ī vtero virginis quādo dixit. Ecce ancilla domini fiat mihi ⁊c. vbi illa miracula facta sunt que nunq̄z visa siue audita prius aut posterius fuerunt nec erunt. Primo instātanee spiritussanctus ꝯgregauit guttulas purissimi sanguinis marie

et ex eis formauit perfectum corp⁹ puerile ⁊ omnia membra corporis perfecte organizauit videlicet manus caput pedes ⁊c. licz valde parua vt vix visu discerni potuissent vt dicit magister in tercio di iij. Scdo in eodem instanti anima creabatur rationalis ⁊ corpori infundebatur ⁊ omnibus gracijs et virtutibus ac donis perfectissime dotabatur sicut ⁊ nunc in celis ē dotata. Tercio in eodem instanti scda persona in diuinis scz dei filius corpori ⁊ anime vniebatur. et hoc per graciam vnionis. Secunda benedictio gracie que fuit ī xp̄o dicitur gracia capitis per quam ī corpus ecclesie influit sensum fidei rationem ⁊ motum operationis bone. De qua dicit Joh. j. De plenitudine eius omnes accepimus graciam. Pro gracia de qua etiaz dicitur in p̄s. Inpinguasti in oleo caput meū Tercia gr̄a ē plenitudinis singularis. ceteri enim sancti habent graciam ad mensuram. xp̄us autem sine mensura. Vnde dixit Johannes baptista de xp̄o. Joh. iij. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Et p̄s. Vnxit te deus deus tuus oleo leticie p̄ cōsortibus tuis ⁊c. Patet ergo qr benedictus fructus ventris Marie. Cui gr̄as agamus dicentes. Gloria tibi domine.

De annunctiatione beate Marie virginis sermo. xxxviij. de euangelio.

23 Ngressus angelus ad eā dixit. Aue gr̄a plena dn̄s tecū ⁊c. Lu. j. Ex quo scdz iura matrimonium non contrahitur nisi cōsensu vtriusqz contrahenciū interueniente. vt in. c. cum locum. ⁊ in. c. cum apud. ⁊ in. c. si inter. de sponsal. ⁊ xxvij. q. ij. suffitiat. ido nec lex nec ius habet vt sponsam quis accipiat quantumcumqz magne auctoritatis existat nisi prius sup hoc virginis quam in sponsam desiderat consensum acquirat. Et hic mos est apud omnes. Volens itaqz deus pater habere sponsam in hoc mundo ex qua filium haberet in carne humana. nequaqz hoc sine consensu virginis. quam ab eterno preelegerat perficere voluit sed legationez ad eam misit vt ei⁹ consensum exquireret quo habito ip̄a mater filij sui vnigeniti fieret Angel⁹ igitur Gabriel missus ad hanc legationem exequendam ingressus ad sponsam virginem mariam eā salutando dixit. Aue gracia plena dn̄s tecum benedicta tu in mulierib⁹ vbi thema. ¶ In verbis premissis duo tanguntur. Primo apparitio angelice claritatis. ibi. Ingressus angelus. Scdo salutatio virginee dignitatis ibi. Aue gr̄a plena. Circa primuz quatuor sunt videnda. primo quis sit ingressus. scdo quando sit ingressus. tercio ī quo loco. quarto quō ⁊ qualiter sit ingressus. ¶ Circa primum quis angelus sit ingressus. soluit euangelium. quia angelus Gabriel. Sed quare per angelum facta est ista annunciatio ⁊ non per hominem. Respondet symon de cassia. Primo quia quilibet homo fuit peccator sed opus incarna

tionis debebat hominem solutere a peccatis ideo magis congruum fuit mittere angelum q̄ hominem. Scdo quia missio ista fuit propter reuocationem ad regnum celorum Idcirco celestis ciuis mitti debebat. Tercio quia per incarnationē dñi etiam angelica ruina reparanda erat vt deceteto pax esset inter angelos ⁊ homines. In hunus ergo figuram tempore natiuitatis gaudentes angeli cantabāt. Gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hominibus ꝛc. ¶Sed diceres quare Gabriel ⁊ nō alius. Respondet Bern. supermissus est q̄ ppter duas rationes. Prima ratio quia annunciabat fortem id est ꝑm ⁊ opus quod annūciabat requirebat virtutem fortis quia potenciā diuinam. Sed Gabriel scdz Bern. fortitudo interpretatur. Nā p opꝰ incarnationis virtus altissimi manifestatur ergo merito per fortitudinem annunciatur. Nam p hoc opus fortissima vicit. Primo diabolum Joh. xij. Nūc princeps mūdi ejicietur foras. Scdo mundum Joh. xvj. Confidite ego vici mūdum. Tercio omnem intellectum creatum angelorum ⁊ hominum. Aug. sermone de annunciatiōe dicit. Est stupendum miraculum excellens omnem intellectum qui in cherubin est terribilis ⁊ omnibus angelis est incomprehensibilis cōceptus est in aluo virginis. Unde virginem cōcipere ⁊ parere superat oēm legē nature. merito ergo Gabriel id est dei fortitudo mittitur. Scda ratio quia mittebatur ad fortem. De qua ꝓuerb. vl. Mulierem fortem quis inueniet. ⁊ postea sequitur. ⁊ de vltimis finib⁹ precium est quod ꝓprie nō nisi de beata virgine verificatur que deū et hominē in infinitum distantes in se complexa est. ps. A summo celo egressio eius. ¶Circa scdz quo ad tēpus quando sit ingressus aut missus quinq̄ sunt consideranda videlicet quo anno. quo mense. qua ebdomada. qua die. qua hora angelus sit ingressus ad Mariaz Quo ad primuz hoc est quo anno dicunt doctores q̄ fluxis a principio mundi annis quinq̄ milibus. cxciv. Isto igitur vltimo anno facta est hec legatio. Sed quo ad secundum scilicet quo ad mensez dicunt q̄ in mense marcio ⁊ allegāt illius plures rationes. Prima ratio quia mensis iste dictus est mēsis nouorum. Exod. xxiij. Et propter hoc in ipso mense debuit illud nouum fieri super terram. De quo Jhere. xxxj. Nouum faciet dominus super terram femina circumdabit virum scilicet gremio uteri sui. Scda rō q̄ in mense isto incipit terra renouari in terre nascētibus. ipe em̄ debebat oīa renouare Apoc. xxj. Ecce noua facio oīa. Tercia rō q̄ in mēse isto incipiūt arbores florere ⁊ apparere flores. ⁊ propter hoc flos nō debuit quemēcius capi nisi tpe floris. Cañ. ij. Ego flos cāpi ⁊ lilium conualliū. Quarta rō est scdz Bedā q̄ in hoc mēse ē eq̄noctiū vernale ⁊ tūc dies incipiūt fieri lōgiores noctib⁹. In cceptiōe aūt ꝑi nox recessit dies aūt appropinquauit. ⁊ sic iste mēsis q̄n angelus ingressus est fuit septꝰ post

fuit conceptus in fine septembris Saluator vero in marcio. Sed quo ad tercium scz ebdomadam colligitur ex dictis beati August. in. iiij. de trini. q vltima ebdomada prenominati mensis. Cuius ratio est scdm eundem ad desiguandum q in vltimo tempore xps incarnari voluit scz in tempore gracie. De quo Abacuk. ij. Apparebit in fine si moram fecerit expecta eũ quia veniẽs veniet. Quo ad quartum dicunt q feria sexta. que est xxv. marcij. quia illo die creatus est primus homo. Et sic merito hac die concipi ⁊ nasci debuit qua die regenerandus erat homo p eiꝰ passionem. Ea etiam die reuolutis. xxxiij. tribus annis etatis sue crucifixus ⁊ mortuꝰ est pro nobis scdm August. Et ideo pre ceteris in maxima deuotione habeuda ẽ ⁊ vbiq; propter reuerenciam eius abstinetur a carnium esu. de cose. disti. iij. de esu. Antiquitus etiam ieiunabatur ita vt xpm crucifigere putaretur qui sanꝰ nõ ieiunasset. de consecra. disti. iij. ieiunia. Sed quo ad quintum hoc est quo ad horam diei dicunt communiter doctores ⁊ maxime Franciscꝰ maronis q hora completorij fuit ista annunciatio incepta. Sz hora matutinali fuit incarnatio celebrata. Sic scribitur Sapiencie xviij. Dum medium silencium tenerent omnia ⁊ nox in suo ⁊c. Et hoc representat ecclesia in campana quam mane ⁊ vespere pulsare ordinauit ad huius rei memoriam. Et dicũt aliqui doctores q locutio angeli cum virgine durauit ab hora completorij vsq; ad medium noctis. Et sufficit b. luce verborum scribere substanciaz Sicut in multis exemplis scripture habemus q illa que longissimo tempore sunt pacta breui pagina sunt descripta. Circa tercium in quo loco sit ingressus. Soluit euãgelium quia in ciuitate Gallilee. cui nomen nazareth. Ideo autem ista annunciatio ⁊ conceptio xpi fieri debuit in prouincia Gallilee ⁊ nõ in Judea. quia ĩ Gallilea cohabitabant gentiles cum iudeis ĩ signum q vtrumq; populum vellet redimere. Ephe. ij. Ipse est qui facit vtraq; vnum. Et facta sunt in ciuitate Nazareth quod interp̃tatur flos ad significandum q verus flos id est Cristus conciperet̃ in flore id est Nazareth. ⁊ de flore. id est de beata virgiue. ⁊ cum floribꝰ id est tẽpore florum. Quantuz autem ad locum habitationis dicenduz q fuit ingressus ad domuz vbi habitabat beata Maria. Dicit em̃ euangelium. Ingressus angelus ad eam scilicet in ostium domus sue. ¶ Circa quartum quomodo et qualiter ⁊ in qua forma ingressus sit ad eã dicit sanctꝰ Thomas. iij parte. q. xxx. q in specie corporali apparuit virgini Marie. Et hoc conueniens fuit primo quantum ad id quod nunciabat̃ Venerat enim angelus nunciare incarnationem inuisibilis dei. vnde etiam conueniens fuit vt ad huius rei declarationem inuisibilis creatura scilicet angelus in sua substancia inuisibilis occulis nostris corporeis formã assummeret

Item decimo manus eius potentissime ex quarum contactu infirmi plurimi sanati sūt. leprosi mūdati clauis durissimis cruci affixe sunt.

Item vndecimo pedes eius. Quorum pedum terra scabellum est.

quiq; discurrentes per ciuitates villas ⁊ castra tantum laborauerunt pro hominis salute in cruce extensi sunt. Secundum illud. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos ⁊c. ps Item duodecimo totum corpus illud dulcissimum quod in cibum illum salutiferum nobis reliquit. flagellis multis ⁊ diris cesum dilaceratum ⁊ sanguine cruentatum. ossa illa confracta sunt. remanserunt sola lingua ⁊ cor integra. Sine illa sine sua lesione manerent lingua eius aceto ⁊ felle ī siti mortis amaricata est vt impleretur illud ps. Dederunt in escam meam fel ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Demum eo mortuo non saciatis de cruciatibus viuētis ⁊ morte eius spiritu tradito latus eius lācea apertum est vnde exierūt sanguis ⁊ aqua medicine nostre animarum. Sed et in rebus sibi adherentibus scilicet vestibus iniuriati sunt. Nam ait ps. Diuiserunt sibi vestimenta mea ⁊ super vestem meam illam sine inconsutilem quā fecerat sibi mater sua miserunt sortem. Conuersantes quoq; cum eo discipulos eum derelinquere compulerunt capere cupientes adolescētem qui eum sequebatur syndone superindutum nudo nisi fugisset. Stabat ergo iuxta crucem mater eius. ⁊ hec videns ⁊ scripta ⁊ pronunciata recolens dicere poterat illud Treñ. ij. Oculus meus afflictꝰ est nec tacui eo q̄ non esset requies donec aspiceret ⁊ videret dominus de celis id est non tacui a fletu eo q̄ non esset requies alicui mēbro filij mei donec aspiceret dominus scilicet resuscitando ipsum a mortuis attendite ⁊ videte si est dolor ⁊c.

¶ Septimum contemplandum dicit doloris acerbitas siue immensitas Ad cuius euidenciam queritur. vtrū dolor cristi fuerit maximus acerbissimus ⁊ grauissimus. Respondet sanctus Tho. ⁊ Bonauentura in tercio. dist. xxj. q̄ sic. Prout cuius intellectu dicunt q̄ in cristo paciente triplex fuit in genere afflictio seu passio. vna que dicitur dolor sensibilis qui causatur a corporali nocuo. Secunda dicitur tristicia que causatur ex iapprehensione alicuius nocui qua anima multum afflligitur vel sensualitas Tercia afflictio fuit compassio q̄ matri amicis ⁊ peccatoribus compatiebatur. prima pertinet ad sensus exteciores. secunda ad interiores. tercia ad superiores. Queliber igitur illarum trium afflictionum fuit maxima ⁊ acerbissima ⁊c. et maior q̄ cuiuscunq; hominis ī hac vita. Et hoc septuplici ratione. Primo ratione personalis conditionis. videlicet q̄ tam excellens et nobilis tam viliter. tam pius tam crudeliter. tam innocens tam diriter. tantus amator tam hostiliter tam voluntarie se offerens tam violenter cruciaretur. De quo dixi supra in prima contemplatione. Secundo ratione nobilissime complexionis. Quanto enim complexio melior ⁊ caro magis a corruptione remota tanto pugna est durior dissolutio grauior et angustia maior. De quo dixi latius vbi supra. Tercio rōe generalis diffusionis.

Quia passio fuit generalis in omnib⁹ membris vt dixi in precedenti consideratione. non enim habuit dolorem particularem in vnico solo membrorum sed dolor vehementissimus se transfudit p omnes eius artus et per totum corp⁹ vulneratus est em̄ in locis vbi vene ⁊ nerui totius corporis conueniunt scz manibus pedibus ⁊ corde q̄bus diruptis sanguis de toto corpe effusus est ⁊ dolor per totum corpus diffusus. Vnde dicere potuit illud Jhere. x. c. Tabernaculū meum vastatum est id est corpus meum. omnes em̄ funiculi eius dirupti sunt. funiculi vene ⁊ nerui sūt Quarto fuit dolor grauissimus ratione apertissime precognitionis. precognouit em̄ xp̄us quantus essz dolor future passiōis ⁊ mortis cui⁹ appropinquātis ymaginatio vsq̄ ad sudorem sanguineum eum artauit. non em̄ bibit passionis calicem occulis clausis vt non videret internam amaritudinem vt faciunt qui mortem non timent. qui angustias eius non vident ꝫ visum exhorruit cum pro salute nostra bibit. Quinto fuit dolor acerbissimus ratione separatiōis amarissime. Quanto enim aliqua duo magis sibi inuicem copulantur tāto ⁊ maiori dolore. ⁊ non nisi violencia maiori separantur. Videmus sensibiliter ꝙ quanto quis hz vxorem magis dilectā sibi promptius obedientem ⁊ melius seruientem ⁊ ad nutum omnia facientem tanto magis dolet de morte eius vel separatione sui. Cum igitur maiori ⁊ forciori vinculo naturalis amoris corpus ⁊ anima ī Cristo plus quā in ceteris hominibus fuerunt copulata Quia caro omnino subiecta fuit spiritui ⁊ per omnia ei obediens. sequitur ꝙ maior ⁊ vehemencior fuit dolor in separatione ita ꝙ in xp̄o vt dicunt doctores simul omnia membra fuerunt mortua quia anima sepaliatur ab omnibus membris non partem post partem relinquendo quē admodum in pluribus contingit ꝙ pedes primo moriuntur deinde alia membra. Nam vt dicit sanctus Thom̄. tercia parte. q. xlvij. ar. j. Vt Cristus ostenderet ꝙ passio illata per violenciam eius animam non eripiebat naturam corporalem in eius fortitudine cōseruauit vt etiam in extremis posit⁹ voce magna clamaret. Quod int̄ alia miracula mortis eius computatur. Vnde Mathei. xxvij. Videns autem centurio ꝙ sic expirasset ait. Vere homo iste filius dei erat. Mirabile etiam fuit in cristi morte ꝙ velocius mortuus fuit a lijs qui simili pena afficiebantur. vt habetur Joh. xix. Jdeo Mar. xv. dicitur ꝙ Pilatus mirabatur ꝙ iam obisset. Sicut enim ei⁹ voluntate natura corporalis cōseruata est in suo vigore vsq̄ ad extremum. sic etiam quando voluit subito cessit nocumento. Jdeo Joh. x. ait. Nemo tollet a me animam meam sed ego pono eam. Sexto fuit dolor passionis acerbissimus ratione ingratissime paruipensionis. cui tunc ingrati fuerunt iudei ⁊ sūt adhuc hodie xp̄iani. videbat em̄ paucitatem fruct⁹ seu vtilitatis

ipsius passionis ex parte peruersi-
tatis et ingratitudinis hominum
Nam cum preciosa fuerit apud de
um redemptio adeo q̄ preciuz san
guinis eius nedum omnes homi-
nes erat sufficiens ad redimendū
sed et mille mundos si fuissent. et
tamen pauci sunt qui se faciunt p-
ticipes fructus ipius passionis pro
pter desidiam ⁊ ingratitudinem
hominum. Sicut autem ex ma-
gno lucro q̄ quis videt se consequi
ex suo labore multum consolatur
ita econtra cum quis vīdet q̄ ex
maximo labore quem tollerat mo
dicum vel nullum fructum conse-
quitur multum contristatur ⁊ do-
let. Clamabat ihesus in cruce. Si
cio. et licet ad litteram propter in
tensum dolorem sitiret corporalit̄
magis tamen erat sitis spiritual
desiderij saluationis humani gene
ris. quare cuz videret ipe pene nul
lum fructum tunc sequi sed potius
ruinam ipōrum iudeorum propter
perfidiam suam casum contigisse
apostoloruz et i futurum multos
perituros xpianorum multum do
luit. Vnde clamat per Bernū. Ad te
clamo qui pro te morior te exhor
tor qui i cruce pacior. vide clauos
quibus confodior. vide latus quo
aperior. et cum sit tantus dolor in
tus et exterior plus tamen me cru
ciat quod te ingratum experior. et
Osee. vj. dominꝰ conquerens ait.
Misericordia vestra quasi nubes
matutina. et quasi ros mane per
transiens. misericordia vra id est
quam vobis feci in redimendo q̄si
nebula matutina que cito pertran
sijt. ita illud a memoria vra et q̄
si ros qui adueniēte sole subito de
siccat. ita adueniēte calore tēptati
onū et tribulationū subito perit a
nobis memoria passionis et gra
per eam recepta. Sz anima deuo ℓ
ta dicit illud Treñ. iij. Memoria
memor ero et tabescet in me ani
ma mea ex compassione. Nunc
inquiramus de virginis marie cō
passione. vtrū dolor compassiōis
beate virginis fuerit intensissimꝰ
Ad hoc dico q̄ dolor ꝑ passionis be
ate virginis fuit maximus sextu
plici ratione. Primo ratione subie
cti. nam gladius passionis siue pas
sio xpi pertransiuit animā marie
vt dictū est. ꝑ gladius pertransiens
animā magis penetrat q̄ penetrat
corpꝰ vel carnē ꝓpter nobilissimū
subiectū. Ergo maiorem habebat
virgo dolorem q̄ si gladius ille pe
netrasset corpus. ita q̄ fuit ita re
nosa vt ait Jhero. ad Eustochiū
q̄ tantus fuit dolor virginis q̄ li
cet non fuerit mortua tamen fuit
plus q̄ martir. Quod confirmat
Richar. in tercio disti. xxxiij. ar.
vij. q. iiij. Secundo ratione pre
sencialitatis. ex eo q̄ presens erat
ad videndum. Quando enim ali
qua mater audit filium suuz mo
tuum naturaliter dolet multum.
Sed quando audit horribili mor
te ipsum fuisse occisum magis do
let. Quando vero ante oculos suos
os videt filium suum morte turpis
sima occidi maxime dolet. Jgitur
virgo beata immenso dolore vul
nerabatur quando videbat filium
suum ante oculos suos horribili
morte necari. Tercio ratione im
potencie. Quia erat impotens ad

iuuandum. magna consolatio est matri quando filiū in morte oscularī amplexarīvl adiuuare potest Hec aūt in nullo poterat filiū adiuuare nec eum in cruce tangere. Audiebat ēm ipm sitire ⁊ non poterat sibi potum porrigere. Videbat ipm vulneribus plenum ⁊ non poterat vulnera alligare. Conspiciebat ipm sanguine plenuz ⁊ non poterat tergere. Videbat ipm in cruce flere ⁊ non poterat oscularī. neqꝫ amplexarī. Videbat sanguinem in terrā fluere. ⁊ non poterat colligere. Quarto ratione desolationis quia nullum habebat adiutorium ex quo eam omnes apli reliquerunt ⁊ sic in tanta tribulatione neqꝫ ipa nec filius habuit aliquē adiuuantem. Jdeo dicit ps. Sustinui qui simul contristaret ⁊ non fuit. neqꝫ cōsolantem. vnde sequit qui simul contristaret ⁊ non inueni. Quinto ratione vniuersalitatis q: dolor eius non fuit particularis sed vniuersalis quia totā aiaz repleuit ⁊ circumdedit. ita ꝙ nulla in corde eius remansit particula q̄ dolore non fuerit plēa. Vñ Jbero. in sermone de assumptione. Constat nanqꝫ ꝙ Maria intantuz doluit vt totā animā eius pertransiret. Sexto ratione durationis nā dolor beate virginis non fuit momentan eus sed moratiuus sicut dictum est de dolore xpi. ⁊ longe plus q: etiam post filij resurrectionem et ascensionem xpi passionez ī memoria retinebat ⁊ sine doloris gladio unde recordari non poterat vt tangit Jbero. vbi supra. Ad hoc sunt alie quatuor rationes quas dixi supra in prima consideratione compassionis beate virginis. Sed quare non fuit intantis doloribus mortua. Causa est hec quia fuit p priuilegium preseruata tamen tantus fuit eius dolor ꝙ excessit omnium dolores. Jdeo de ea potest dici illud Jbere. Treñ. ij. Cui ꝓparabo te cui assimilabo te filia jherusalē cui equabor te ⁊ consolabor te filia syon magna est velud mare contritio tua quis medebitur tui.

¶ Septimum contemplanduz dē obprobrij diuersitas. nunqꝫ enim aliquis homo latro vel predo sicut pius ihesus fuit contumeliatus. illusus. conuiciatus irrisus ⁊ blasphematus. Quod conqueritur per ps. Factus sum obprobriū hominum et abiectio plebis. omnes videntes me locuti sunt labijs ⁊ mouerunt caput. ¶ Multiplicitas obprobriorum summitur ex sequentibus. Primum est quia rex regum ⁊ dominus dominanciū fuit vilissimo precio venditꝰ. Bern. O iuda mercator pessime quid est ꝙ argentuz pro plumbo ⁊ auruz pro luto ⁊ lapidem preciosuz pro fimo commutasti. si ad venditionem auaricia te mouebat quare summum bonū pro precio tam vili vendebas. plus enim vendidisses asinum tuum qꝫ vendideris summum bonum. tu miser dum pecuniam lucrari voluisti simul pecuniam ⁊ vitam perdidisti. Nam Math. xxvij. dicit ꝙ proiectis argenteis in templuz abiens laqueo se suspendit. Secūdum obprobriuz est quia a vilissimo populo vilissime est illusus. et hoc quadrupliciter. Primo in do-

mo Anne qñ velantes faciem ei⁹ xp̄m percucientes derisorie dicebāt ⁊ querebant. ꝓphetisa nobis; criste quis est qui te percussit. Lu. xxii. Scdo in domo Herodis qui eum fatuum ⁊ non sane mentis existimans ex eo ꝙ nullum ab eo respōsum habere potuit pro derisione eū alba veste induit. Tercio in domo Pilati vbi milites clamidem coccineaz ei induerūt arundinē in manu ⁊ spineam coronam sup caput eius posuerūt ⁊ genuflexu dicebant. Aue rex iudeoruz. Math. xxvii. Quarto in cruce. Mathei xxvii. Et hoc a triplici genere hominū. Primo a pretereuntibus. q̄ dixerunt ei illudēdo. Vah qui destruis templum ⁊c. Scdo a principibus sacerdotum scribis ⁊ senioribus qui ei illudēdo dixerūt. Alios saluos fecit ⁊c. Si rex israhel ē ⁊c. Tercio a latrone sinistro qui dixit Si tu es xp̄us salua temetip̄m et nos. Terciū obprobrium est ꝙ a vilissimo populo vilissimo modo tractatus est. Et hoc complectit ī se plura. nam inhoneste captus. ī honeste ligatus. viliter ductus. immunde ꝯsputus. iudici inhoneste presentatus. obprobriose ad crucifigendum ductus. Quartū obprobrium est quia a vilissimo populo vilissīa ē passus. Prīo qr ī vilissimo loco crucifixus. ex quo ostenditur augmentatio doloris ei⁹. nam vt narrat euangelista duxerūt eum in golgata quod est caluarie loc⁹ ⁊ ibi crucifixerunt eum. qui locus ido dicebat̄ caluarie quia ibi erāt ossa mortuorum ⁊ caluarie ⁊ alia cadauera ⁊ ibi occidebant̄ vilissimi homines ⁊ magni malefactores. Ibi stabat iuxta crucem mat̄ eius ⁊ videns locū tam vilem ac filiū eius regem regū ⁊ dn̄m dominancium factum obprobrium hominū et abiectionez plebis valde doluit ⁊ dicere poterat illud Treñ. i. Idcirco ego plorans ⁊ occulus meus deducens lachrimas quia lōge factus est a me consolator. Secundo quia supplicio crucis traditus quod illo tempore erat vilissimū suppliciū latronū. licet nunc ꝓpter xp̄m in ea extensum cuz summa venetatione transeat ad frontes impatorum ⁊ omniū xp̄ianoꝝ Erat mors maxime infamie ⁊ acerbissime pene. vnde in lege dictū est. Maledictus omnis qui pēdet in ligno. maledictiōe scz infamie Qd intelligētes ip̄i maligni iudei dixerunt nō recte cogitantes ꝫ peruerse morte turpissima condemnem⁹ eū. Hoc gen⁹ mortis xp̄s ideo elegit pocius q̄ aliā mortē vt doceret ⁊ confortaret quemlibet ꝓpter nullum gen⁹ mortis quātumcūq̄ ignominiosum. quātūcunq̄ asperum deuiu seu mandatū ei⁹ qd cūq̄ deserendū. Tercio nō modica cā doloris fuit in xp̄o paciente hoc qr inter vilissimos scz latrones crucifixus est. Sicut em̄ pati iustū ⁊ īnocentē cū alijs sanctis ⁊ probis viris ⁊ iniuste ꝯdempnari ad mortē est aliqd refrigeriū. Ita ecōtra cōdemnari cū sceleratis ē augmētuz pene cū ex hoc vidētes iudicēt illū scelestū. vñ ⁊ ꝓ speciali īiuria ⁊ crudelitate erga eum ꝓdixit ysa. liij. Et cū sceleratis deputat⁹ ē scz ad mortē qd etiam xp̄s exhorrēs scdm

sensualitatem orabat per ps. dicēs Ne perdas cū impijs deus animā meā ⁊ cum viris sanguinum vitā meam. Inter omnia obprobria ⁊ vilificationes supradictas agnus innocens nunq̄ impacienter aperuit os suū ꝑ crucifixoribus deprecatur patrem. dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt Latron ⁊si ꝓpter scelera crucifixū ad penitenciam conuersum nō solum veniam sed paradisum pollicetur dicens. Hodie mecum eris ī paradiso. Stabat iuxta crucem mater Jhesū hec meditans et doloribus quasi defecta ait ad crucem. vt pie credi potest sicut canit eccle sia in hymno. Crux fidelis. Flecte ramos arbor alta tensa laxa viscera et rigor lentescat ille quem dedit natiuitas vt superni membra regis miti tendas stipite. Ad filiū autem. mihi non loqueris. pro tu deis intercedis. latronem consolaris. Ad quam ille. Ecce filius tuus. ey quo ad patrem vado loco mei iohannem dimitto. Sed ista commutatio adauget dolorem cū filius hominis mihi detur pro filio virginis ymmo et dei. attēdite ergo et videte nē.

O Octauū et vltimum contemplādum nē. dicit consolationis nullitas. In tantis em passionib⁹ et doloribus nullam habuit consolationem. Vnde dicit per ps. Qui me consolaret et non inuenī. Primo non consolabat cum sicut fieri solet morti adiudicatis a ducentib⁹ eos. non iudei ꝑ illudebant ei cuz principib⁹ sacerdotū et blasphemabāt. nō gentiles ꝑ coronā spineaz imponentes capiti. percuciebant cum et sub cruce cum maximo dolore eum vestibus ꝓprijs exuerūt et cruci affixerunt. Item tercio nō discipuli qui fugerant scdm illud ps. Longe fecisti notos meos a me Quis vnq̄ fuit ita derelict⁹ et pauper sicut Jhesus. Nā paupertimus fuit in rebus quia vestibus omnibus spoliatus. Item paupertim⁹ in honoribus quia sepius blasphematus et illusus. Itē paupertim⁹ nihilominus in amicis quia ab oī bus derelictus. Item quarto non Maria que eum iuuare et consolari non poterat vt dictum est supra Item quinto nec pater etern⁹ consolatus est eum ꝑ nobis tradidit illuz. ymmo qd plus est in toto dereliquit eum. Graue est homini ī tormentis a nullo consolari. Grauissimum aūt si ab omnibus desertē et maxime a patre. et ꝓpterea ipe clamauit ī cruce. math. xxvij Deus meus deus me⁹ vt quid me dereliquisti. Clamauerunt iusti et dñs exaudiuit eos ait ps. Patres noui et veteris testamēti in tribulationib⁹ et cruciatib⁹ suis clamauerunt et dñs exaudiuit eos. et si nō ꝑ liberādo ab illis penis tñ ꝑ consolando mentē eoꝝ vt ꝑstātes psisterēt respectu ꝓmij et diuini beneplaciti. Ego aūt aut xps clamabo p diē et nō exaudies dicēdo de⁹ me⁹ nē. Et deinde. Pī in manus tuas nē. Et inclinato capite nē. vt supra. Sz queritē hic quō dī deus p eū dereliquisse cū ipe p se sit deus et hō et diuinitas nunq̄ fuit separata ab humanitate vt dicit Damas. Qd semel accepit dei filius nunq̄ di

misit. Sol'o scdm mgrm di. xxj. tercij. Deus pater siue diuinitas dicitur eum deteliquisse in morte dupliciter. Primo quia potestati psequencium eum exposuit subtrahendo protectionez ac si diuinitas nō esset sibi vnita. Scdo ideo qr ps intellectiua xpi gaudij ⁊ consolationis quo fruebat in verbo nil influxit aut communicauit sensitiue ad consolationem ⁊ in hoc non exaudiebatur qd in nullo sanctoruz accidit. Et ideo dicitur ꝙ passio. vl' affectio xpi fuit maxima quia fuit pura sine admixtione consolationis. nam in alijs sanctis siue pacientibus mitigat tristicia interior ⁊ etiam dolor exterior. ex aliqua consideratione ratiōis p quādam deriuationē seu redundanciā a superioribus viribus ad inferiores quod in xpo paciente non fuit Vnicuiq; em virium permisit agere quod est sibi pprium. sicut dicit Damasc. ¶ Mitigatur itaq; dolor in alijs tripliciter. Primo propter contemplationem qua ratio superior abstrahit inferiores vires a suis actibus vt in Moyse ⁊ Paulo Scdo ppter complacenciam voluntatis amorose. ppter illud ratione cui⁹ patitur vt in Laurencio Tiburcio ⁊ similibus. Tercio propter vehementem dolorē vni⁹ potencie. alia potencia vel anima suum dolorē non percipit vt patet ī denciuz dolore qui mitigat vel obliuisci facit dolorē minorē pedū vl' membri alterius. Sz ppter nullū istoꝝ xpi pena fuit minuta. Item sexto p⁹ ei⁹ mortē ita fuit derelict⁹ qd nullus ex amicis ⁊ sibi notis discipulis pro eius sepultura rogauit quia nullus audebat sed quidam extraneus Joseph ab aramathia qui insignis iudeorum erat ⁊ notus pilato. Item vltimo post eius mortem ita derelictus et pauper fuit ꝙ nec pprium operimētuz nudus habuit ad sepeliendū nec pprium sepulchrum. habuit ꝫ in alieno sepelit. Nā vt dicit Theophilus. In vita domū nō habuit post mortem quoq; in alieno sepulchro reconditur quia pro aliena moriebatur salute ⁊ nudus existens a ioseph cooperitur ⁊c.

Sermo de passione dñi. xlij.

Wann quint⁹

O vos omnes qui transitis p viā attendite ⁊ videte si ē dolor similis dolori meo. Treñ. j.

¶ Quia omnia genera passionum in tribus differēcijs passionū includunt nec est aliquod genus passionis quin ad aliquod istoꝝ triū generum reducatur. Aut em patimur in rerum spoliatione. aut in corporis afflictione. aut in cordis perturbatione. Ideo dñs qui oīm hominum pctā qui fuerūt sunt et erunt quātū in eo fuit sup se suscepit. voluit etiā ī se suscipe oīa genera passionū vt patri p nobis satisfacerz Fuit em reb⁹ spoliat⁹ qr nud⁹ cruci affix⁹. Fuit ⁊ multiplicit ī corpore afflict⁹. ne dum in extensione crucis ꝫ etiā añ hoc in oībus mēbris. in flagellatione. coronatione alapisatiōe ⁊ multiplici pcussione ita vt de eo diceret ysa. A plāta pedis vsq; ad verticē nō ē in eo sani

tas ysa.j.. Quanta aũt fuerit ĩ ea cordis perturbatio bñ oñdit dicẽs Tristis est aĩa mea vsq; ad mortẽ. Ideo Iheremias volens nobis incuttere memoriã tã amare ymo amarissime passionis saluatoris nostri dicit in libro suaꝝ lamentationum verba thematis p̃missa. O vos omnes ꝛc. ꝓ gr̃a aue ma. ¶ O vos omnes qui transitis vbi supra. In hijs verbis ꝓpheta duo facit. Primo hortat̃ omnes qui in via dei ambulant ad attẽtã considerationem passionis xp̃i dicens O vos omnes qui transitis perviã attendite ꝛ videte. Scd̃o nobis ĩsinuat eiusdem passionis amaritudinem singularẽ cui nulla põt fieri comparatio dicens. Si est dolor similis dolori meo. Circa primum est notandũ ꝙ in verbis p̃assumptis ꝓpheta signanter mouet fideles attendere ꝛ videre passionem xp̃i dicens. Vos qui ꝑtrãsitis viã.i. qui in via dei ambulatis. Ex quo patet ꝙ nõ oẽs hortatur sꝫ solũ eos q̃ in via dei ambulãt ꝑ fidẽ. qui em̃ extra viã positi sunt.i. extra vnitatẽ fidei xp̃iane ceci sunt ꝛ ideo tales ab hac hortatione excludunt̃. Dicit aũt notanter attẽdite ꝛ videte.i. deuote considerate. videre em̃ ꝯsiderare ẽ. sed attẽdere ꝛ videre ẽ attẽte ꝛ deuote considerare. quasi di. nõ sufficit videre passionme xp̃i depictã aut descriptã sꝫ oꝑtet attente ꝛ deuote eã intueri intus in corde. ¶ Pro quo est notandũ scd̃o ꝙ tria debemus videre in passione xp̃i scꝫ paciẽtis dignitatẽ. passiõis acerbitatem. ꝛ nr̃am vilitatẽ. hec em̃ tria deuote rimata ꝛ ꝯsiderata diligẽter ꝯsiderãtis animũ ab oĩ penit⁹ prauo retrahũt amore ꝛ ad se mirabilit̃ rapiunt ꝛ vehementer afficiũt ꝛ tãte miserati õis aspectus cor medullitus concutit ꝛ aĩam in amoris flamma inardescit. Primo ergo videamus pacientis dignitatem cuius sublimitatẽ ꝛ reuerenciam nulla creaturaꝝ poterit cogitare. quia deus. Scimus aũt ꝙ quãto paciens est dignior tãto pena erit indignior. ꝙ aũt eius dignitatem nulla possit attingere cogitãdo creatura hoc insinuat Job.xj.c. sic dicens. Forsitan vestigia dei ꝯp̃hendes. quasi dicat nequaq̃. Et subiungit causam dicẽs. Excelsior celo ẽ ꝛ q̃d facies. ꝓfundior inferno. ꝛ vnde cognosces. lõgior terra mẽsura eius ꝛ lacior mari. ¶ In q̃bus verbis Job tãgit quatuor que verã ꝛ ꝑfectã dignitatẽ ꝯstituũt. scꝫ fortissimã potenciã. ꝓfundissimaꝫ sapienciã. lõgissimã eternitatem ꝛ immensam eius caritatẽ. In quocunq; aũt hec diuisiones confluũt merito dignissim⁹ reputat̃. in hoc em̃ ꝙ dicit excelsior celo tãgit eius potestatẽ. in hoc ꝙ subiũgit ꝓfundior inferno tangit sapiencie eius ꝓfunditatẽ. In hoc aũt ꝙ dicit lõgior terra tangit eius eternitatẽ. cũ v̄o quarto ꝯcludit lacior mari tãgit immensam eius caritatẽ. Pro hijs magnitudinibus ꝛ dimensionibus omnibus dicit ꝓpheta in p̃s. Laudate eum scd̃m multitudinem magnitudinis eius. Et vt paucis verbis hec comp̃hendamus dicamus exponendo verbum Job Altitudo diuine potencie celsiorẽ

celo. profundum diuine sapientie. profundi⁹ est inferno. Longitudo eternitatis eius longior est terra. Latitudo caritatis sue laciorē mari. Consideremus. ergo ⁊ attēte videamus in corde nostro nobis reducendo in memoriā quō tam dignissimus in se ꝓpter nos tam indignissima pertulit. quō tam profundissimus in sapiencia tam insipientissima pro nobis sustinuit. quō tam longissim⁹ in eternitate. tam crudelissima morte pro nobis vitam dedit. quō tam latissimus in caritate pro nobis tam magnum odium ⁊ contemptum a iudeis pertulit ⁊ hodie adhuc patitur a malis xp̄ianis qui suis peccatis faciunt ac si esset impotens insipiēs non eternus ⁊ quasi mal⁹. Discurrat ergo deuotus homo inter has extremitates videlicet excellētissime dignitatis ⁊ miserrime infirmitatis. profundissime sapiencie ⁊ maxime insipiencie. longissime eternitatis ⁊ breuis mortalitatis. latissime caritatis ⁊ extreme contemptibilitatis. ⁊ cogitet quare ⁊ pro quib⁹ hoc fecerit q̄ pro nobis adhuc inimicis ⁊ cogit̄ clamare i celum. O q̄ indebita miseratio. q̄ gratuita dilectio. q̄ inopinata dignatio. q̄ stupenda dulcedo. ⁊ q̄ inuicta mansuetudo. regis glorie qui pro spurcissimo vermiculo crucifigi voluit. ita lacerari in cruce extendi ⁊ affigi vt dinumerarent̄ omnia ossa eius vt bene diceret ꝑ prophetam. Ego sum vermis ⁊ ñ homo. Vermis sub cōculcante ex dolore contrahitur nec facit aliq̄d conculcanti. ita xp̄us omnia paci entissime sustinuit. ⁊ q̄q̄ esset potentissimus in nullo se vindicauit Attende ⁊ vide si non eius profundissima sapiencia in fatuitatem. et insipienciam sit mutata. dū ad omnia conuicia atq̄ blasphemias tanq̄ reus vel fatuus nihil respondit. ⁊ videbatur ille sapientissim⁹ ac si nihil sciret loqui. Vnde sicut refert Lucas. xxiij. dum Pilatus misit ihesum ad herodē ⁊ herodes multo tempore cupiuit videre eū quia multa de eo audierat ⁊ sperabat aliquod signum ab eo videre. et cum herodes eum interrogasset de multis sermonibus ihesus nihil respondit. ⁊ ideo spreuit illum Herodes cū exercitu suo ⁊ induit eū veste alba ⁊ remisit eum ad pilatum tanquam fatuum. Ecce quō profundissima sapiencia mutata est in fatuitatem ⁊ insipienciam. vbi volunt doctores sancti ꝙ nō erat aliquis de exercitu Herodis quin singularem contumeliā aut illusionem ei inferret. Attende etiam ⁊ vide si non longitudo eternitatis eius in mortem subitam est mutata cum totus mulctatus cito moreret̄ ita vt pilatus miraret̄ si iam obisset mar. xv. Et bene ammiracione dignū ꝙ eternitas moreretur qui mortuos suscitauit ⁊ viuificauit qui et vite ⁊ mortis tenet imperium. Attende quarto et vide si non latitudo caritatis ei⁹ mutata est in odium qui vt totū mundum ad sui amorem inflammarꝫ penas mortis sustinuit ⁊ factus ē toti mundo odiosus. Sicut ipe testatur Joh. vij. Mund⁹ me odit q̄ ego testimoniū perhibeo de illo

quia opera eius mala sunt. Ecce iam patet primū pacientis dignitas qui tam indigna vt audistis ꝑtulit. que quilibet fidelis deuote et attente cordis occulo inspicere debet. ¶ Scdo quilibet fidelis deuota mente attendere ⁊ inspicere debet in illo paciente dignissimo passionis acerbitatem. Fuit aūt eius passio valde acerba propter triaxi delicet. ꝓpter doloris vehemenciaz loci erubescenciam ⁊ operis indecenciam. Primo ꝓpter vehemenciam doloris. vehemens em̄ dolor causatur ex eo ꝙ sanus ⁊ in plena etate constitutus totus simul patitur ⁊ conteritur. ⁊ ita fuit in xp̄o ⁊c̄. Scdo ꝓpter loci erubescenciaz Propter quinqz em̄ erubescencia infert valde magnum dolorem. primo ꝓpter situs vel loci eleuationē sicut in loco caluarie qui locus eminebat. Scdo propter hominū concursionem quia cū esset pasca oportuit omnes homines qui pre senio aut infirmitate nō excusabantur venire in iherusalem. ⁊ hij omnes viderunt tantam miseriam ī xp̄o dn̄o. sicut dicit̄ Lu. xxiij. Percucientes pectora sua tristes abietunt. Ideo bene dicit ꝓpheta in p̄s in ꝑsona xp̄i. Operuit confusio faciem meaz. Tercio propter ihesu cognitionem. cognoscebat̄ em̄ ab omnibus tanquam iustus qui quasi infinita miracula fecisset ⁊ multa beneficia populo exhibuisset docendo. cibando ⁊ infirmos curando. et mortuos suscitando qui tunc ab omnibus id est a maiori parte. et est distributio pro generibus singuloꝝ. cū ita publice pateret̄ credebant̄ arte magica fuisse facta iudicantes eum seductorem vt in p̄s Tota die verecundia contra me ē Quarto ꝓpter gloriosam ꝓcessionē in die palmarum. Vnde Bernh. Cur dn̄s ꝓcessionem habere voluit qui non longe prius nouerat sibi passionem affuturam nisi vt confusibilior esset passio quam tanta gloria precessissz. O q̄z dissimile est benedictus qui venit. Et tolle crucifige eum. Quinto ꝓpter latronū associationem quibus similis reputabatur sicut dicit̄ Ysa. liij. Cum sceleratis reputat⁹ est. Tercio passio dn̄i fuit acerba valde ꝓpter operis indecenciam. Nam inter omnia genera mortis crucis suspendium fuit iguominiosum in tantū vt etiam essent a domino maledicti. Vnde Deutro. xxj. dicitur Maledictus a deo omnis qui pendet ī ligno. Et apl's dicit ad gal'. iij. xp̄us redemit nos de maledictione legis factus pro nobis maledictus. Hinc est ꝙ ꝓpter hanc ignominiosam mortem mandatum ē in lege ne suspensi per diem dimitterentur in ligno. Deut. vbi supra Tercio quilibet fidelis attente et deuote videre debet in illo paciente dignissimo passionis vtilitatē ¶ Est aūt triplex vtilitas passiōis xp̄i in qua omnis vtilitas presentis vite pariter et future est inclusa. Nam per eius passionem misericorditer sumus consecuti peccatorum remissionem graciarū collationem ⁊ future glorie exhibitionem. Que tria euidenter intelligimus in titulo crucis. nam per nomen ihesus ꝙ saluator interp̄tatur

peccatorum remissionem recepimꝰ Per nazarenus autem quod flos siue sanctitas interpretatur gracia rum collationem intelligimus. Per nomen autem regis siue p hoc nomē rex iudeoꝝ glorie adeptionē eo q in regno celoꝝ erimus omnes reges. De primo dicit petrus. j. Petri. iij. xps p peccatis nostris mortuus est. De scdo ad Heb. x. Sanctificati sumus per oblationez corporis xpi quod vtiq; per gras fieri oportebat. De tercio dicit ibidem Habentes fiduciam in introitum sanctorum in sanguine xpi. Est etiam multiplex alia passionis cristi vtilitas. quia per passionē xpi angelica ruina est reparata humana natura exaltata. potestas diabolica diminuta. meritorum scala erecta et celestis porta aperta. que ante hoc plusq; p quinq; milia annorum. videlicet per quinq; mlia ducentos et triginta duos annos in quibus nullus hominum intrauit regna celorum. Ex omnibus iam dictis possumus summatim colligere q quilibet fidelis attente et deuote oculis cordis sui inspicere et considerare debet hec tria videlicet quis est qui patitur. que patitur et quare patitur. Si ergo ꝺsideras tu xpiane quis patit inuenies quid admirandū quia filius dei. In quo tria miranda sunt et valde mirabilia. Primum quia sicut latro comprehenditur ad terram pstratus et laqueis ligatus manus videlicet retrorsum et hinc inde tractus et ductus. Scdo quia sicut malefactor flagellat nudꝰ ad statuā ligatꝰ. Qui ne dū vestes sed oia creauit et plasmauit. Tercio q sicut pcōr occidit q cū iniquis deputatus ē ysa. liij. Propter qd in passione xpi angeli obstupuerūt dicente pphēta ysa. xxxiij. Angeli pacis amare flebant scz in passiōe cristi ymmo legit tūc voy in aere audita angeloꝝ transeamus de hijs sedibꝰ nē. Corpora celestia obstupuerunt per luminis subtractionem q hora sexta stupentes teuebrie facte sunt. Vñ et sapientes mundi obstupuerūt. sicut Athenis Dyonisius dicens. Aut deus nature patit aut tota mdi machina destruitur. Si aūt scdo ꝺsideras que patit inuenies durissima que p te sustinuit. Ex quo bñ habes causaz flēdi. Vñ ysa. quasi flendo hec pdixit dñs ysa. j. De caput languidum et oē cor merens. Causam subiungit. q a plāta pedis vsq; ad verticē nō ē in eo sanitas. Hec autez duricia passionis xpi notat in quinq; sensibus corporis sui. In auditu clamores multiplices quibꝰ eū cōfundebāt et deridebāt dicētes. Crucifige crucifige eū. Itē alios saluos fecit et seipm saluū facere nō pōt. Itē si rex israhel ē descēdat de cruce. Suo mō audiuit derisiones cū velabāt faciē eius pcientes eū in collū in faciē aīa et retro. a dextris ac a sinistris quilibz sicut volebat et dicentes pphetisa nobis xpe qs est q te percussit. ymmo vult Bernꝰ q p pilos eū ad terrā trahebant et forte pedibus ꝺculcauerunt. Scdo in visu notat duricia passiōis cristi. q vidit se ab apl'is derelictum vidit se inter latrones crucifixum. vidit matrē eius dilectissimā flere.

ex quo multū fuit afflictꝰ. Vñ et de nullo singulariter fecit testamē tū nisi de mr̄e eiꝰ dicens iohi. Ecce mr̄ tua. iā enim mortuꝰ erat ioseph. Tercio in olfactu passus ē fetorē magnū videlicz fetorē sputoꝝ fetorē cadauerū ⁊ stercoꝝ. Quarto in gustu passus est. Per fel ⁊ acetū et vinū mirratū sicut tradunt euāgeliste. Quinto in tactu in capite puncturā spinaꝝ. In toto corpe disciplinā flagelloꝝ ⁊ virgaꝝ. in pepidibꝰ ⁊ manibꝰ fixurā clauorum ⁊ sic de alijs. Si aūt tercio ꝯsideras quare passus est inuenies amoris signū. qꝛ passus ē ꝑ nobis qđ fuit signū maximi amoris cum nos adhuc essemus inimici eiꝰ vt supra dixi. q̄s em̄ maior p̄t esse amor ꝙ mortē sustinere ñ solū ꝑ amicis ꝫ etiā ꝑ inimicis. qđ vtiq̄ nos maxime accēdere deberet ad reamādū eū. nā amor xp̄i excellit omnez amorē possibilē. Excedit em̄ amorē quē mr̄ hz ad filiū. amorē quem hz spōsus ad sponsam. amorē quē hz corpus ad animā. Qñ em̄ vnq̄ auditū est. ꝙ mr̄ se daret in mortē ꝑ filio sibi rebelli. aut q̄s vnq̄ spōsus suā sponsam dilexit vt xp̄s peccatores. Que etiā aīa ita voluntarie vnq̄ se separabit a corpore sicut anima cristi pro peccatoribus Ex hijs ergo omnibus patet prima pars quid attendere ⁊ videre debet quilibet cristianus.

¶ Circa scđm videlicet circa passionis sue excellenciam super omnes passiones. Est sciendum ꝙ passio xp̄i dñi fuit amarissima inter oēs passiones huius mundi. Sicut innuit ꝓpheta in vbis thematis dicens. Si est dolor similis dolori meo quasi diceret nullus. vtiq̄ dolor potest compari in amaritudīe ad dolorem meum. Illud aūt ostēdi potest ex cōpassione quasi oīm creaturaꝝ saltem in celo ⁊ in terra Tunc em̄ omnis creatura fecit ac si vellet mori. cum creator eorum moriebat̄ in cruce. Terra tremuit quasi finem vellet habere. quia terremotus factus est magnus. Monumenta apta sunt ⁊ multa corpora surrexerunt. Lapides scindebātur similiter ⁊ velum templi scissum est. Tenebre facte sunt super vniuersam terraz vt sic omnis creatura haberet aliquid vnde lugeret. Sol abscondit splendorem suum. Fecit enim sol sicut homo fidel' ⁊ sicut hō misericors ⁊ hō erubescēs. Primo fecit sicut hō fidelis q̄ amicum videt in periculo. ⁊ non potest eum iuuare. talis enim si nō p̄t plus abscōdit tñ si p̄t aliq̄d de quo amicꝰ suus posset ledi ne amicus suꝰ ampliꝰ ledat̄. sicut fecit sol abscōdendo lumē suū q. d. Cū non possuz te iuuare abscondā tñ vl' retrahā hoc qđ p̄t eis eē in iuuamentue passiōis scz lucē meā ꝑ quā possunt videre quō te crucifigāt. Fecit scđo sicut hō misericors q̄ cū videns amicū suū in ꝑiculo ⁊ nō pōt ip̄m iuuare retrahit se vel claudit adminꝰ oc'los ne videat afflictiōz amici. ī hūc modū fecit sol q. d. nō possuz hoc pati vt videā sic miserabilit̄ creatorē meū iugulari ⁊ cruciari ⁊c. Fecit tercio sol sicut hō erubescēs q̄ videt amicū suū erubescibilē stare ⁊ nudum ⁊ non p̄t emēdare suā nudationē ⁊ erubescētiaz

Talis ad minus auertit oculos suos ab amico quem preverecundia non potest videre. Et isto modo fecit sol cum ypus penderet nudus et erubescens in cruce, quasi diceret non possum hoc pati q videaz creatorem meum nudum et erubescibilem pendere in cruce, claudaz oculos meos retrahaz ad me splendorem meum. Omnis ergo creatura vt audistis compassa est ypo domino. Nam et si aliter non probaretur, hoc tamen sufficiēter ondit in eclipsi solis. Hoc autē totum factum est nobis in exemplū vt nos ypo p nobis pacienti cōpaciamur. Verecundetur ergo homo qui in hoc crudelior et durior ē re inanimata. Qualis enim est verecundia homini vt ea que nullaz habent cognitionem recognoscāt creatorem suum. Et ipe ratione p ditus in nullo attendit amaritudinem passionis creatoris sui. ¶ Dubitatur ergo circa dicta vtruz passio ypi domini fuit acerbissima et inter omnes passiones huius vite maxima. Pro responsione ad hāc questionez est notandum q in cristo domino paciente fuit verꝰ dolor sensibilis exterior, qui causatur ex corporali lesione per aliquod extrinsecum nocium. Fuit etiam i eo tristicia interior, que causat ex apprehensione alicuius disconuenientis nocui vel nolito. Dicit ergo sanctus Tho. in tercia parte summe. q. xlvj. ar. vj. q quelibet illaz passionum in ypo fuit maxima inter omnes passiones huius vite videlicet tam dolor sensibilis exterior, qui causatur ex corporali lesione per aliquod extrinsecum nocium, ꝯ etiam tristicia interior, et hoc primo declaratur de dolore sensibili exteriori, vnde q exterior dolor sensibilis in ypo fuerit maximus inter omnes dolores sensibiles huius vite patet ex multis causis. Primo ppter perceptiuitatem pacientis. Quanto enim complexio est nobilior et purior et subtilior tanto eius caro est delicatior tenerior ac perceptiuior, et sic etiam puum tormentum tali corpori illatum magnum causat dolorem i eo. Fuit autem ypus super omnes mortales excellenter bene complexionatus, cum corpus eius fuerit formatum non actione nature sed miraculose quia immediate a diuina virtute et operatione spiritus sancti cuius perfecta sunt opera. Deut. xxxij. Et sicut dicit Crisos. super Joh. Semper illa que facta sunt miraculose perfectiora sunt aliis que sunt naturaliē Fuit etiā ypi corpꝰ in vginali vtero non ex tali materia ex q ceteta corpa hūana formantē, ꝑ de purissima materia, et de purissimis immaculatis et mūdissimis guttulis sacratissimi sanguinis marie vginis vt dicit Damas. in suo tercio. Et similiter mgr̄ in tercio sententiaz dis. xij. Et ita ppter nobilitatē et subtilitatē complexiōis ypi, ppter puritatē et tenerit udinē corpis sui, ppt mūdiciā et puritatē materie ex q ypi caro opatiōe spūssctī fuit formata erat ipa caro ypi maxie pceptiuitatis et qōlibz tormētū in illa p cussa carne causabat lōge maiorē dolorē ꝯ i alio hūano corpe qualicūꝯ

Cum autem tormenta xp̄o illata fuerint non pauca aut parua sed multa ⁊ magna nimis constat ꝙ in eo intensissimuꝫ causabant cruciatum. Et hec fuit prima causa. Scd̄o dolor sensibilis passiōis cristi fuit maximus ꝓpter. generalitatem passionis eius. Que extēdebat se non solum ad aliqua sed ad omnia corporis membra. ⁊ ad omnes exteriores sensus. ꝙ extenderit se ad omnes partes corporis patet. naꝫ passus est in capite coronā pungencium spinarum. in manibus ⁊ pedibus fixuram clauorum magnorum valde ⁊ obtusorum. Quod significat scriptura dicens in p̄s. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. Ecce nō dicit perforauērūt ꝫ foderunt quod plus est. quia claui erant obtusi ⁊ non acuti ido quasi fodendo ⁊ cum magna violencia per manus sunt percussi. in facie alapas ⁊ sputa ac vellicationem siue laterationem genaruꝫ. ⁊ barbe extractionē. Ideo dn̄s dicit per ꝓphetam ysa. l. Corpus meū dedi percucientibus ⁊ genas meas vellentibus. Quod quidem doctores exponunt de laceratione maxillarum facta cum vnguibus impiorum iudeorum. Quidam vero hoc exponunt de extractione barbe xp̄i ⁊ pie credit̄ vtrunqꝫ factuꝫ fuisse. Ecce quō sacrilege manus ī pie gentis non sunt saturare colaphis alapis ⁊ conspuitione desiderabilis vultus dn̄i nr̄i ꝫ etiam ad genarum ip̄ius vellicationem exarserunt ⁊ inde sanguinem elicuerūt Vbi ꝯsideranda est mansuetudo mirabilis agni pacacissimi ⁊ merito immitanda. ip̄e em̄ genas suas pudicissimas impioꝝ iudeoꝝ vnguibus lacerandas cum omni mā suetudine p̄buit vt ⁊ nos pacient̄ sufferamus si aliquando faciē nostram confusio ꝓpter ip̄m operiat Sustinuit etiam flagella durissima in dorso. in lateribus ⁊ in sacro pectore suo dicente Jhero. super Math. Traditus est ihesus militibus verberandus ⁊ illud sacratissimum dorsum pectusqꝫ dei capax flagella sumpserunt. Tandem in toto corpore sustinuit expāsionez et crudelem ip̄ius distensionem in cruce vt omnia eius ossa dinumerare possent. scd̄m illud p̄s. Dinumerauerunt omnia ossa mea. passus est etiam in omnibus quinqꝫ sensibus corporis sui vt supra exposui. ¶ Adauxit etiam vulnerum suorum passionez materna compassio quam taꝫ doloroso ⁊ tristi corde complosis manibus occulis lachrimaꝝ torrente fluentib⁹ ⁊ voce querula sibi pendēti in cruce vidit astare Vn̄ in omel'. sup Stabat dr̄ ꝙ nō modicū passiōis sustinuit dn̄s ex assistēcia dilecte mr̄is sue. quā ꝯgnouit eē desolatā ⁊ ineffabili dolore plenā ac merore. Quod ꝓbat̄ ex hoc ꝙ xp̄us iā im ꝓximo moritur⁹ amarissime mortis sue q̄ si oblit⁹ desolate mr̄i sic ꝯpass⁹ ē vt iā ī vltimo spū ꝯstitut⁹ disponerꝫ quomodo hic manere deberet alteri eam commendando. Et subditur vbi supra. O dolores inexplicabiles. O ineffabilem reciprocationem sancti amoris. filius patitur valde. Et mater nimis paciebatur. Mater est compassa

filio vnigenito. ⁊ filius compassus est matri compacienti. tantus ẽ fuit impetus passionis dñi ihu xpi vt dolor xpm pacientẽ quasi torrẽs impleret ⁊ inebriaret. ⁊ eo impleto in mẽtem effluaret. quasimiliter ipleta ipm filiũ pacientem quodã modo redundaret. De illa generalitate passionis loquitur Bernhardus in quodam sermone dicẽs. Caput angelicis tremendũ spiritibus densitate spinarum pungitur. Facies pulchra pre filijs hoim sputis hominum deturpatur. Oculi lucidiores sole caligant in morte Aures que audiunt angelicos cantus audiunt peccatorum insultus. Os quod docet angelos felle ⁊ aceto potatur. Pedes quorum scabellũ adoratur cruci clauo affiguntur. Manus que formauerũt celos sunt extense in cruce ⁊ clauis confixe. corpus verberatũ. latus lancea pforatũ Et quid plura nõ remansit in eo nisi lingua vt p peccatoribꝰ oraret ⁊ matrem discipulo cõmendaret. Hec desco. Tercio dolor sensibilis passionis xpi fuit maximus propter genus passiõis ⁊ mortis. quia mors confixoꝝ in cruce fuit acerbissima. ex hoc q tales cõfigũt in locis neruosis ⁊ maxime sensibilibus scz in manibus ⁊ pedibus. Et ex hoc q ipm pondus corporis pẽdentis continue auget dolorem nã illud corpus magnum ⁊ perfectum non habuit aliquam sustentationem nisi quatuor vulnera in quibus pendebat. ex quo tunc valde vulnera distendebantur ⁊ lacerabantur. Etiam ex hoc crucifixio fuit acerbissima quia dolor in illa passione diuturnior est. non enim tales cito moriuntur sicut gladio interempti. ymmo dominus tribꝰ horis pendebat in cruce in illo tntẽ sissimo dolore. De hoc loquens August. super Johannem dicit. Jsta morte crucis nihil fuit peius inter omnia moriencium genera. Et dicit ibidem q nulla mors erat maioris obprobrij. maioris supplicij ⁊ longioris exterminij. Subdit q passiõe ⁊ morte crucis nihil erat tunc in carne intollerabilius et nihil est cruce nunc in fronte gloriosius.

¶ Quarto fuit dolor Christi sensibilis maximus propter etatis sue qualitatem. Mortuus enim fuit ī etate in qua maxime viget homis robur ⁊ fortitudo et omnia vitalia tunc sunt vinacissima. ⁊ ideo maior ẽ dolor in tali etate ⁊ mors innaturalior cum maiori violencia ⁊ dolore. Quinto fuit dolor christi maximus ratione finis. Fuit enim finis passionis sue liberatio generis humani a peccato. ⁊ satisfactio pro totius generis humani peccatis. propter hoc enim dominꝰ patiebatur ⁊ moriebatur vt p hoc humanum genus liberaret ⁊ pro totius mundi peccatis satisfaceret Et ideo vult sanctus Tho. vbi supra q tantum dolorem assumpsit dominus voluntarie q erat proporcionatus magnitudini fructꝰ qui inde sequebatur scz liberationi generis humani ⁊ q erat sufficiẽs satisfactio p oibus peccatis. ⁊ licz minimꝰ dolor xpi sufficissz p peccatis oium hoim ⁊ hoc propter dignitatẽ diuine psone ex qua infinitã virtutez

habuit. Tamem vt dicit sanctus Thomas xp̄us voluit humanū genus liberare a peccatis non pote. state ꝫ iusticia. ⁊ non solum attēdit quantā virtutē dolor eius haberet ex diuinitate sibi vnita. sed etiam quantus sufficeret scd̄m naturam humanā ad tantam satisfactionem. sed q̄ tantus xp̄i dolor in multis hominibus fuit frustra qui videlicet non fecerunt neq̄ faciūt se participes tam amarissimi doloris quod xp̄s plene ⁊ ꝑfectissime cognouit dū sic pateret̄ ido ex hoc iterum dolor suus fuit multiplicatus ⁊ tanto amarior factus. Homo em̄ videns magnos suos labores frustrari grauius ꝑturbat̄ ita ꝙ etiam cor suum ex hoc moueatur et quasi scindatur. Sic et multo amplius erat in xp̄o. Ideo dn̄s bene hoc deplangit ꝑ ꝓphetaꝫ ysa. xliv. dicens. Inuacuum laboraui id est sine causa vel fructu scꝫ in multis hominibus. Et sequit̄. Et vane fortitudinem meam cōsumpsi. Et in psalmo. Que vtilitas in sanguine meo. quasi diceret modica respectu laboris ⁊ doloris mei. Ex ists iergo ⁊ alijs causis similibus patet ꝙ dolor xp̄i sensibilis fuit maximus inter omnes dolores huius vite. Et per hoc patet rn̄sio ad dubiū quo ad primam partē de dolore sensibili ⁊c. ¶ Secūdo declarat̄ de tristicia interiori ī corde videlicet ꝙ tristicia interior xp̄i tp̄e passiōis sue fuit maxima inter oēs tristicias huiꝰ vite. hoc iterum patet ex pluribus causis. Prima fuit multitudo ⁊ magnitudo peccatoꝝ pro quibus tristatus est. Nam ip̄e tristabatur pro peccatis omnium hoīm presencium preteritoruꝫ ⁊ futuroꝝ. Et illa tristicia excessit in eo longe et inestimabiliter omnem tristiciam cuiuscunq̄ contriti. Sicut peccata tocius mundi pro quibus tristabat̄ innumerabiliter plura fuerunt q̄ peccata cuiuscunq̄ cōtriti. Scd̄a causa fuit claritas cognitiōis sue tanto em̄ quis plus detestat̄ peccatum ⁊ tanto plus sibi displicet quanto perfectius noscit maliciaꝫ peccati ⁊ dignitatem dn̄i dei summi boni. qui per peccatum offenditur ⁊ contempnit̄. Sed xp̄us dn̄s scd̄m naturā hūanā ratione īestimabilis sapiencie sue create distinctissime nouit īfinita peccata mūdi et infinitam eorum maliciam ⁊ spretum siue contemptum qui ꝑ illa fit illo immenso bono dn̄o d̄o cui tam multipliciter obligamur ꝓpter infinitam suam dignitateꝫ ⁊ ꝓpter innumerabilia beneficia ab eo suscepta. ideo peccata illa et ip̄orum multitudo ⁊ magnitudo. et nostra detestabilis ingratitudo de tantis donis ⁊ bonis causabāt in eius humanitate inestimabileꝫ tristiciam displicentiam ⁊ detestationem eorum. Tercia causa fuit eius maxima caritas et dilectio dei. Quanto enim caritas atq̄ dilectio dei maior est in aliquo tanto plus displicet sibi omne aduersum deo ⁊ eius offensiuum. Sed Cristus scd̄m humanam caritatē habuit improporcionabiliter maiorem caritatem q̄ aliqua alia cretura vnq̄ habuerit aut habitura sit de lege dei ordinata. Quia

datus est sibi spiritus nō ad mensurā Joh. iij. Et dō in estimabiliter displicuerunt sibi peccata hūani generis ⁊ causabant sibi maximam tristiciam eo q̄ sunt ⁊ fuerūt offensa tam grauis dñi dei intensissime sibi dilecti. Quarta causa fuit amissio vite corporalis que amissio naturaliter horribilis ē humane nature sibi derelicte. Sicut dñs in hora passionis sue vires inferiores anime dereliquit proprie nature. ⁊ ista corporalis xp̄i vita tante fuit dignitatis precipue propter diuinitatem vnitam. q̄ de eius amissione etiam ad vnam horam magis esset dolendum q̄ de amissione vite alterius hominis per tēpus etiam quantumcūq̄ modicuz Vnde phs. iij. Ethico. dicit q̄ virtuosus tanto plus diligit vitā suā quanto scit eam esse meliorez ⁊ tamen eam exponit propter bonum virtutis. Sic etiam xp̄s vitā suā dignissimam ⁊ maxime dilectam exposuit propter bonū caritatis. scdm illud Jhere. xij. Dedi dilectā animam meaz in manibus inimicorum eius. Quinta causa fuit casus ⁊ peccatum iudeorum in eius morte delinquencium qua tā multiplicater erant debitores sui eo q̄ ipis singulariter tam multa ⁊ taz magna beneficia exhibuit. de quibus omnibus tam ingrati erant vt non solum ea non cognoscerēt et confiterentur ꝫ etiam in tantuz benefactorem crudeliter occiderēt ppter quod ipe bene de eis dicere potuit illud ps. Retribuebant mihi mala pro bonis odium p dilectione mea. Quod aūt multa ostenderit ipis bona patet quia fuit populus suus pre omnibus electus quē de seruitute egipciaca liberauit et a graui onere pharaonis. quem in deserto manna pauit. ante cuius faciem aquas maris rioidanis diuisit ⁊ quasi in vtrem congregauit vt essent eis pro muro a dextris ⁊ sinistris. ante eius faciem gētes fortes ⁊ multas de terra sua eiecit vt eis daret in possessionem terraz lacte ⁊ melle manantem ⁊ alia innumera bona eis ostendit in principio. Et nunc in carne ad eos specialiter venit ⁊ inter eos specialit conuersatus ipōrum infirmos sanauit. cecos illumīauit. demones effugauit. Mortuos suscitauit ⁊ īnnumerabilia alia miracula inter eos operatus est. Pessimoz ergo iudeorum peccatum ⁊ ingratitudo de tantis beneficijs auxit etiaz interiorem tristiciam xp̄i dñi. Et nō solum peccatum iudeoz tūc existencū ⁊ in xp̄i mortem consencientium auxit etiā tristiciā ꝫ etiaz iniquitas ⁊ ingratitudo futurorū hominum iudeorum ⁊ xp̄ianoruz quā tunc distinctissime cognouit. sicut omnia nouit vt supra dictuz est. Ideo beatus Bern. in quodam sermone in persona xp̄i dicit. O hō vide que pro te pacior non est dolor sicut quo crucior. Ad te clamo qui pro te morior. vide penas quibus afficior. vide clauos quibus p fodior. ⁊ cum sit dolor tantus exterior interior tñ planctus est grauior. cum te tam ingratum experior. Et iterum idem Bern. in quodam sermone dicit ad peccatores in psona xp̄i. Nōne satis ppter

te vulneratus sum. nunquid pro mea iniquitate afflictus sum. cur addis afflictionem afflicto. Magis me aggrauant vulnera tui peccati quā vulnera corporis me. Et Raba. dicit. Videbat dn̄s ad augmentum doloris sui sanguinē suū tā viliter ⁊ tam inutiliter fusum. quia sic inuacuum laborauit ꝙ tūc vix vnum latronem acquisiuit et vnum apostolum perdidit. Videbat iterum in presentib⁹ ⁊ futuris generalem ingratitudinem. quia etiam a xp̄ianis tanq̄ mortu⁹ dādus erat obliuioni. Et quia paucissimi sunt qui ei de tanto beneficio gracias agunt. Videbat etiaz presencium ⁊ futurorum pessimaz vicissitudinem ab hijs qui oderūt eum gratis ⁊ retribuunt mala pro bonis. quia si pati posset adhuc peiora pateretur a malis xp̄ianis q̄ tunc passus fuit a malis iudeis. vn̄ super dolorem vulnerū eius addētes preuaricationem. plagas eius quotidie renouant ⁊ iterum crucifigunt ⁊ ostentui habent. Sexta causa fuit specialiter casus suoruz discipuloꝝ ⁊ ceteroꝝ amicoꝝ q̄ euz deseruerunt ⁊ ip̄e longe ante predixit ꝑ ꝓphetam dicentem. Torcular calcaui solus ⁊ de gentibus nō erat vir mecuz ysa. lxiij. Et in p̄s. Et obprobrium sustinuit cor meum. expectaui qui simul contristaret̄ ⁊ nō fuit qui consolaretur ⁊ non inueni. ⁊ non solum amici eius ⁊ noti eum deseruerunt sed ⁊ in eo scādalisati sunt. quia cum eum vt hominem pati ⁊ mori viderunt tunc eum solum hominem fuisse crediderunt. vel autem de eius diuinitate dubitauerunt. Septima causa interioris tristicie fuit propinq̄tas sui proditoris. venditus em̄ fuit ⁊ perditus nō a quocunq̄ ꝫ a discipulo suo ⁊ apostolo cōmensali Quod conquerit̄ per ꝓphetam in p̄s. di. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtiq̄. ⁊ si is qui oderat me super me magna locutus fuisset custodissem me forsitan ab eo. tu vero homo vnanimis rex meus ⁊ notus meus. qui simul mecum dulces capiebas cibos in domo dei ambulauim⁹ cū consensu. Et iterum. Qui edebat panes meos scz in cena magnificauit super me supplantationem. Hec verba p̄s. exponi possunt de malis sacerdotibus ⁊c. Ecce quanta mala sustinuit dominus a suo commēsali. Ea aūt mala que nobis inferunt̄ ab illis qui nos diligere debent plus contristant q̄ que ab extraneis fiunt. O deus quot socios hodie habet iudas qui sepe cibum summunt cum hijs quos in mortem persequuntur vel quibus mala machinant̄ quecunq̄. Octaua causa fuit perceptiuitas anime xp̄i. Nam tristicia causat̄ ex apprehensione disconueniencium ⁊ nolitoꝝ. ⁊ quanto quis distinctius ꝑcipit ⁊ apprehendit illa mala disconueniencie ⁊ tristicie inductiua tanto maiorem in eo causant tristiciam. ꝫ anima xp̄i scd̄m omnes vires suas interiores apprehēdit efficacissime ⁊ distīctissime omnia predicta mala ⁊ omnes circūstancias eorū eo ꝙ omnia cognoscit. Ideo maximam causabant ī eo tristiciā quā causare nata erāt

Ex hijs ergo ⁊ alijs similibus cau-
sis fuit tristicia anime xp̄i maxi-
ma inter omnes tristicias huius
vite. Et sic patet responsio ad se-
cundum de dolore siue tristicia in
teriori. Propter istam ergo magni
tudinem duplicis passionis cristi
scz doloris exterioris ⁊ tristicie in-
terioris passio eius fuit super om̄es
passiones huius vite. Et hoc ē qd̄
dixit Jheremias ꝓpheta in verbis
thematis. Treñ. j. ex persona xp̄i
O vos omnes qui transitis per vi
am attendite ⁊ videte si est dolor
similis sicut est dolor meus. ¶ Ex
quo habemus talem doctrinam ꝙ
in hijs verbis ꝓphete dñs nos am-
monet ꝙ sepe debemus occulo in-
terioti ⁊ mentali id est actu cogita
tionis ⁊ meditationis videre acer
bissimam passionē ⁊ mortē xp̄i. et
ex hoc moueri ad deuotionē ⁊ dei
dilectionem qui tantam ad nos
miseros peccatores ostendit boni
tatē ⁊ misericordiam. Et p̄dictas
causas acerbitatis doloris exterio
ris ⁊ tristicie interioris attente cō
siderare. qꝛ talis intenta inspectio
ꝯsideratio cogitatio siue medita-
tio vulnerꝝ passionis xp̄i ⁊ ꝯtume-
liaꝝ eius valde est hoībus saluta-
ris. Cuius figura bñ p̄cessit Nūeri
xxj. vbi dicit̄ ꝙ cū serpentes ruerēt
in filios israhel ⁊ plagas multas fe
cissent in ꝓpl'o venerūt ad moysen
et rogauerunt eū dicentes. Ora vt
dñs tollat a nobis serpentes. Ora
uitq; moyses ꝓ ꝓpl'o ⁊ de mādato
dñi fecit serpentē eneū quē exalta-
uit in ligno. quē cū ꝑcussi a serpen-
tibus inspicerent sanabant̄. qd̄ fu
it figura de xp̄o exaltato in cruce.
Sicut expressit ip̄e met saluator io
hannis. iij. dicens. Sicut moyses
exaltauit serpentem in deserto ita
exaltari oportet filiū hoīs vt om̄is
qui credit in eū nō pereat ꝫ habeat
vitam eternā. Sup quo dicit Au
gust. omel'. vij. sup Joh. Nos ergo
fratres vt a peccato sanemur cri-
stum crucifixum intueamur. Quō
em̄ illi qui intuebant̄ serpentē ene
um morsibus non peribant serpē-
tum sic qui intuent̄ recta fide mor
tem xp̄i sanant̄ a morsibus pecca
toꝝ. Sz illi sanabant̄ a morte ad
vitam tp̄alem. illi aūt vt habeant
vitā eternā. Si ergo aspectus figu
re olim vt audistis tm̄ valuit vt a
spicientes eū curabant̄ a morsib⁹
serpentū. Quante ergo efficatie est
intuit⁹ ip̄ius figurati scz xp̄i redē-
ptoris nostri per serpentē significa
ti. Sicut em̄ serpens in ligno pepē
dit sic xp̄s in ligno crucis clauis af
fix⁹ pependit. qui diabolicū serpē
tem qui humanū genus in primo
parente intoxicauerat. deuicit. et
mortiferū virus serpentis sua mor
te fugauit ⁊ vitam appropinauit
Ex his diligenter considera qui
cunq; homo es si vis mortē eternā
euadere respice huc scz ad xp̄m cru
cifixū ⁊ respice nō solū occul' corpo
ris ꝫ etiā occulis cordis. vis mun-
dū spernere ⁊ carnez vīcere respice
huc ⁊ crucifige carnem tuā cū vici
ijs ⁊ concupiscencijs. vis a vene-
nosis serpentū morsib⁹ id ē demo-
nū suasionibus ⁊ peccatoꝝ vulne
ribus sanari respice huc ⁊c. Dicit
em̄ bern̄. nihil tā efficax ad curādū
ꝯsciēcie vulnera nec ñ ad purgādū
mentis aciē q̄ꝫ vulnera xp̄i sedula

M et deuota meditatio. ¶ Sz diceret quis sunt ne alique breues pticule ex quibus cōphendi potest excessus passionis xpi super omnes passiones huius vite. Rñdet q sic. Vñ tota vita xpi misterijs plena cōprehendi pt in tribus videlicet in eius ingressu in mundū. ⁊ in eius pgressu in mundo. ⁊ in eius egressu de mūdo. Primo in ingressu in mdm cōsiderare debes deuota mente et cordi tuo infigere q mox nat⁹ tribulationē inuenit ⁊ dolorē. natus em̄ erat in stabulo vilibus pannis inuolutus ⁊ super dura iumentoꝝ pabula in presepio collocatus. Et vt nostros mederet languores dolorem subijt circumcisionis. Ligat fascijs. ⁊ iam seuit in eū rex iudeorum atq; adhuc pendens ad vbera matris fugiens a facie herodis portat in egyptū ecce miser infantulus quid sustinuit in infancia. Scdo in progressu in mdo lōge excessit alios homines in labore ⁊ dolore. quis em̄ mortaliuz vnq̄ fuit tante pauptatis. tante abstinencie tam plixus in vigilijs. tā frequēs in orōnib⁹. tantū cruciatus fame et siti qñ in deserto cū feris manēs suā innocentissimā carnē p nobis macerauit ieiunio quadragīta dierū ⁊ noctiū. vbi ⁊ maligni spirit⁹ temptationes pertulit vt nostras tollerabilius sustineremus. Quis tam cōtinuus fuit in labore ⁊ sudore vultus sui cum circuibat ciuitates ⁊ castella euangelizando verbū dei sermonēq; factis cōfirmando ⁊ virtutem sue diuinitatis demonstrando sequentib⁹ signis. vbi etiam multas ab impijs iudeis sustinuit contumelias. irrisiones. exprobrationes. cōtradictiones verborū suoꝝ. ⁊ diuina opera que ipse ī eis operabat ⁊ que nemo ali⁹ operari potuit blasphemantes attribuendo illa arti magice ⁊ beeltzebub principi demonioꝝ. dicentes eum esse amicū publicanoꝝ ⁊ potatorez vini. maleficū ⁊ alia multa. Sepe etiā insidiebant vite sue intētādo sibi mortem. nunc volentes eū lapidare. nunc de supercilio mōtis precipitare. nunc capere ⁊ tenere ⁊ sic de alijs multis. Ecce quō in tota vita sua nulla sibi pax fuit neq; requies. ¶ Tercio considera omni miseria miserabiliorem eius egressum de hoc mundo. Et hoc ī quinq; fasciculis siue punctis. Primo cogita quō statim post vltimam cenam appropinquante hora traditionis sue cepit tedere. pauere et mestus esse. Ita vt ipemet diceret discipulis suis ⁊ amicis. Tristis ē est anima mea vsq; ad mortem ⁊ quō in monte oliueti orando sanguineus sudor membra eius tā copiose effudit vt iā non distillaret. ß guttatim in terrā deflueret. qd vtiq; fuit certissimum signuz maxime ⁊ amarissime passionis. que sibi de propinquo imminebat quā ipe tunc distinctissime nouit. ⁊ ex obediencia dei patris mox sustinere voluit. nequaq̄ enim corpus extrinsecus tanto taliq; dolore deflueret nisi cor intrinsecus ppter inestimabile malum de propinquo īminens naturali horrore ⁊ nimia doloris vehemencia ⁊ horrore tanti mali anxiaretur et artaret. Cōsidera q̄ voluntarie obuiauit suis

inimicis eius ad mortē querentib⁹ quō tunc viri sanguinum cruētas manus iniecerunt in eū ⁊ agnum mitissimum in nullo renitentē duris vinculis vinciētes tanq̄ latronem trahebant ⁊ omnes discipuli eius fugierunt. Ip̄e vero solus inter inimicos iam tractus ꝑ laqueos iam per pilos iam trusus ⁊ in terram proiectus ⁊ violenter retractus cum maxima verborum cōtumelia in domū Anne est perductus. hic sit fasciculus prim⁹. Hic diligenter attende ⁊ vide quis sit iste qui tanta passus est. Crede ergo ⁊ veraciter cogita ip̄m esse dei filium omniū principiuz saluatorē ⁊ retributorē oīm ⁊ subde te ei per rationē tanq̄ huic qui imperium habet vite ⁊ mortis. Scd̄s fasciculus siue punctus considera diligenter quomodo in domo Anne veritatem confessus a seruo neq̄ percutitur graui verbere. Et postea iterum vinctus ad domū Cayphe prīcipis sacerdotuz ducitur. vbi post multa falsa testimonia a pōtifice adiuratur ⁊ a Petro ter negatur. Sz xp̄us Petrum respiciens exire compulit ⁊ amarissime flere. Ibi cogita quomodo vultum eius venerabilem in quem angeli desiderant prospicere suis fedissimis sputis multipliciter inquinauerunt. Sacrilegis manibus alapas ei dederunt. Colaphis cedebant faciem eius graciosissimam. velo operuerunt ⁊ percusserunt ip̄m deridendo ⁊ dicendo. Prophetisa nobis xp̄e quis ⁊c̄. quomō ⁊ barbam eius extraxerunt ⁊ suis vnguibus genas eius lacerauerunt. ⁊ sic dn̄m vniuerse creature velud pessimuz ⁊ despectissimum hominem tractauerunt. Tūc vtiq̄ propter hec ⁊ alia incomoda totius noctis verificatum est quod de eo predixit ysa. liij. c. dicens. Non est species ei neq̄ decor vidimus eum et non erat aspectus in eo desiderauimus eum despectum ⁊ nouissimum virorum virum doloris ⁊ scientem infirmitatem et quasi absconditus vult⁹ eius et despectus vnde nec reputauimusm eum. vere languores nostros ip̄e tulit ⁊ dolores nostros ip̄e portauit et uos putauimus eū quasi leprosum percussum a deo et humiliatum. ip̄e autem humiliatus est propter peccata nostra. Attrit⁹ est ꝓpter scelera nostra. disciplina pacis nostre super eum et liuore ei⁹ sanati sumus. Ecce q̄ clare ysa. predixit mala xp̄o illata. Mane autem facto vinctus ducitur ad Pilatum. ibi cogita modum quomodo ip̄i ducebant eum quia tanq̄ pessimum latronem et maleficum. Et quomodo verisimiliter mater eius cui hec reuelata sunt eū expectauit et educere vidit. cum quanto planctu dolore et merore ī se et in matre. Cogita moduz quomodo iuit quia humilime et paciētissime. Judas autem videns q̄ xp̄m vellent occidere tantum doluit vt desperarz et se laqueo suspēderet et restituens eis triginta argenteos ⁊c̄. Cogita ibi quomodo coram Pilato multipliciter innocenter accusatur et postea ad Herodem mittitur et ab eo vt fatuus deluditur et irridetur. et in alba veste velud stultus ad Pylatum re-

ducitur qui eum apprehendit ⁊ flagellauit. Apprehendit inquam ligando ad statuam ⁊ sic grauiter flagellari iussit atq; pmisit q; sanguis eius tam copiose columpnaz asperſit q; adhuc ipsius rubea cernuntur vestigia miraculose conseruata. ⁊ hic est fasciculus secundus. Hic iterum diligentissime considera qualis est qui talia patitur ⁊ ei configurare vt compaciaris inno centissimo mitissimo amātissimo ac nobilissimo ac si presens esses ⁊ hec omnia mala in eo cerneres et videres ⁊ hec de scdo. Tercius fasciculus siue punctus postea cum amaritudine cordis tui ⁊ recogita quomodo Pilatus ad peticionem iudeoꝝ dimittit Barrabam ⁊ ihesum tradidit crucifigendum victi importunitate iudeorum ⁊ timore cesaris tunc Jhesus derisone cū nimia confusione ad ymaginem regis induitur ⁊ multipliciter illuditur ⁊ confundit. Induitur enim clamide, spinis coronatur arundine percutitur ⁊ vt rex inderisum adorātur. Hic cogita modum, attende causam quomodo scz ip̄s se habuit ⁊ quomodo iudei se habuerunt. Causa quare tanta sustulit vt crucifigatur. Considera q; crudeliter ⁊ immisericorditer duris ⁊ acutissimis spinis caput suum p forauerunt. Considera guttas sanguinis vndiq; decurrentes a capite per faciem prius sputis maculatam ⁊ multipliciter percussam ante et retro ad dextrum ⁊ sinistrum et quomodo baculum arundineū quem ei in derisionem loco regalis sceptri dederunt de ipsius manu rapientes cum eo venerandum caput domini percusserunt. ⁊ positis in terram genibus ipsum derisorie adorauerunt dicētes. Aue rex iudeorum. ⁊ tamen statim subiungunt spita plagas ⁊ palmas in faciem eius ⁊ colaphos in collū eius. Ecce quomodo rex ⁊ dominꝰ tuus salutatur. Postea cōsidera quomodo dominus tuus accepta sentencia mortis iubetur dorsum suū incuruare sub crucis onere. ⁊ sic sui ipsius portare ignominiam scilicz crucem tunc valde ignominiosaz. Ecce quomodo dominus deus tuus proprium portat patibulum. populus sequitur ⁊ mulieres flentes. quibus ait. Nolite flere sup me nē. In montem ducitur calvarie ⁊ crucifigitur. Sed vide quomodo. q; a prius vestibus corpori et vulneribus infixis vehementer nudatur vt virginea eius caro tota vulnerata ⁊ verberibus vndiq; lacerata de nouo de se fundat riuos sanguinis. Hic diligenter considera modum crucifixionis. Aut enim crucem primo erexerunt ⁊ Cristus in scalis ascendit crucem. Aut certe crucem posuerunt ad terram et cristum super eam imposuerunt. nam alius modus non apparet. ⁊ qui cumq; illorum fuerit reuolue in mente tua q; lamentabilis sit. Cū ferreis clauis obtrusis manus et pedes perforantur et sic totum corpꝰ a dextris ⁊ sinistris sursum ⁊ deorsum vehementer extenditur vt omnia ossa eius valeant numerari. Sic ipse ait per ppheta. Foderunt manus meas et pedes meos. dinumerauerunt omnia ossa mea

O quanta violencia malleorum. Clauus per amboꝫ pedes eius est infixus per venas ⁊ ossa ibi concurrencia. Quod si deuota mente cogitares. ⁊ quomodo manus sūt disiuncte per extensionem ⁊ vulnera ampliata. ⁊ quomodo i alto pendens solum vulneribus manuum ⁊ pedum sustentatur tribus horis in cruce eleuata nudus in medio latronum duorum vino mirrato ⁊ felle potatus. non esset mirum q̄ pre compassionis dolore scinderetur cor tuum aut caput egrotaret. In hijs omnibus diligēter considera quis et quantus sit iste qui tanta patitur quia immēsus est potestate. sapiencia. bonitate. speciositate ⁊ eternitate. Admirare igitur maiestatem anichilari. sapienciam fatuam reputari bonitatem maliciam iudicare. speciositatem deturpari ⁊ eternitatez mori ⁊c. Hec de tercio.

Quartus fasciculus siue punctus cum nunc pendet in cruce Jhesus dominus deus tuus. Cogita xp̄us quomodo pendet. cogita modum et causam. cogita quid sitit. quia salutem tuam. Orat pro crucifixoribus. Blasphematur in cruce. Irridetur a pretereuntibus. a principibus. a latroue. Stat mater Jhesu dolorosa sub cruce. quam Cristus respexit ⁊ Johanni commendauit. Fiunt tenebre. Clamat deus meus deus meus ⁊c. Designans quanta sit sua pena. quia humanitas sua fuit quodammodo deserta. eo q̄ non fuit redundancia virtium superiorum quibus fruebatur ad inferiores quibus patiebatur. Dicit. Sicio. ⁊ aceto potatur Quo accepto dicit omnia esse consummata. Quibus consummatis nichil restabat nisi vt emitteret spiritum. Clamans ergo alta voce emisit spiritum. innuens q̄ si vellet q̄diu vellet viueret. ⁊ q̄ nullus animam suam a se tolleret sed q̄ ipse eam sponte poneret. Hic debes cōsiderare quali forma passus sit. Passus est enim sicut verus agnus liberalissime respectu proximi. Seuerissime respectu sui. obedientissime respectu patris. prudētissime respectu aduersarij. Studeergo vt te sibi conformes in benignitate. seueritate. obediencia. prudencia ⁊c. Hec de quarto.

Quintus fasciculus siue punctus latronum ossa confringuntur. cristi os non comminuitur. ne figura de hoc euacuetur scilicz agni paschalis. De quo dicitur. Os non comminuetis ex eo. Latus eius aperitur vnde proffluunt ecclesie sacramenta. Velum templi scinditur sepulchra aperiuntur vt inde mortui in die resurrectionis cum cristo resurgerent. Hic considera quanta pro te passus sit ⁊ crucem amplectere per passionis desiderium. vt sicut ipse passus est iniuriam. contumelias. conuicia. ludibria ⁊ supplicia. Sic et tu passionem xp̄i ymmitando amplectere vt propter eum iniurias. contumelias. conuicia ⁊ suplicia pacienter sufferas. Vide igitur de nota anima quo modo tuus Jhesus in cruce pendet conclauatus. laceratus ⁊ totaliter sanguine perfusus ⁊ dic saltem grates tuo saluatori. Hec sentencialiter enumerat

magister Johannes gerson cancellarius parisiensis in quodaz tractatulo de meditationibus. Et cōcludit q̄ per deuotam meditationem passionis Christi cor inflammatur ad deuotionem. intellectus illustratur ad cognitionem veritatis. ⁊ per hoc homo consequit̄ fructum perpetue salutis. Cur enim dulcis Jhesus nollet facere participem sue amarissime passionis illū qui libenter suam meditatur passionem. suam miseriam ⁊ ignominiam ⁊ sibi compatitur tanq̄ capiti. Certe paratus est Jhesus passus ampliorem huic conferre graciam sua peccata detestandi ⁊ diuine voluntati se conformandi Amen.

¶ Sed adhuc pulsat deuotam animam talis dubitatio ⁊ questio. cur dulcissimus ihesus tam potēs ⁊ tam sapiens ⁊ tam bonus tam graue genus mortis sustinere voluit ⁊ se tam totaliter exinanire. Ad hoc respondetur q̄ illius plures sunt cause vtiles ad intelligenduz quia his cognitis homo amplius accenditur in dei amore. per has etiam causas homo cognoscet q̄d dilectionis ⁊ amoris latuit in corde Jhesu ad humanum genus pro quo passus est. Sunt ergo septez cause propter quas dominus tam grauem passionem sustinere voluit vt videlicet suam dilectionem nobis insinuaret vt nos ad diligēdum eum prouocaret amplius nos sibi magis obligaret ad sufferendi am confortaret. tribulationes dulcoraret. ab eterno cruciatu liberaret celū nobis reseraret. Prima ergo cā cur dñs tā graue genus mortis assūpserit est hec vt suā nobis dilectiōz insinuaret. Magnus enim amor in corde dei absconditus sciri non poterat nisi per aliquod valde magnum extrinsecus probaretur. vt de cum dominus per Jheremiam mandasset ⁊ significasset nobis dilectionem suam ad nos dicens ihe remie. xxxj. c. In caritate ppetua dilexi te. Et qua tanta caritas dei homini in effectu ⁊ in aperto non patuit. Homo ingratus ⁊ dure cernicis verbis dei credere noluit sed quasi improperando deo dixit illō ysa. xxviij. Manda remā da manda remanda. quasi dicerz Tota die remandas ⁊ dicis quantuz nos diligas sed nisi caritas tua per redemptionem nostram appareat in effectu credere non valem⁹ Est igitur pro nobis passus tam crudeliter vt suum amorem nobis amplius insinuaret. Propter qd et ipse dicit Johannis. xv. Maiorem caritatem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Super quo dicit Bernhardus. Tu maiorem habuisti bone Jhesu quia non solum animam. id est vitam tuam posuisti p amicis sed etiaz pro inimicis tuis. Tuz enim scdm apostolum ad Ro. v. cum adhuc inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij ei⁹. Vnde Bern. Tu dñe cogitaste cogitatiōes pacis sup filios adā habēs sup nos caritatē multā nimis valde. sz hoc latebat in corde tuo nec sciebat homo p̄ciū ei⁹ quousq̄ per quinq̄ vulnera tui sanctissimi corporis eluceret sic in cruce mori

voluisti vt quod vltimi fuit pu-
doris signum esset supremi amoris
quia sustinencia laboris grauissi-
mi indicium est amoris maximi
quia immensa tua caritas nō po-
terat parum facere nec paruaz gra
ciam exhibere ꝛc. Scda causa cur
tam grauem mortem voluerit do
min⁹ sustinere fuit hec vt nos ad
diligendum eum efficacius prouo-
caret. Videntes enim ꝙ supra mo
dum tam magna pro nobis pertu
lit mala merito reaccendimur ad
diligendum eum si saltem non su
mus ingrati et per consequens to-
taliter insensati. Hoc debitū amo
ris nostri dominus a nobis extor
quere voluit cum per moysen Deu
tro. iiij. dixit. Interroga de dieb⁹
antiquis qui fuerunt ante te ex die
qua creauit dominus hominē sup
terraz. A summo celo vsqꝫ ad sum
mum eius si facta est aliquando
huiuscemodi res aut vnqꝫ cognitū
sit vt audiret populus vocem dei
sui loquentis de medio ignis sicut
tu audisti et vidisti. Hec autē gra
cia licet fuerit magna tamen eua
cuara est respectu gracie passionis
xp̄i id est parua respectu illius re-
putanda est. Et sequit ibidez. Et
nunc audi quid dominus requirat
a te nisi vt diligas eū. Vñ Bern.
Super omnia te reddit mihi ama
bilē bone ihesu calix redemptiōis
nostre quem bibisti. Quanto eniz
duriora grauiora et amariora sūt
que pro nobis pertulit deus tanto
efficacius ad se amorem nostrum
rapit. Et quia facilitas creatiōis
hominem ingratum fecerat diffi-
cultatem redemtionis nobis exhi-
buit vt a nobis amorem nostruz
extorqueret. Quid enim dicebat
homo creatus et ingratus. Gratis
quidē conditus sum sine vllo aucto
ris grauamine et labore et factus
sum quemadmodum vniuersa. sic
beneficium creationis attenuans
humana impietas ingratitudinis
materiaz inde sumpsit vnde amo
ris causaz summere debuerat. Sz
obstructum est os loquencium in
iqua vt luce clarius patet quando
de domino seruus. de diuite paup.
et de dei filio filius hominis fieri
non despexit. Memento ergo iaz
te et si de nihilo factum non tamē
de nihilo redemptum. Sex diebus
condidit omnia et te inter omnia.
sed per triginta tres annos opera-
tus est salutem in medio terre.
vbi in re creando dixit multa. ges-
sit mira. pertulit dura verba. duri
ora verbera et tandem crucis torm̄
ta durissima. Tercio tam graue ge
nus mortis sustinere voluit vt nos
amplius ad sua seruicia obligaret
Quod reuera dignissimum esset.
Quis enim videns dominum suū
cruentatum propter se ꝛ vsqꝫ ad
mortem turpissimam condempna
tuz a quibuscunqꝫ laboribus se po-
terit cōtinere si saltem attenta mē
te hec considerat. Quod bene attē-
dit propheta in p̄s. dicens. Quid
retribuam domino pro omnibus
que retribuit mihi. Reus eniz erit
sanguinis Cristi qui Cristo non
retribuit quod tenetur. Vnde bern
hard⁹. Respice o homo occulo mē
tali quanta retributione astrin-
garis domino pro te pacienti. Re
spice sudorem sanguineū, alaparū

contumeliam. flagellorum instantiam. spineam coronam. patibuli suspendium. corporis pallorem. Quid plura vilissime mortis supplicium et obprobria nephandissima. vnde hec et similia in se suscipiens deus hortat nos vt in recompensationē sui laboris similia operemur dicēs nobis illud Exod. xxv. Inspice et fac. scz ope scdm exemplar qd tibi monstratū est in monte id est in supma altitudine laboris et doloris. et saluator per semetipm ait Joh. viij. Exemplū dedi vobis vt quēadmodū ego feci vobis ita et vos faciatis. Quarto dns tam graue genus mortis elegit vt nos ad sufferendas passiones pfortarz Seruus em videns dnm suū p se vulneratum merito animatur ad similia sufferenda. Ideo ad animandū nos dicit nobis saluator Math. x. Nō est seruus sup dnm suum. Et alibi. Si me psecuti sūt et vos persequent. Hoc similiter intendebat aplus ad Heb. xij. dicens. Recogitate eū qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipm contradictionē vt nō fatigemini animis vris deficientes. nō dū em vsq ad sanguinē restitistis Et iterū. Per pacienciam curramus ad ppositum nobis certamen id ē aspicientes in auctorē fidei et psumatorem ihesum qui pposito sibi gaudio sustinuit crucē. Ido dicit Bernhar. Extremū genus mortis elegit de⁹ vt nullū genus mortis martires formidaret. Sic Petrus Paulus Andreas Stephanus genus mortis sustinuerunt qd cōis creatura naturaliter abhorret. Quinto tam graue mortē dns sustinere voluit vt per passionis sue amaritudinē nostras tribulationes dulcoraret. Quid em diuz esse potuit pro illo sufferendum qui tā amarissimam passionē tā dulci animo et fidēli affectu p nobis miseris pertulit. Qd bene figuratuz est Exod. xv. vbi dicitur q aque Marath quas pre amaritudine populus bibere nō valebat per immissionem ligni similiter amari in dulcedinem sunt cōuerse. De quo ligno dicit in hystoria q naturaliter erat amarissimū et vt virtus diuina mirabilior appareret amarum additum amaro dulcedinem operabat. Quid autē per aquā nisi nostra tribulatio et quid per lignū nisi cruz xpi designat. Si ergo tribulationes nre naturaliter amare per amarum lignum crucis tacte fuerint illico in dulcedinem conuertuntur. Vnde Grego. Cum passio xpi ad memoriam reducitur. nihil est tam difficile quod non equanimiter tolleretur. Et Augu. dicit. Deuotus miles non sentit vulnera sua cuz ducis sui conspicit vulnera grauiora Hoc ergo lignum crucis dulcorabat Andree crucem suam cuz quasi cantans et gaudens cucurrit ad crucem dicens. O bona cruz diu desiderata nē. Ita etiam de sancto Stephano dicitur. Lapides torrentes illi dulces fuerunt. Sexto tam amarissimam passionem dominus pertulit vt nos ab eterno cruciatu liberaret. Vnde Bernhard. Agnosce o hō q grauia sūt tua vulnera p q⁹ necesse fuit xpm deū vulnerari Et si nō essent hec ad mortē ymo

mo mortē sempiternā nunq̄ ꝑ eo-
rū remedio filius dei mortuus esset
Proderit ergo nobis dei passio si
nostra sequat̄ imitatio vt sequa-
mur vestigia eius. Alioquin a no
bis etiā exquirit̄ sanguis ille qui
effusus est super terrā. nec immu-
nis ero ab illo tā singulari scelere
iudeoꝝ ꝙ tante caritati ingratꝰ fu
erī ⁊ sanguinē illū sctīssimū calca
uerim. Patz ergo ꝙ passio hec sit
potentissima ad exhauriendū oīm
peccatoꝝ genera. Sed quis scit si
mihi datū est quod alteri dari nō
potuit. nunquid angelo. ß ille non
indiguit. nunquid diabolo ß ille n̄
resurget. Deniq̄ nō in similitudi-
nem angeloꝝ ß hominū venit. et
habitu inuentus est vt hō. xp̄s er-
go cruciatus amaros sustinuit ne
tu ꝑpetuos sustineres. Qd̄ āt ꝑ san
guinē xp̄i ab eterna morte libere-
mur. Figuratū habemus Exod.
xij. Erit vobis sanguis in signuz
in domibus vestris ⁊ videbo san-
guinē ⁊ transibo vos. nec erit ī vo
bis plaga dispergens quando per-
cussi terram egypti. Sic qui insi-
gnitus ⁊ particeps fuerit sangui-
nis xp̄i a morte perpetua liberatur
Ideo dicit̄ Osee. xiij. O mors ero
mors tua morsus tuus ero inferne
Et hinc est ꝙ post passionē suam
dn̄s scd̄m aīam descendit ad infer
nū eripiens inde eos ꝑ quibus san
guinem suū fudit. Septimo dn̄s
tam graue genus mortis elegit vt
nobis celū reseraret. Nullꝰ em̄ san
ctoꝝ quantūcunq̄ sanctus regnuz
celoꝝ introire poterat ante passio-
nem dn̄i. Quod bene per ꝓphetam
dn̄s in p̄s innuit dicens. Singula
riter sum ego donec transeam. vn̄
Nūeri. xxv. Exules ⁊ profugi an̄
mortem pontificis nullo modo in
vrbes suas reuerti potuerūt ß ma-
nebant in vrbibꝰ refugij donec sa
cerdos magnꝰ qui oleo sancto vn
ctus est moriat̄. Postq̄ aūt ille ho
micida qui perdidit humanū ge-
nus ab inicio reuerteret̄ in terram
suam infernalem nos per passionē
filij dei transibimus in requiē eter
nam visuri tunc clare xp̄m dn̄m ꝑ
nobis passum ⁊ hūiliatū ⁊ exalta-
tū in secula seculoꝝ Amen.

In die resurrectionis dn̄i sermo
xliij.

Vrrexit nō ē

hic. Mar. vlti. Sicut
amara fuit credentibꝰ
in ihm xp̄m passio eiꝰ. ita dz iocū-
da esse resurrectio illius. propterea
gaudere vnusquisq̄ ⁊ letari dz cū
audit vere ex mortuis xp̄m resur
rexisse. Hoc em̄ docet ⁊ īstruit nos
sancta mr̄ eccīa cum sepꝰ replicat
ꝓpheticū dictū. Hec est dies quaz
fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur ī ea
In diuinis nanq̄ officijs diurnis
nocturnisq̄ horis huiꝰ tp̄is exultā
dū cē p̄dicat ꝑ victoria ꝑ gl̄ia pro
q̄ magnificencia xp̄i resurgētis le
tabūdū ꝓfecto nouū ab angelo nū
ciatū ē cū dixit. Surrexit nō ē hic
vbi thema. ¶ In q̄bus q̄dē vbis no
tat̄ ihesu xp̄i resurrectio gaudiosa A
⁊ iocūda. Reperio aūt triplicez io
cūditatē in xp̄i resurrectiōe. prima
dr̄ ꝑticularis. scd̄a generalis. tercia
materialis. Prima iocūditas resur
rectiōis xp̄i dr̄ ꝑticularis q̄ scz fuit ī
aīa bn̄dicta ihesu xp̄i cū corpꝰ suū

iterum sibi vniuit efficiens illud perpetuo gloriosum. Ad qd̄ meli⁹ intelligendū nota ꝙ in ip̄o xp̄o resurgente quatuor actus mirabiles operata est virtus ⁊ potencia dei Primus fuit sanguinis reassumptio. nā reassumpsit corpus xp̄i clausum existens in sepulchro sanguinem ꝓpriū qui extra erat dispersus quod non nisi per diuinā virtutez fieri potuit. Ratio aūt prefate reassumptionis sanguinis scd̄m sctm̄ Tho. iij. par. q. liij. est. Quia quicquid ad naturā corp̄is humani ꝑtinet totum fuit in corpe xp̄i resurgentis. manifestū est aūt ꝙ ad naturā corpis hūani pertinent carnes ⁊ ossa ⁊ sanguis ⁊ alia hmōi. ideo omnia ista in corpore xp̄i resurgētis fuerunt. Dicunt etiā phi ꝙ sanguis est sedes anime ⁊ anima viuificat corpus sanguine mediante. quare indubitanter sanguinē suū resurgens xp̄s ad suū corpus reduxit. Vtrū aūt totū sanguinē reassumpserit ita ꝙ nulla particula siue guttula de illo in terra remāserit sunt due opiniones q̄s vide de passione dn̄i in fine hore tercie ⁊c. Secundus actus quem operatus est virtus diuina in xp̄o resurgēte fuit corpis mutatio. Et si corpus nō sit mutatū scd̄m substanciam q: eiusdē nature resurrexit. fuit tn̄ mutatū scd̄m qualitatē. Erat em̄ scd̄m Greg. in omel. eiusdē nature ß alterius glorie. nō potuit ergo fieri a creata potencia vt corpus exanime ante ⁊ vulneribus plenū sanaret̄ impassibiliter additis alijs dotibus corporis gloriosi. Tercius actus fuit anīe ad corpus vnio Nō em̄ pōt nisi diuina virtute aīa a corpe separata et dē corpori reuniri Quartus actus fuit sepulchri penetracio. Exiuit nanq̄ xp̄s de sepulchro clauso sigillato ⁊ custodito. Nec obstat quod Matheus dicit vl. c. Angelus autem dn̄i descēdēs de celo ⁊ accedens reuoluit lapidē Quia dicit Beda. Accedens reuoluit lapidē. nō vt egressuro dn̄o ianuam pandat. ß vt egressus eius iam facti hominib⁹ prestet euidēs signum siue indiciū. Qui em̄ mortalis clauso virginis vtero potuit nascendo mundū ingredi ip̄e fact⁹ immortalis clauso sepulchro potuit resurgendo exire de mundo. Cōsiderem⁹ ergo q̄ta leticia fuit mēs xp̄i perfusa cū de sepulchro exiens qui prius passibilis fuerat gloriosum ⁊ impassibilē se ꝯspexit. vtputo q̄ primū eleuatis in celum occulis grecias retulit patri qui eum iā de morte fecerat triumphare.

¶ Secunda iocunditas dicitur generalis. Que quadrupliciter distingui potest. Prima vīctorum. Secunda discipulorum. Tercia mulierum. Quarta angelorum. Prima iocunditas fuit vīctorum eoꝝ scilicet qui vincti detenti fuerant in lymbo quos inde resurgens cristus penitus eduxit ⁊ liberauit. ꝓut zacharias propheta pronunciauerat. ix. c. dicens. Tu quoq̄ in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Que verba secundum Nicolaum de ly. ad litteram intelliguntur de Cristo. Cui propheta loquitur in secunda persona. De quo ante dixerat in tercia persona

C ¶ Sz dubium hic orit̃ vtrum xp̃s omnes animas que erant in inferno liberauit. Ad quod rñdz Bonauentura dist. xxij. tercij. q̃ xp̃s nõ liberauit nisi animas electoꝝ suorum ⁊ eorum qui erant membra ip̃ius. Quamuis enim passio cristi omnibus suffecerit non tamen influit nisi in eius membra. ⁊ ideo illi soli per passionem xp̃i saluati sunt. qui vel erant membra quãdo passus est vel futuri erant per conuersionem ad ip̃m. Qm̃ igr̃ multi erãt ĩ ĩferno q̃ nec xp̃i mẽbra erãt. nec futuri erãt q: nõ erant ĩ statu merẽdi ñ oẽs dñs eripuit de ĩferno sed tantũ electos. Vnde Greg. in in quadam omel'. infra octauam pasce ait. Quod ante passionẽ suã dixit in resurrexione sua dñs impleuit. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me. Omnia em̃ trahit qui de electis suis apud inferos nullũ reliquit. Omnia abstulit vtiq̃ electa. Vnde etiam recte per os Osee. xiij. c. dicit. Ero mors tua mors morsus tuus ero ĩferne. quia em̃ in electis suis funditus occidit mortem mors mortis extitit. Quia vero in inferno ꝑtez abstulirt partem reliquit. nõ occidit funditus ß momordit infernũ Hec ille. Non fuerunt ergo ab inferno liberati per xp̃m damnati ꝑ sentenciam diffinitiuam. siue etiam ꝓpter peccatũ actuale siue etiã ꝓpter peccatũ originale. Nã vt inquit sanctus Tho. tercia parte. q. lij. pueri qui cum originali decesserunt nullo mõ fuerunt ꝯiuncti passioni xp̃i per fidem ⁊ dilectionem non enim per fidem ꝓpriam sicut sancti patres in lymbo quia nondum habuerunt vsum liberi arbitrij. neq̃ per fidem parentum aut per aliquod fidei sacramẽtũ quia non erant in statu ĩ quo essent capaces gracie xp̃i igit̃ non sunt liberati. ¶ Sed adhuc dubiũ est an liberate fuerunt anime que erant ĩ purgatorio. Respõdet sanct⁹ thomas vbi supra. q̃ passio xp̃i nõ habuit tũc maiorẽ efficatiã q̃ habeat nunc ⁊ ideo illi q̃ fuerũt tales q̃les nũc sunt illi qui in purgatorio cruciantur liberati non fuerunt. Si q̃ autem inuenti sunt ibi tales quales ⁊ nunc satisfacatione completa liberant̃ nil prohibet eos a purgatorio fuisse liberatos. Fuit ergo iocunditas illa omniũ patrum qui ĩ lymbo detinebant̃ quibus gaudiũ accidentale accreuit locum illum derelinquẽdo in quo tã diu habitauerant in tenebris ⁊ merore.

D

¶ Scda fuit iocunditas discipulorum. Ip̃a etem̃ resurrectionis die apparuit xp̃us discipulis in vnum congregatis vt dicit̃ Johã. xx. et tunc non aderat Thomas. Item apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus vt dicit̃ Lu. vlti. Apparuit aduc ⁊ Symoni ß vbi aut quãdo nescit̃ nisi forte quãdo redibat a monumeneo cum Johãne. Lu. vl. Vel vt dicit̃ in hystoria ecclesiastica apparuit ei in cauerna in qua flendo manebat. nã postq̃ negauit xp̃m in cauernam quandã intrauit que modo dicit̃ gallicantus vbi se totum ad lamẽta penitencie conuerrit. Ibi vt quibusdã placet in ip̃a resurrectionis die mgr̃ benignissimus visitauit

E

cum certificans illū de sui remissione peccati ob quod petr⁹ miro gaudio fuit affectus. Apparuit etiam eo die Jacobo minori qui feria sexta deuouerat se nō cōmesturū donec ypm viuū videret. Hanc apparitionē nō ponit euangeliū sed aplus eā recitat. j. Cor. xv. & etiā ordinē, quia primo dicit apparuisse petro, postea iacobo, qui ex hoc maxime iocundabat. Similiter ē letatus in resurrectione ypi ioseph ab arymathia. Legit nanq; i euāgelio Nicodemi quō iudei indignati contra ipm eo q ipm sepelierat ceperunt eū & in quodā cubiculo diligenter clauso & sigillato eū recluserunt volentes post sabbatū eum occidere. & ecce ypus in ipa nocte resurrectionis ad eū intrauit & osculum ei dedit. & inde saluis sigillis de carcere eū educens duxit in locum sepulture ostendēs sibi syndonem in quo eū inuoluerat & inde i domū suā in arymathia ipm adduxit. Tercia fuit iocunditas mulierū quibus ihesus ipa die resurrectionis apparuit añ discipulos. i ter quas apparuit primo Marie magdalene que vidit illū in specie ortulani vt dicit Joh. xx. Viderūt illū secū postea & alie marie, quib⁹ a monumento redeuntibus apparuit ihesus occurrens illis & dicens Auete. Ille aūt accesserunt & tenuerunt pedes eius & adorauerunt eum vt patet Math. vlti. Quarta fuit iocūditas angelor quib⁹ accidētale gaudiū accrevit p gl'ia ypi resurgentis, p liberatione patruz de de lymbo, etiā & p tocius leticia ecclesie militantis. Tercia iocūditas principalis dicit materna'is super ceteros etem ypo resuscitato letificatū est cor virginis Marie. Sibi nanq; vt pie creditur prius & ceteris benedict⁹ filius ei⁹ apparuit. ¶ Qd probari potest triplicater. Primo ex testificatione. Testat em hoc Amb. in li. de virginibus dicens. Vidit Maria resurrectionē dñi. & primo vidit & credidit, vidit maria magdalena q̄ uis ista dubitaret. Idē testat Sedulius antiquus doctor q primo apparuit virgini Marie domi remanenti. Sed cur domi manet. Respondet. Primo qz vere credidit resurrectuz vt dictū est. Scdo quia sēm August. omnib⁹ membris debilitata vix ad sepulchrū venire potuisset. Tercio qz discipul⁹ nō dimisisset infirmā, nec ꝺcludit q primo nō apparuit virgini matri, qz null⁹ euāgelistaz hoc asserit. nā ad hoc dicunt doctores q euangelistaz fuit officiū solūmō resurrectionis testes inducere, matrē aūt ad testificandū p filio inducere eos nō decuit. Si em verba extraneaꝝ femineaꝝ delyramenta visa sunt quō non magis matrē p filij amore crederēt delyrare. Nō ergo scripserūt euāgeliste q ypus apparuerit virgini matri ꝑstanti habuerūt. Etiā ido q solū scripserūt apparitiones illis factas qui de resurrectione ypi dubitauerūt ꝑ qz mater nō dubitauit igit. Scdo ꝓbat ex celebratione. Ad insinuandū nanq; q ypus resurgens apparuit virgini matri sancta romana ecclesia ipa resurrectionis die stationē celebrat apd sanctā Mariā maiorē vbi tempore

sancti Greg. dum ipe in die pasce missam cantaret ⁊ pax dñi pronũciaret angelus dñi alta voce respõdit. ⁊ cũ spũ tuo Ob quod cũ ipa die papa ibidem celebrat in huius miraculi testificationẽ. nihil sibi cum dicit pax dñi ⁊c. respõdet. Tercio probat ex conuenienti ratione. rationabile etem fuit vt filius resurrectione sua prius matrẽ letificarz quam amplius ceteris doluisse cõstat. ⁊ quia etiam eũ plus dilexit. Vnde Bern. Sicut maius gaudium sequit maior tristicia ⁊ ecõuerso. Sic maximũ gaudiũ xpo hodie fuit ꝙ post suã amarã passionem primo ostenderz se sue matri ⁊ deinde alijs electis. Hoc etiam fuit maximum gaudiũ virginis ĩ presenti tempore. Ideo angeli propter illud gaudiũ ammonẽt Mariã ⁊ laudant notabili cãtico non humanit⁹ ß angelice inuentũ ⁊ cõpositũ scz. Regina celi letare alleluia ⁊c. ¶ Hic cadit dubiũ dictum est supra ꝙ xps prius apparuit hodie mulieribus q̃z discipulis viris et angelus eis annunctiationem resurrectionis cõmisit dicens. Ite dicite discipulis eius ⁊c. ⁊ nõ commisit viris querit an hoc fuerit cõuenienter ⁊ bene actũ. Solutio dico ꝙ sic. decuit em primo quia sicut mulier fuit nuncia delicti mortis Gen. iij. vbi tentatio serpẽtis trãsiuit ad virum per mulierem. Sic etiã fieret nuncia gaudij vite. hãc rationem tangit Crisost. Scdo propter honorem feminei sex⁹. nã sexus virilis decoratur in xpo resurgendo. femineus in mulieribus nunciantibus. Nisi ergo mulier nunciasset a portione debiti honoris in dñica resurrectioue exclusa fuisset quod non conueniebat diuine iusticie que non accipit ꝑsonas hominũ. Act. x. Tercio hoc voluit dñs vt quod precesserat in merito precederet in premio. ⁊ qm̃ mulieres plus amauerant quia discipulis recedentibus non recedebant ß constanciores fuerunt. Item quia eum nõ negabant minus peccauerunt. Item quia viri nõ mulieres eum occiderunt. Ideo dñs in legatione resurrectionis eas viris dretulerat. Et quia propter iocunditatem huius diei consuetũ est ĩ aliquibus partibus aliquod solaciosum dicere quod risum honestũ ꝓuocat. Ideo addo quartã rationẽ ꝓpter quã non irascant mulieres si viderint viros ridentes quia audiuerunt tres rationes ꝑconium ipaꝝ extollentes que ratio quarta est hec. Quia xps voluit vt sua resurrectio manifestaret alijs. ß q̃a mulieres vix aliquid celare possũt ß quicq̃d audiũt hoc statim dicũt. igit ⁊c. ⁊ ꝓpterea nõ potuerunt obtinere priuilegiũ a papa audiẽdo ꝯfessiones etiã eaꝝ inuicem. dic exemplum de monialibus. vide ĩ discipulo de tempore ser. l. in fine.

Sermo alius de resurrectione. xliiij.

Vrrexit dominus vere Lu. vl. veritas iocundissime resurrectionis domini nostri Jhesu cristi a fidelibus cunctis diligentissime pariter ⁊ deuote ad mentem ẽ reuocanda. Quoniam per illam

eyurgere potest cunctoꝝ animus ad spem future ⁊ immortalis vite. Ipe em̄ ỹpus mortisq; peccati destructor multifariā resurrectionis sue veritatem patere voluit mundo vt sic nullus qui in eū credere nollet inexcusabilis redderet̄. Et vt euangeliū huius diei ꝫ discipulis euntibus in Emaus in specie peregrini se ostendit quē in fractione panis cognouerūt ex mortuis vere resurrexisse ꝑ ut alij discipuli dixerunt ipis. Surrexit dñs vere ⁊c. ¶ In quibus quidē verbis nota resurrectionis ỹpi veritas. Circa quā nota q ỹpus quatuor excellentissimis modis resurrexit scz cōgruenter. veraciter. feliciter ⁊ vtiliter. Primo ỹpus resurrexit congruenter id est debito tempore. nō em̄ distulit resurrectionē suā vsq; ad resurrectionē generalez nec statim vt mortuus est resurrexit ꝫ distulit vsq; in diē tercīū. Primo dico q ỹpus nō distulit resurrectionez suā vsq; ad resurrectionē generalē Et hoc rationabiliter ꝓpter tria. Prima rō fuit ꝓpter corpis dignitatē. Cū em̄ illud corp⁹ dignissimū foret ex eo q erat deificatū siue diuinitati vnitū non fuit decens vt tam diu sub puluere iaceret. Od̄ p nunciauit ꝓpheta dicens. Non dabis sanctū tuū videre corruptionē sanctū tuū id est corpus sanctificatum q in omni sanctitate ꝓceptū et cum diuinitate vnitum. Secda rō fuit ꝓpter fidei firmitatē. si em̄ non resurrexisset fides perisset. nec verum deum aliquis eum credidisset. sicut patz ī discipulis de quib⁹ nunc euangelista loquitur. Ipsi em̄ in via tristes ⁊ dolentes loquebantur de hijs que acciderant nō quasi credentes vt Theophilus ait ꝫ sicut stupentes in rebus extraneis. ꝓpterea ỹpus reprehendit eos vt patet in lr̄a euangelij. Tercia ratio fuit ꝓpter resurrectiōis nostre exemplaritatē. Si ergo ỹps resurrexit ergo ⁊ nos sperare possumus resurrectionem nostraz. j. ad Cor. xv. ait. Si ỹpus predicatur q resurrexit a mortuis quomō quidaz in vobis dicunt q resurrectio mortuorum non est. Et Greg. ī omelia inquit. Exemplo dominꝰ mō strauit quod promisit in premio. vt sicut illuz fideles resurrexisse cognoscunt ita in seipis in fine mūdi premia resurrexionis sperarent Et idem iterum ait. Non plus ꝫ triduanam mortē esse voluit ne si in illo resurrectio differretur in nobis oīno desperaret̄. ¶ Sed ꝫ cadit dubium vtrum ỹpus primꝰ fuerit resurgencium. ⁊ q sic videtur ex eo quia Apoc. j. vocatur primogenitus mortuoꝝ. Et. j. ad Cor. xv. aplus ait. ỹps resurrexit a mortuis primicie dormiencīū. vbi glo. Qua prius tempore ⁊ dignitate. Contrarium tamen videtur quia in veteri testamento per Helyam ⁊ Heliseum aliqui resuscitati leguntur. Similiter ⁊ ỹps ante passionem suam tres mortuos suscitauit. Insuper Math. xxvij. dicitur q inter cetera miracula in passiōe ỹpi visa. monumenta aperta sunt et multa corpora sanctorū qui dormierant surrexerunt. ergo non videtur q ỹpus fuerit primus ad resurgendum. Respondetur secundū

Tho. iij. par. q. liij. ꝙ resurrectio ē reparatio a morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripitur a morte. Vno modo in actu scz vt viuere incipiat qualitercunqꝫ etiam post morietur. Alio modo vt aliqs liberetur non solum a morte ꝫ etiā a necessitate ⁊ quod plus est a possibilitate moriendi. Et hec est vera et perfecta resurrectio. cuius respectu prima dicitur imperfecta. Loquendo ergo de resurrectione perfecta xp̄us est primus resurgencium quia ip̄e resurgendo primo peruenit ad vitam penitus immortalē Scd̄m illud ad Ro. vj. xp̄s resurrexit a mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur Sed resurrectione imperfecta quidam alij surrexerunt ante xp̄m ad premonstrandum quasi in quodā signo resurrectionez ip̄ius. De illis autem de quibus dicitur Mathei xxvij. varie loquuntur doctores. Nam Jhero. super Math. sentire videtur ꝙ surrexerunt ante xp̄m iterum morituri. In sermone vero de assumptione beate virginis hoc sub dubio relinquit. Remigius vero ait indubitāter credere debemꝰ vt qui resurgente domino a mortuis surrexerunt ascendente illo ad celos pariter ⁊ ip̄i ascenderunt. Illud est magis consonum pietati ꝙ resurrexerunt post xp̄m non iterum morituri. licet prima opinio sustineri possit. Ratio quia mors est pena peccati ⁊ ip̄i erant ab omni peccato vltimate purgati. Tū quia corporibus eorum fuerunt vnite anime glorificate. Ex qua vnione scd̄m August. in epistola ad Dyoscoꝝ efficiūtur corpora impassibilia ⁊ gloriosa. Resurrectio aūt illorum ponitur ab euāgelista ante resurrectionem xp̄i per quādaz anticipationez. Propterea ip̄e ait Et exeuntibus de monumentis post resurrectionem eius id est xp̄i scd̄m Nico. de lyra venerūt in sanctam ciuitatem ⁊ apparuerūt multis. ¶ Scd̄o dico ꝙ licz xp̄us resurrexerit. an̄ resurrectōz generalē nō tn̄ statim vt mortuꝰ ē resurrexit. sed distulit vsqꝫ in diem tercium. Et hoc rationabiliter ꝓpter tria. Primo ꝓpter significationem vt scz ex hoc significaretur quod lux sue mortis curauit nostram duplicem mortem. Hanc rationem assignat glo. super illd̄ Lu. vl. Oportuit xp̄m pati ⁊c. Scd̄a ratio fuit ꝓpter restaurandorum p̄figurationem quam tangit Petrus raueñ. dicens. Tres dies voluit xp̄us esse sue sepulture que ī celo sunt restauraturus. que in terra reparaturus que apud inferos redempturus. Tercia ratio fuit ꝓpter ꝓbationē vt scz probaret veritatem mortis eius vt sic clarius elucesceret veritas resurrectionis. Surrexit igitur dominus die tercia quod p̄dixerat Math. xij. Sicut inquit Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctibus sic erit filiꝰ hominis ī corde terre. i. sepulchro. scd̄m glo. Et ꝙ dicit tribus diebus ⁊ tribus noctibus hoc scd̄m August. libro. iiij. de trini. intelligitur per synodochen vt prima dies accipiatur scd̄m partem sui postremā. Scd̄a dies scd̄z se totā ⁊ integrā. Tercia scd̄z ꝑtē sui primā ⁊ sic erūt tres dies

¶ De hora vero resurrectionis varie loquuntur doc. nã quidã videtur dicere q surrexit media nocte. Quidãvo q surrexit in aurora. ratio aũt huius diuersitatis ẽ ex eo. q ꝑsiderant diuersimode in illa dilatione ꝯgruenciã quantũ ad nũerum horaꝝ. nã aliqui incipiunt tẽpus ꝯputare ab hora sexta qua dominus crucifixus est ⁊ tenebre facte sunt super vniuersam terrã. et isti ꝑtendunt tempus vsq ad mediam noctẽ inter diẽ sabbati ⁊ diẽ dominicum ⁊ sic ꝯputant triginta sex horas. quia tũc erat equinoctiuz vernale qñ ꝯpus dñs passus ẽ Aliqui inceperunt computare a sero in quo positus fuit in sepulchro et ꝑtendunt tempus vsq ad diluculum diei dñice. Licet ergo vt ait Bonauentura dist. xxij. tercj predicte opiniones videant differre tñ conuenunt in assignando cõgruenciam tpis. Et posset dici q in hora sibi non contradicunt. qa dupliciter dicit res fieri. Aut qñ fit scdm veritatem. aut qñ innotescit Et illi qui horã mediaz noctis assignant resurrectionis tempus determinant qñ primo fuit. Qui vero mane assignant tempus determinant qñ innotuit. Vel certe resurrectio fuit inter horã medie noctis ⁊ mane dñice. ⁊ quia medium denominatur ab extremis. Ideo aliqui dicũt fuisse in media nocte. aliqui vero in mane. ¶ Scdo ꝯps resurrexit veraciter siue vere pro vt dicit thema. Voluit nãq ꝯps dñs veritatẽ resurrectionis sue declarare sufficienter. Qd fecit tripliciter. primo verbo. scdo nũcio. tercio argumento. Primo ꝯpus declarauit resurrectionis sue veritatẽ verbo. qñ scz ante passionem ꝑnunciauit illaz. Vnde Math. xvij. post trãsfigurationẽ suã dixit. Nemini dixeritis visionẽ hanc donec a mortuis filius hoĩs resurgat. Et math. xx. postq̃ dixit q filius hoĩs erat crucifigendus subdit. Et tercia die resurget. Et Math. xxvj. passione sua iam de ꝑximo imminente dixit. Postq̃ resurrexero ꝑcedam vos in galileã. Scdo declarauit veritatẽ resurrectionis sue testimonio. Et hoc triplici. Primũ est celeste angelorũ dicenciũ. Surrexit non est hic qui apparuerunt in veste gloie ad ostendendum q gloriose resurrexerat. Scdm terrestre fuit triplex scz mulierũ vt hic in euangelio. Mulieres quedã ex nostris terruerunt nos que dicunt eũ viuere. Scdo militum Mathei vl. Ecce quidã de custodibus venerunt in ciuitatem ⁊ nunciauerũt principibus sacerdotum omnia q facta fuerant. Terciũ apostolorũ quoꝝ testimonium certissimũ fuit quia de visu. tactu ⁊ gustu vt hic in euangelio. Terciũ testimoniuz fuit infernale scz multorum qui cũ christo resurrexerunt vt supra. Tercio id declarauit argumento id est sensibili signo qd inducit ad alicuius veritatis manifestationem. Vñ Act. j. Prebuit seipm viuum in argumẽtis multis post passionem suã. Ostendit aũt ꝯps illa euidentissima signa siue vere resurrectionis ꝑpter duo. Primo q non erãt corda eoꝝ dispositta ad hoc q de facili fidẽ resurrectiõis acciperẽt

Vnde dixit eis in euangelio isto. O stulti ⁊ tardi corde ad credēdum Et Mar. vl. Exprobrauit incredulitatē illoꝝ. Scdo vt ꝑ hmōi signa eis ostensa efficaciꝰ testimonium illoꝝ redderet. Ipa aūt argumēta vel signa oīa simul sumpta oñdunt verā ⁊ gloriosam resurrectionem. ꝙ vera fuerit resurrectio oñdit xp̄s ex parte corporis ⁊ ex parte anime. Primo ex parte corporis Circa quod tria ostendit. Primo ꝙ esset verū ⁊ solidū nō fantasticū vel rarū sicut aer per hoc ꝙ palpabile prebuit. vnde ipe dixit Lu. vl. Palpate ⁊ videte quia spūs carnē et ossa non habet sicut me videtis habere. Scdo ostendit ꝙ essꝫ corpus humanū ostendendo eis verā effigiem quā occulis intuerentur. Tercio ostendit ꝙ esset idem corpus numero ostendendo vulnerū cicatrices. Ob quod dixit Lu. vlt. Videte manus meas ⁊ pedes meos quia ego ipe sum. Scdo ostendit veritatem resurrectionis ex ꝑte anime iterato corpori vnite et hoc per opera triplicis vite. ¶ Primo quidē ꝑ opus vite nutritiue in hoc ꝙ cū discipulis manducauit ⁊ bibit vt legit̄ Lu. vl. Et si diceret̄ ꝙ angeli in assumptis corporibus comederunt ⁊ biberunt. vt patet Geñ. xviij. de angelis quos abraham suscepit hospicio ⁊ tamen ex hoc nō cōcludit̄ ꝙ angeli habeant vera corpora naturaliter sibi vnita. ergo nec per hoc ꝙ xp̄s comedit posset argui ꝙ habuerit suū veruꝫ corpus iterū vnitū aīe. Rñdꝫ sanctus Tho. ꝙ ē alia rō de angelis. alia de xp̄o. nā angeli apparentes nō asserebāt se hoīes esse. ⁊ aliter xp̄s manducauit ⁊ aliter angeli. nā qꝛ corpora ab angel' assumpta nō erant corpa viua vel aīata. nō erat vera comestio licet esset vera cibi ꝯtricio ⁊ iniectio in interiorez partem copis assumpti. Vñ angelus dixit Thob. x. Cū essem vobiscum videbar quidē māducare et bibere vobiscū sed ego cibo inuisibili vtor. Sed qꝛ corpus xp̄i vere fuit animatū vera fuit eius comestio. Quia vt Augst. inquit nō potestas ꝫ egestas edendi corporibus resurgenciū auffert̄. quare xp̄s vere manducauit ptāte nō egestate Ideo Beda inquit. Māducauit pꝰ resurrectionē non quasi cibo indigens nec quasi nos in resurrectiōe quā expectamus cibis egere significans ꝫ vt eo mō naturā corporis resurgentis astrueret. Scdo ostēdit veritatē resurrectionis ꝑ opera vite sensitiue in hoc ꝙ discipul' ad interrogata respondit ⁊ presentes salutabat in quo ostendebat se et videre ⁊ audire. Tercio per opera vite intellectiue in hoc ꝙ cū eo oq̄bant̄ ⁊ de scripturis disserebant et ne q̄d deesset ad ꝑfectionē manifestationis oñdit se habere diuinaꝫ naturā ꝑ miraculū qd̄ fecit in captura pisciū ⁊ vlteriꝰ per hoc qd̄ eis videntibꝰ ascēdit in celū. Gloriaꝫ adhuc oñdit intrans ianuis clausis permittēs se videri ⁊ nō videri. vñ Greg. in omel'. Palpandā carneꝫ dñs prebuit quam clausis ianuis ī troduxit vt ⁊ post resurrectionem ostenderet corpus suum eiusdē nature ⁊ alterius glorie. Tercio xp̄s resurrexit feliciter q̄a in resurrecti

one corpus habuit glorioſum Qđ apparet triplici ratione. Primo q̄ dez quia reſurrectio ẏ̄pi fuit exemplar et cauſa reſurrectionis noſtre Sancti aũt in reſurrectione habebunt corpora glorioſa vt dicit ap'ls j. Cor. ẏv. Vnde cum cauſa ſit potior cauſato ⁊ exemplar exemplato multo magis corpus ẏ̄pi glorioſum fuit cum reſurrexit. Secũdo hoc appparet quia per humilitatē paſſionis meruit gloriam reſurrectionis. Tercio quia anima criſti a principio ſue ꝯceptionis fuit gloriosa per fruitionem ⁊ viſionez diuinitatis. Eſt autem diſpenſatione factum vt ab anima gloria nō redundaret in corpus. Ad hoc qđ miſterū noſtre redemptionis ſua paſſione impleret. Et ido peracto hoc miſterio anima ẏ̄pi ſtati in corpus in reſurrectiõe reaſſumptuz ſuaã gloriam deriuauit. Et ita factum eſt illud corpus glorioſum. De quo Phil. iij. ap'lus dicit. Reformabit corpus humilitatis noſtre ꝯfiguratū corpori claritatis ſue

O Sed nōnulli obijciunt ꝓpter cicatrices quas in corpore poſt reſurrectionem reaſſumpſit que ad quãdam corruptionem pertinere vidētur. Ad hoc reſponder ſctūs Tho. q̄ cicatrices ille erant in corpore ẏ̄pi poſt reſurrectionem nō ad corruptionem ⁊ deformitatem ſed ad dignitatem ⁊ decorem. vt Augu. dicit. xxij. li. de ciui. dei. Quare autem cum cicatricib⁹ reſurrexit plures a doctoribꝰ aſſignant rationes Prima ratio eſt propter gloriam criſti. Vnde Beda ſuper lucã. Nō inquit ex ipotēcia curandi cicatrices ſeruauit. ſed vt imperpetuum victorie ſue circumferat triumphū Secunda ratio fuit ad confirmãdam fidem circa reſurrectionem. Tercia ratio vt patri p nobis ſupplicans quale genꝰ mortis pro homine pertulerit ſemper oſtendat. Quarta ratio vt illas in tudicio ad confuſionem reproborum oſtēdat. Vnde Auguſt in lib. de ſym. ait. Inimicis vulnera demonſtraturus eſt ſua vt conuincens eos veritas dicat. Ecce hominē quem crucifixiſtis. videte vulnera q̄ inflixiſtis. agnoſcitis latus quod pupugiſtis quoniam per vos ⁊ propter vos apertum eſt. nec intrare voluiſtis ꝛc. ¶ Quarto ẏ̄ps reſurrexit vtiliter non ſine fructu ⁊ negligencia. Eſt autem vtilitas reſurrectionis quadruplex. Prima ē triumphus Criſti nobilis. Nam ita canit eccleſia. Mors ⁊ vita duello conflixere mirando dux vite mortuus regnat viuꝰ. Criſtus em reſurrectione ſua vicit mortem dyabolum ⁊ mundum. Primo vicit mortem Oſee. xiij. O mors ero mors tua ꝛc. Et. j. ad Corinthe. xv. Vbi eſt mors victoria tua. Abſorbpta eſt mors in victoria. Secundo vicit diabolum. Augu. Manu inermi et affixa cruci debellauit aereas poteſtates. Tercio vicit mundum. Johannis. xvj. Confidite ego vici mundum. Si ergo in nouiſſimo die glorioſe reſurgere volueris vade et fac ſimiliter. vince mundum diabolum et peccati mortem hodie. Secunda

p

vtilitas est spoliatio inferni mi-
rabilis. qꝛ xp̄us rex noster ꝯfregit
portas inferni ⁊ patres nr̄os inde
victoriose extraxit. zacha. ix. Tu
aūt in sanguine testamenti ⁊c. vt
supra. Tanta em̄ fuit victoria re-
gis nostri ꝙ inuasit inimicū vsqꝫ
ad domū suaꝫ ⁊ spolia que sibi pla
cuerunt abstulit ip̄o in vinculis re
legato. Sic ergo xp̄s surrexit vti
liter qꝛ flores sp̄uales id est sancto-
rum patrū animas de terra eduxit
tenebraꝝ. Et hoc declarat Aug.
in sermone pascali exēplo. Sicut
panthera triduo dormiens cū sur-
git odorem ita suauem de ore emit
tit vt quecūqꝫ animalia illū sense-
rint ip̄m sequūt̄. Sic ⁊ xp̄s tercia
die resurgens de spelunca inferni
odorē diuinitatis emisit. quem pa
tres pio affectu ⁊ plurimū oblecta
ti cum gaudio sequebant̄. Cañ. j.
Trahe me post te curremus ī odo
re vngentoꝝ tuoꝝ. Tercia est mi-
seratio ⁊ affectus venerabilis. q̄a
licet xp̄o post resurrectionē defue-
rit miseria non tn̄ ei defuit miseri
cordia. Quia q̄uis summe fuerit
sublimatus nō tn̄ oblitus est suoꝝ
et nostri. Nam apostolis ⁊ multis
apparuit ⁊ ꝯsolatus est eos ⁊ sp̄ū-
sancto repleuit. Joh. xx. Accipite
sp̄m̄ sctm̄ ⁊c. Prouerbiū c̄. Hono-
res mutant mores ꝫ rex nr̄ sum-
me honoratus in nullo ē mutatus
quin semp̄ circa nos paternū gerat
affectū ⁊ nr̄i misereat̄ tribuēs cha
rismatū dona et nobiscū maneat
ꝑ vt ꝑmisit Math. vl. Ego vobi
scū sum oībus dieb⁹ vsqꝫ ad ꝯsum
mationē seculi. Quarta ē recupa-
tio celestialis qꝛ ꝑ resurrectionē su
am recuperatus est nobis celestez
iherusalē que ē ciuitas nr̄a. Heb.
xiij. Nō habem⁹ hic manentē ciui
tatē ꝫ futurā inquiram⁹. Accipia
mus ergo baculū ⁊ capsellā vt pe-
grini ⁊ eam⁹ versus iherusalem qꝛ
recupata est via ⁊ secura. nā inimi
cus hūani generis qui eam ꝯculca
bat ⁊ ambulantes in ea capiebat
captus ⁊ cathenatus est. Est etiā
via abbreuiata. nā olim circuibat
per infernū. ꝫ nunc recto tramite
tendit versus celū ⁊c.

In die ascesionis dn̄i sermo. xlv

Ominus qui
dē ihesus postq̄ locut⁹
est eis assumpt⁹ ē ī celū
Mar. vl. Festiuitas hodierna scd̄z
Bern̄. est felix clausura ⁊ toti⁹ itine
rarij filij dei ꝯsummatio gloriosa.
¶ Siquidē dei filius ꝓpter nostrā
salutem quatuor itinera pegit. Pri
mū fuit de celo in terrā veniendo. A
quando carnē assumpsit de v̄gine
gloriosa. Joh. xvj. Exiui a patre
meo ⁊ veni in mundū. Illud iter
fuit penosum quia nature huma-
ne penalitates assumpsit. vsa. liij
Vere languores nostros ip̄e tulit.
⁊ dolores nostros ip̄e portauit. Se
cundū iter fuit de mundo ad infe-
ros descendendo quando sedentes
in tenebris visitauit. Eccīastici.
xxiiij. Penetrabo omnes inferio
res partes terre ⁊ inspiciam om̄es
dormiētes. illd̄ iter fuit victoriosuꝫ
qꝛ portas īferi ꝯfregit ⁊ diabolū li
gauit ⁊ spolia ei⁹ diripuit vt dicit
bern̄. vn̄ aug. Manu inerimi ⁊ affi
xa cruci debellauit aereas ptātes.
Terciū it̄ fuit de īferno ad mūdia

lem machinam redeundo quādo confractis inferis cum preda magna a mortuis resurrexit. Coll. ij. Expolians principatus ⁊ potestates reduxit confidenter ⁊c. Illud iter fuit gloriosum quia glorioſus ⁊ immortalis in anima ⁊ corpore resurrexit. Ro. vj. xp̄us resurgens ex mortuis iam non morit. Quartum iter fuit de mundo ad celum ascendendo ⁊ illud fuit gaudiosum quia cum magno gaudio angelorum remeauit ad celos. ps. Ascendit deꝰ in iubilatione ⁊c. Hoc iter peregit hodierna die qñ videntibꝰ discipulis postq̄ locutus est eis vt dicit thema assumptus est in celū.

B ¶ In presenti sermone duo venūt declaranda. primū de xp̄i in celum ascensione. scōm de hominis in celum ascēsione. Circa primum vt clarius materia ista intelligatur quatuor videamꝰ. primo quō ⁊ q̄liter xp̄us ascendit in celū. scdo q̄re ⁊ ad quid ascendit. tercio in quo ascēdit. quarto qñ ascendit. Quātum ad primū dico q̄ xp̄s ascendit victoriose. glorioſe. manifeste. velocissime. lete honorifice. Primo ascendit victoriose q̄ cū magna victoria. nā ipe vicit mundū. reliquit dyabolū. expoliauit infernū. euacuauit pctm. destruxit mortez ⁊ reddidit vitam. aperuit paradisum recupauit celū. ⁊ breuiter oia forcia vicit. Apoc. v. Vicit leo de tribu iuda. Vñ canit eccīa. Redit cū victoria capta ducens spolia. Secundo ascēdit glorioſe q̄ glorioſus in aīa ⁊ corpe sine pctō. īmortal' impassibilis ⁊c. ⁊ breuiter cū oīb dotibꝰ corpis xp̄s ascēdit. phil. iij. Qui reformabit corpus humilitatis nr̄e ꝯfiguratū corpi claritatis sue. nō tñ eodē modo vt dicit sanctus Tho. in. iiij. di. xlix. Qm̄ corpus xp̄i erat glorioſum p̄ naturaz deitatis que illi vniebat. In nobis aūt nō sic ꝑ dotē claritatis. Tercio ascendit manifeste Act. j. Videntibꝰ illis scz aplis ⁊ aliis elevatus est. Joh. xvj. Vado ad eū qui me misit ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. glo. palaz ascēdam ⁊ nemo interroget quod visui corporali cernat. ¶ Sed quare videntibus illis ascendit primo vt ascensionis eius testes essent Act. j. Eritis mihi testes in omni iudea ⁊ samaria ⁊ vsq̄ ad vltimum terre. Scdo vt eum sequi desiderarent. Inde stupefacti stabant admirantes. Act. j. Viri galilei q̄d statis aspicientes in celū ⁊c. Quarto ascēdit velocissime. vñ dr̄ volasse tanq̄ venti vel angeli. Vñ ps. Ascēdit sup cherubin ⁊ volauit super pennas ventoꝝ. Ascēdit super cherubin. i. sup angelos de choro cherubin. ymo sup oēs angelos et sup oēs celos. Ephe. iiij. Qui descēdit ipe ē q̄ ascēdit sup oēs celos ⁊c. Potuit xp̄s sup cherubin ascēdere. q̄ movebaī nō vtute nature sicut vēti ꝑ vtute glie p̄ quā corꝑ suuz habebat dotē agilitatis ñ tñ motꝰ iste fuit ita velox q̄ ascēdisse in instanti. Hoc em̄ repugnat motui corpis locali q̄ optet q̄ ꝑmeaī spacio vt dr̄. vj. phisicoꝝ. vñ movebatur ea velocitate q̄ ds disposuerat ⁊ p̄ vt expediebat vt discipli eiꝰ videre possent. Revera volavit ascēdit. refert enim rabi Moyses ma-

vimus astrōnimus quod a terra vsq; ad supremū celum sit tantum spacium quantū devia planavn⁹ iret in septem milibus septingētis annis si tantū viueret. si tamē quolibet die quadraginta miliaria ytalica iret. ¶Quinto ascendit lete siue iocunde quia cum magno trium dio ⁊ iubilo. ps. Ascendit deus in iubilatione. Reuera xp̄i ascensio erat iubilosa. Primo sibi p̄ pter operis sui consummationem Homines multum solent gaudere quando magna opera laudabili fine peregerunt. Sicut xp̄s opus suum sibi a patre celesti cōmissum laudabiliter expleuerat. Joh. xvij Opus consummaui quod dedisti mihi. Et moriēs dixit Joh. xix Consummatū est scz quicq̄d sibi erat a patre commissum. Secūdo ascensio xp̄i fuit iocūda angelis p pter ruine reparationē. De quo in p̄s. Judicabit nationes ⁊ implebit ruinas. nā ex omnibus chorīs angeli ceciderunt ꝓsencientes lucifero ⁊ peccato eius. Hanc ruinā xp̄s hodie ascendendo reparare incepit O quantū gaudiū fuit angelis in xp̄i ascensione qñ viderunt tantā multitudinem aīaꝝ ad chorum eorum transeuntem. Potuerunt dicere illud Apo. xix. Gaudeam⁹ ⁊ exultemus ⁊ demus gloriam deo qr venerunt nuptie agni. Tercio fuit iocunda patribus de lymbo ꝓvenientibus scz propter carceris liberationem ⁊ ppter regni celestis adeptionem ⁊ angelorum associationem. De hijs ysa. lij. Eleuauerunt vocem suam deum laudantes scz de liberatione. ⁊ simul laudantes de regni adeptione quia oculo ad oculum viderunt faciem domini ⁊ delectabilem societatem angelorum. Item gaudebant patres p pter humane nature sublimationem vltra angelos in xp̄o Jhesu Ideo Greg. in omel. ascensionis. Nascente domino videbatur humiliata deitas. ascendente vo domino exaltata est humanitas ex hoc fuit gaudium patribus. Quarto eius ascensio fuit iocunda discipulis. Nam Lu. vl. dicitur. Jpi adorantes regressi sunt in Jherusalē cum gaudio. Sexto ascēdit honorifice quia cum magna multitudine. p̄s. Ascendit in altum captiuaz duxit captiuitatem id est eos qui a diabolo fuerunt captiuati. Proverb. xx. Honor regis multitudo populi. O q̄ cum magno honore susceptus est hodie. Jhero. Omnes virtutes angelice xp̄o venerunt obuiam. Impletum est illud p̄s. In veritate deduxisti me ⁊ cum gloria suscepisti me. ¶Scōm declarādum est quare ⁊ ad quid xp̄us ascēdit. Dico q multiplici ratione cristus ascendere voluit. Primo vt sanctos patres quos de lymbo extraxerat in locum eterne pacis adduceret. Deutrono. iij. Reducet te dominus deus tuus de captiuitate tua. zacha. ix. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non est aqua. id est sanctos qui captiui detinebantur. Secundo vt nobis viam salutis ostenderet et locum pararet. Michee secundo. Ascendit iter pandens ante eos. ad hebre. iiij. Habemus pontificem mag

num qui penetrauit celos ihesum filiū dei. Duo erant loca. vnus vbi tristicia ⁊ mors vt infernus. Alter in quo vita ⁊ consolatio. via primi loci erat notissima ysa. v. Infernus dilatauit animam suam et aperuit os suū absq; vllo termino et descenderūt fortes ⁊ sublimes. et gloriosi ad eum. Sed viam in celum nullus sciuit quia ante semp fuit clausa. Sed ypus hodie ascendendo ostendit ⁊ patefecit. ps. Notas mihi fecisti vias vite. Tercio vt pro suis redemptis apud patrē aduocaret. j. Joh. ij. Si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrem Jhesum ypm iustū. ⁊ ipse est propiciatio pro peccatis nostris et nō pro nostris tantū sed etiam pro totius mundi. ¶ Et Hebr. vij. Accedens per semetipsum ad patrē vt pro nobis īterpellat. Gre. in omel. Maria stabat. dicit ascēdo ad patrem meum per naturaz et vestrum per graciam. ¶ Ad tercium in quo ascendit dico q ascendit in nube Act. j. Et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Sz queritur an ypus indiguerit ministerio nubis. Dico q nō sed per hoc ostēdit q omnis creatura parata ē obsequi suo creatori. Nam vt probat sanctus Tho. iij. parte. q. lxxiij. ypus virtute ppria non que hūane nature naturalis ß que est virtus diuine et aīe sue beate ascendit. ex cuius redundancia glorificatā corpus q; scdm Aug. Tanta ē obediēcia glorificati corpis ad animam q vbi vult spūs ibi primus erit et corpus ppter dotē agilitatis ⁊ sic illi termino assumptus ⁊ eleuatus ferebatur in epla ⁊ euangelio licz videnter significare quid alterius ammineuli proprie tamē ⁊ ex propriis viribus ypm ascendisse important etiam scdm humanam naturam ⁊ hoc virtute glorie ipius anime quia virtute anime glorificate volentis corpus ypi ascendit in celum. ¶ Ad quartū quando ascēdit Dico q quadragesima die post diem sue resurrectionis ascēdit. Act. j. Per dies quadraginta apparens eis ⁊c. ¶ Qua sicut ypus per quadragīta septimanas fuit in vtero matris et p quadraginta dies ieūmauit. et p quadraginta menses p̄dicauit. et p quadraginta horas fuit mortuus. ita p quadraginta dies post resurrectionem suam apparuit eis et doctrinam quaz p quadraginta menses eis tradidit per quadraginta dies immortalis factus per multa argumenta confirmauit. post quos hodie ī celū ascendit ⁊c. Sed quare nō statim post resurrectionē ascēdit dico ppter duo. Primo vt per multos dies et p multa argumēta se gloriosum resurrexisse approbaret. Erat em̄ hoc valde difficile credere cū null⁹ vnq̄z surrexit gloriosus. Fuit ergo necessariū aliquot dieb⁹ oīno ypm resurrectionē suā p multa argumēta pbare ne posteri dubitarent. Vnde Leo papa. Dubitatum est ab istis ne nos dubitaremus. Probatum est illis vt nos firmiter teneremus. Secundo vt discipulos et matrez suam de tristicia mortis sue consolaretur et discipulis veram fidē. spem firmam et amorem generaret que omnia iam p̄diderant Lu.

xxiiij. Nos aūt sperabam⁹ ⁊c. q. d.
H ß ampli⁹ nō speram⁹. ¶ Vlteri⁹ q̄-
rit̄ vbi xp̄s fuit medio tp̄e p̄ istos
quadraginta dies. Ad hoc dico q̄
xp̄s resurgens a mortuis secū dux-
it omnes animas. que ab origine
mūdi erant in lymbo sanctoꝝ pa-
trū ita q̄ ille loc⁹ omnino vacuus
remansit ⁊ stetit cū eis in hoc mū-
do. Sed vbi steterit nec sacra scri-
ptura. nec ecclesia. nec aliquis do-
ctorum aperte determinauit. Po-
tuit em̄ esse in terra ⁊ si nō videret̄
sicut legit̄ de sancto Bartholomeo
q̄ potuit se abscondere ⁊ facere in-
uisibilem in illa ciuitate vbi quere-
bat̄. si voluit ergo a forciori corp⁹
xp̄i gloriosum cū omnia corpora
gloriosa ostēdere vel occultare ad
libitum se possunt. Quantuz vero
ad partez determinatā credit̄ ma-
gis q̄ fuerit circa iherusalez ⁊ illas
partes ad discipuloꝝ consolationē
cū quibus eis tunc crebra fuit ꝯuer-
I satio scd̄m sanctū Tho. ¶ Scd̄m
principale declarandū est de homi-
nis ascensione. Ad cuius euidenci-
am nota q̄ xp̄s ascensurus in celū
quatuor fecit ad nostrā instructio-
nem quia cōmedit. egressus est ci-
uitatem ⁊ benedixit aplis. Hec q̄-
tuor ascensuri in celū scz in mortez
nos facere debemus. Primo enim
ꝯmedere debem⁹ scz corpus xp̄i di-
gne summere Joh. vj. Ego suz pa-
nis viu⁹ qui de celo descendi. si q̄s
mādūcauerit ex hoc pane viuet in
eternū id ē nō morietr̄ ß transit de
morte ad vitam. Jdeo cib⁹ iste vi-
aticū appellat̄ q̄r nos ducit ad vi-
tā eternā. Scd̄o debem⁹ exire ci-
uitatē id ē omnia carnalia ⁊ mū-
dana funditus deserere ⁊ desideriū
nostrū ab eis totaliter eleuare ⁊ so-
lum spiritualibus inhyare. Gen̄.
xij. Egredere de terra tua ⁊ de co-
gnatione tua ⁊ de domo p̄tris tui
ꝓpter quod ihesus vt sanctificaret
per suū sanguinē populū extra por-
tas passus est. Exeamus ergo ad
eū extra castra omnia terrena per
desideriū relinquendo. Hic cadit
exemplum in spe. dis. ix. c. ix. illi⁹
diuitis qui ita amare fleuit ī mor-
te q̄ tot bona relinquere debebat.
qui postea apparuit dicens q̄ dā-
natus esset. Tercio debemus ascē-
dere montem fidei ⁊ spei per contē-
plationē quia debemus credere et
sperare illam beatam vitā Thob.
ij. Filij sanctorum sumus ⁊ illam
beatam vitam expectamus. Debe-
mus ergo versus celū dirigere ocu-
los mentis nostre sicut ad locū no-
stre quietis. Sicut fecit beat⁹ mar-
tinus qui ꝓpe mortez ait. Sinite
me celum videre vt spirit⁹ diriga-
tur ad dn̄m. Et beatus Augusti.
ante septem dies obitus sui septez
psalmos penitencionales scriptos
fecit figi in pariete ante occulos et
mandauit q̄ nullus ingrederet̄ ad
eum vt totus esset intentus ad ce-
lestia. Quarto debemus omnibus
benedicere id est omnibus parcere
⁊ bonam voluntatem habere sicut
fecit Cristus dicens Patrer dimitte
illis quia nesciunt quid faciunt.
Lu. xxiij. Exemplum de ascensio-
ne domini vide in speculo exemplo-
rum distinctione nona. c. lxxix.
de quodam milite ⁊c.

Sermo alius de ascensione do-
mini. Wann. vj.

Sermo XLVI

Scendit deus in iubilatione ⁊ dñs in voce pube. ps. xlvj.

Tota xpi vita ⁊ doctrina. omnia eius miracula passio mors ⁊ resurrectio probata sunt ⁊ confirmata in xpi ascensione. Sicut em̄ ipe ꝓpria virtute resurrexit. ita ꝓpria v̄tute in celum ascendit ⁊ aīas quas redimerat potenter ⁊ cū gaudio ī celum perduxit. quis em̄ nollet credere doctrine vite ⁊ miraculis illi⁹ qui sic patenter in celum ascendit Certe nullus sane mentis sed a fide alienus ⁊ in malis obstinatus. Ideo hodie sancta mater ecclesia solennizat festū ascēsionis dñi nr̄i ihesu xpi. quod ē est precipuū inter solennitates quas agimus de misterio incarnationis dñi nr̄i ihesu xpi. ¶ Vnde sicut dicit Innocentius in quodam sermone de ascensione. Tres precipue solennitates in lege celebrabant̄. videlicet solennitas azimoꝝ. penthecostes id est solennitas hebdomadarum. a penotha quod est quinq̄ ⁊ coste decem Et scenophegia id est solennitas tabernaculoꝝ quas in euangelio. nō ad litteram ꝫ in spiritu celebramus. pasca in resurrectione. scenophegia in ascensione. penthecostes in spiritussancti paracliti missiōe Scenophegia em̄ fixio tabernaculorum interpretatur. eo ꝙ popul⁹ israhel quadraginta annis sub tabernaculis commoratus est in deserto. In cuius rei memoriam iudei adhuc celebrant scenophegiam habitantes in tabernaculis. porro tabernaculum est corpus christi assumptum in quo sub humanitate latet diuinitas. De quo dicit p̄s In sole posuit tabernaculū suū hoc vtiq̄ tabernaculū in carne mortali xp̄us non figebat qm̄ exultauit vt gigas ad currendam viam. discurrens de loco in locū vt susceptum misterium impleret. ꝫ tunc fixit tabernaculum suū cū assumptus in celum sedet ad dexterā dei. requiescens in patrimonialib⁹ bonis donec ponat inimicos suos scabellum pedum suoruz. Ideo hodie ad figendum tabernaculum suum in celis ascendit in iubilo ⁊ in voce tube iuxta thema. Pro gr̄a aue maria. ¶ Ascendit deus in iubilo ⁊c. vbi supra. In p̄dictis verbis thematis duo nobis veniunt consideranda pro laude et gloria xp̄i dñi ascendentis. Primo gaudiū et leticia xp̄i dñi et associantis exercitus sui cum dicitur. Ascendit deus ī iubilo. Scd̄o applaudenciū siue cōmeancū son⁹ exterior cū subiūgit̄ Et dñs in voce tube ⁊c. Circa primum est notandū ꝙ in hodierna festiuitate singulariter debem⁹ spiritali gaudio xp̄o dño gaudere qꝛ ipe carnem nostram vt frater noster hodie trāsuexit in celū. Alioquin saluator noster improperabit nobis dicens. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ quia vado ad patrem Joh. xiiij. ¶ Pro quo ē notādum ꝙ merito gaudere debemus quia dñs noster ihesus xp̄us hodie ascendit letanter. potenter et glorianter. Primo letāter propter se. quia penam euaserat. Scd̄m illd̄ p̄s. Dirupisti vīcula mea et tibi sacrificabo hostiam laudis. Scd̄o

potenter propter demones quos superauit scdm illud ps. Quis ē iste rex glorie dns virtutū ipe est rex glorie. Tercio gloriante propter suos quos redimerat scdm illd salvatoris Luci. viij. Amice ascende superius ⁊ erit tibi honor coram simul discumbentibus. ¶ Tercio notandum q̄ dns ascendit in iubilo sanctarum animarū quas de lymbo redimerat. Ille autem anime tribus de causis iubilabāt. Primo quia erant de captiuitate erepte. scdm illud ps. Captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominib⁹ Scdo quia societatem angelorum sanctorum sunt adepte scdm illud Osee. j. Congregabunt filij iuda. id ē sancte anime ⁊ filij israhel pariter scz in ascensione quia statim sequitur. ⁊ ponēt sibimet caput sum vnū ⁊ ascendent. Tercio quia ad celū iam erant ducende scdm illud Michee. ij. Ascendit iter pandens ante eos. Ex illo patz q̄ dominus ascendit in iubilo sanctorū angelorum ⁊ sanctarum animarum Tercio ascendit in iubilo sanctorum apostolorum ⁊ aliorum xpi discipulorum. ⁊ merito quia cum tam potenter viderunt ascendere quez tā humiliter crucem ascendisse sciuerunt. ¶ Necesse ergo erit vt et nos iubilemus quia hodie nobis viaz gaudēdi tribuit tripliciter. Primo quia hodie credentibus ianuā regni aperuit. Ideo dixit Stephanus Act. vij. Ecce video celos apertos ⁊c. Secundo quia locuz nobis preparauit scdm illud Joh̄ā. xiiij. Vado parare vobis locum. Tercio quia semper pro nobis patrem interpellat. Scdm illud Ro. viij. Qui etiam interpellat pro nobis. Tunc aūt vere xp̄us nobis preparat locum in celis qñ hic disponit animas nostras ad se diligendum in terris. quanto em̄ anima hic accendit̄ ad diligendum deum ⁊ primum tanto altior sibi mansio siue locus p̄parat̄ id est ad ibi manendum a deo deputatur. Debemus ergo quotidie post xp̄m ascēdere bono desiderio pura intentione ⁊ vera contritione. Cōtricio em̄ est clauis regni celestis. Ideo dns dixit petro. Tibi dabo claues regni celoz. Cum em̄ homo plorat p peccatis habet vnam clauem. quā do aūt flet pro amore patrie habet scdam clauem. Si ergo ascendere post xp̄m volumus necesse est vt omne quod est onerosum proiciamus. videlicet voluptatem corporalem que nos onerat ⁊ aggrauat interius ⁊ superfluam curam rez temporalium que nos aggrauat exterius. Ex illis patet q̄ illi qui se inpinguant ⁊ viuunt in delicijs ⁊ voluptatibus huius mundi parum curant de ascensione in celuz Nam ascensus in celum habet iter arduum artum ⁊ longum. Ideo si vis ascendere debes esse leuis id est pauper spiritu. Et quia iter est artum debes esse modicus ⁊ gracilis id est humilis. Et quia est longum oportet te esse constantem. p̄seuerantez ⁊ pacientem. Has tres virtutes si quis habuerit sequitur agnum quocunq̄ ierit. Scdo dixi in verbis thematis tangi sonū siue vocem angelorum assistencium siue applaudencium ⁊ aliorum san-

ctorum cum dicitur. Et dñs in vo
ce tube ꝛc. ¶ Pro quo notanduz ꝙ
E in ascensione xp̄i triplex fuit. vox
tube. Prima angelorū commean-
cium qui dixerunt illud Act. j. Vi
ri galilei q̄d admiramini aspiciē-
tes in celum. Scd̄a vox erat ange
lorum admirantium qui precede-
bant vt celi portas aperirent. Et
clamabant illud p̄s. Attollite por
tas principes vestras. Et alij re-
spondebant. Quis est iste rex glo-
rie ꝛc. Illud etiam exponi potest
de portis inferni. quas xp̄us post
mortem confregit. Tercia vox fu-
it angeloꝝ interrogancium ꝛ dicē
ciuz illud ysa. lxiij. c. Quis est iste
qui venit de edom id est de mun-
do tinctis vestibus ꝛc. Et sequit̄
quare rubrum est vestimentū tuū
F ¶ Pro maiori intellectu dictorum
est notandum ꝙ triplex fuit cristi
ascensio. Primo enim ascendit in
crucem. Scd̄o in mōtem oliueti.
Tercio in celum de primo dicitur
in canticis in persona filij dei. Di-
xi ascendam in palmam ꝛ appre-
hendam fructus eius. Canticoruz
vij. id est omnes saluādos ad me
traham. palma enim fuit quarta
pars crucis. illa videlicet in qua tē
debantur brachia. fructꝰ palme fu
it passio resurrectio ꝛ ascensio ꝛ spi
spiritussancti missio. Et dicit no-
tanter dixi ascendam in palmam
Dixi id est firmiter ante secula di-
sposui apud patrem ascendam in
palmam id est in crucem. Palma
in floribꝰ est aspera. in parte supe-
riori lata ꝛ pulchra. Cuius fructus
est dulcis ꝛ delectabilis. Per aspe-
ritatem em̄ vite peruenit̄ ad sum
mitatem glorie ꝛ amenitatē. De
scd̄o per hoc ꝙ ascendit in montē
oliueti docuit nos ꝙ per opera mi
sericordie que per oliuam signifi-
cantur facilior est ascensus in celū
Et bene mons oliueti superposuꝰ
est valli iosaphat quod iudiciū so
nat ac si ex situ ip̄ius loci dicatur
illud Jacobi. ij. Misericordia sup̄
exaltat iudicium. Tercio ascendit
in celum quasi suis militibus sti-
pendia daturus scd̄m illd̄ p̄s. Ascē
dens in altum dedit dona homi-
nibus. De hac saluatoris nostri a-
scensione dicit August. Et habet̄
in glosa sup̄ Apoc. xij. Raptus est
filius eius ad deum ꝛ ad thronum
eius. Sic raptus est dei filius ab
humanitate ad diuinitatem. In
trāsfiguratione. a passibilitate ad
immortalitatem in ascensione. q̄a
quantus fuit descensus a sinu p̄ris
ad patibuluz crucis tantus fuit a-
scensus a patibulo crucis vsq̄z ad
dexteram dei patris. Et Grego.
in quadā omel. sic ait. Vultis sal
tus eius cognoscere. de celo venit
in vterū. de vtero venit in presepi
um. de presepio in crucis patibulū
de cruce venit in sepulchrum ꝛ de
sepulchro redijt in celum. Ex om
nibus illis patet. ꝙ sicut Cristi
descensus fuit in summa humilita
te. ita eius ascensus cum maxima
gloria ꝛ exultatione. Ex quo ha-
bemus ꝙ aptissimi gradꝰ ad ascē-
dendum in celum sunt gradus hu-
militatis teste saluatore Lu. xviij
Omnis qui se exaltat humiliabit̄
et econuerso. ¶ Dubitatur circa di- G
cta de ascensione xp̄i an xp̄us eo
mō ascenderit in celū sicut Enoch

et Helyas in paradisum. Respondet q̄ non est omnimoda similitudo quia Enoch ⁊ Helyas non ꝓpria virtute ꝑducti sunt in celum. ꝑ dei virtute. sed xp̄us dn̄s ꝓpria virtute ascēdit in celū Vnde Greg. i omel. hodierna. Sicut Joseph a fratribus suis venditus venditionem dn̄i ac saluatoris nostri significauit. sic etiam Enoch translatus atq; in celum aereum Helyas subleuatus ascensionem dn̄icam designauit. Ascensionis ergo sue dn̄s prenuncios et testes habuit. vnum ante legem alium sub lege vt qn̄q; veniret ille qui veraciter celos ꝓpria virtute penetrare possz nam enoch translatus. helyas vero in celum subuectus memorat̄ vt postmodū veniret qui nec trāslatus nec subuectus celum ethereū sua virtute penetraret. Hec greg. vbi supra. Ex illis infert q̄ dn̄s ī sua ascensione ostendit suam potenciam. Patet illd̄ quia ante hoc ostenderat se dominum maris qn̄ super mare ambulauit ⁊ eoruz que sunt in mari. quando stateram in ore piscis inueniendam predixit. Math. xvij. Et quando magnaz multitudinem piscium discipulos capi fecit. Lu. v. ⁊ Joh. xxj. Ostenderat etiam ante hoc se dominum terre quando in eius passione contremuit. ⁊ eorum que sunt in terra quando infirmos sanauit ⁊ mortuos suscitauit. Ostenderat etiam ante hoc se dominum inferni quādo vectes ferreos confregit. ⁊ eoꝝ que sunt in inferno quando demones ligauit ⁊ sanctos patres inde eduxit. Nō ergo restabat aliud nisi q̄ nunc se etiam ostenderet dominum aeris ⁊ celi. quod fecit hodie quando se ostendit dominum aeris ⁊ eorum que sunt in aere ⁊ celi. ⁊ eoꝝ que in celo aeris cum propria virtute per aerea ascendit. eorum que sunt in aere cum eum nubes lucida baiulauit. Celi dominū se ostendit cum ip̄e sibi ip̄i celum aperuit. eorum que sunt in celo quādo ip̄i angeli baiulantes eum in celum comitati sunt. ¶ Sed tunc diceret quis an aliqui ascenderint cū xp̄o in corpore ⁊ anima. Ad hoc respondetur sc̄dm beatum Jhe ron̄. q̄ ip̄e reliquit hoc sub dubio. Aug. tamen in quodam sermone de resurrectione sic ait. Quorum sepulchra in resurrectione domini sunt patefacta horum corpora xp̄o resurgente de puluere sunt suscitata Decebat enim vt ille primo resurgeret. deinde illi. sicut dicit apl's paulus. xp̄us resurrexit a mortuis primicie dormiencium. Et sicut cum domino resurrexerunt ita cum eo ascendente etiam ip̄i ascendisse creduntur. Hec Augusti. vbi supra. Idem dicit expresse beatus Remigius. ¶ Sed tunc dubitatur quid facere debeamus vt post xp̄m etiam in celum ascendamus. Ad hoc breuiter respondetur q̄ sicut xp̄us per septem gradus descendit ⁊ ascēdit ita ⁊ nos per septem grad⁹ ad ip̄m debemus ascendere. Septem gradus ascensus ⁊ descensus cristi De sinu patris venit in vterū virginis matris. De vtero venit in p̄sepium. De presepio in mundum. Et de mundo in iordanem. De iordane ⁊ de mūdo ascendit in crucez

De cruce descendit in sepulchrum. ⁊ in lymbum. De sepulchro resurgens apparuit mundo. de mundo ascendit in celum. Hos septē gradus describit Ambro. in li. de ysaac tractans illud verbum. Ecce ille veniet saliens in montibus dicens. Saltu qudem venit in hunc mundum. apud patrem erat in virginem venit. ex virgine in presepe transilijt. descendit in iordanem. ascendit in crucem. descendit in tumulū. surrexit ex tumulo et sedet ad dexteram dei patris ⁊c. Primꝰ ergo gradus in quo de sinu patris venit in vterum virgnis. illuz primum gradum tangit Ambro. vbi supra ⁊c. dicens. Apud patrez erat in virginem venit. Iste fuit gradus mire humilitatis. Magna em̄ humilitas est quando dominus ī duit habitum serui. Maior quando se conformauit ⁊ similem fecit seruo faciendo scilicet opera seruilia. Maxima quando moritur ꝓ seruo. Istam excellentem Cristi humilitatez ostendit apostolus dicens ad Philip. ij. Exinauiuit semetip̄m formam serui accipiens. Ecce quia se conformauit ⁊ similem seruo fecit in operibus seruilibus quia voluit legi subijci. voluit circumcidi. voluit in templo presentari. voluit seruis ministrare ⁊ eorum pedes lauare in similitudinem hominum factus ⁊ habitu inuentus vt homo. Ecce quia induit habitum serui humiliauit etiaz semetip̄m factus obediens vsq; ad mortem. Ecce ꝙ mori voluit pro seruo ⁊c. Secundus gradus ē quo de vtero venit in presepium. Istū gradum tangit Ambrosius dicens Ex virgine in presepe prosilijt. et iste fuit gradus mire asperitatis. Nonne est magna asperitas durū habere lectum. maxime homini grandeuo ⁊ vestimentis mollibꝰ consueto. q̄ mangnum tūc est quādo illa tria cōcurrunt quia ⁊ lectus durus puer tener ⁊ delicatus ⁊ pannis vilibus in volutus. Certe tanto maior asperitas esse videtur ista tria tangit angelus Lu. dicens inuenietis infantem. Ecce puer q̄ delicatus pannis involutum ecce q̄ vilibus pannis inuolutus ⁊ positum inp̄sepio ecce q̄ durus lectus Tercius graduus est quo de vtero venit in mundum sez permanifestacionem. Istū tangit ambrosiꝰ cum dicit descendit in iordanē tunc enim se primo mūdo manifestauit per patris vocem per columbe speciem. Et ꝑ Johānis testificacionē Et iste graduus quo in mundum venit fuit mire paupertatis ispe em̄ pauper fuit in vita quia nō habuit domum ad habitandū ⁊ in morte quia non habuit in cruce tabulā ad caput inclinandum. Sed Pylatus postmodum eam fecit affigi post mortem. quia non habuit sepulchrum ad quiescendum. Juxta illud Math. viij. Vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos ⁊c. quasi diceret. Non habeo foueam sicut vulpes id est sepulchrum in quo possum in morte quiescere nec habeo nidum sicut volucres id est domum in qua possum in vita habitare. nec habeo ceruicale in quo possum in cruce caput reclinare. Quartus gradus est in quo de mū

do ascendit in crucem. et iste fuit mire charitatis scdm illud Johannis. xv. Maiorem hac dilectionez nemo habet vt animam suam ponat quis pro inimicis. Ibi enim totus fuit igne amoris plenus ⁊ totus caritate succensus. Quod manifestatur per ignem ⁊ sudorem. ⁊ per vestium denudationem et per sitim vehementem. ⁊ per ruborem et sanguinis impetuosam effusionem quia enim intus ebulliebat. Ideo aperto vulnere foras cuz impetu emanabat in musto. Quintus gradus est quo de cruce descendit in mundum ⁊ inde in lymbum. et iste fuit gradus mire pietatis. Magna enim pietas fuit ⁊ misericordia quando illos sanctos patros qui erant in lymbo desolati visitare voluit. Scdm illud ysa. ix. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam in regione vmbre mortis lux orta ē eis Ipsi enim desolati erant visione diuina. Ideo dicitur. Populus qui ambulat in tenebris ⁊c. Cum enim debebāt esse in celo empireo erāt in loco infimo ⁊ tenebroso. Et cū deberent habere societatem angelorum habuerunt vicinitatem demonum. Quia lymbus patrū erat inferno vicinus. Ecce ꝙ desolati fuerunt. Illos ergo sua presencia illustrauit ⁊ letificauit. Sextus gradus est quo de tumulo resurgens apparuit mundo. Et iste gradus erat mire felicitatis. quia amplius non moriemur. Scdm illud ad Roma. vj. Cristus resurgens ex mortuis iam non moritur. Ideo post passionem suam ruptis vinculis mortis infirmitas in virtutē. mortalitas in eternitatem ⁊ contumelia in gloriam transiit. Septimus gradus est quo ascendit de mundo in celum ⁊ sedet ad dexteram patris. Et iste fuit gradus mire maiestatis. Ceteri sex gradus iudicant cristi humilem descensum Iste vero vltimus ostendit eius gloriosum ascensum. ¶ Fuit autez iste ascensus gloriosus propter modum quo ascendit. et propter terminum. Ascendit quidem ducentibus nubibus ⁊ comitantibus animabus ⁊ associantibus spiritibus angelicis. Quorum quidam precedebant vt viam prepararet. ⁊ demones de aere expellerent. quidam comitabantur vt sibi assisterent. quidam sequebantur vt sibi obsequium exhiberent. Omnis autem deuote iubilarūt iuxta thema Fuit etiam ascensus eius glorioſus propter terminum ad quem ascendit quia ascendit vsq; ad dexterā. Dextera autem dei est equalitas. dextera dei sunt pociora dona dei. dextera est virtus ⁊ potestas dei. ¶ Cristus autem est deus noster. frater noster. ⁊ iudex noster. Inquantum est deus noster sedet ad dexteram dei id est in eq̄litate dei. Scdm illud ps. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Inquantum est frater noster id est verus homo sedet ad dexteram dei id est in pocioribus bonis dei ⁊ pociori modo. Scdm illud Act. vij. Ecce video celos apertos ⁊ filium hominis stantem

a dextris virtutis dei. Inquantū est iudex noster sedet ad dexteraz dei id est in potencia dei qua dedit sibi potestatem omnem iudiciuz faciendi. Scōm illud Johannis v. Potestatem dedit ei et iudiciū faciendi. Et Mathei vltimo. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Ex illis iam patet qui sunt gradus ascensus et descensus Cristi. Modicum autem prodest nobis scire scalam et scire gradus quibus Cristus de celo descendit et conuerso ascendit nisi ipsuz per eandem scalam et gradus similiter nos imitari contingat. Nec voluit Cristus aliam scalam habere pro se et aliam nobis porrigere. sed eandem nobis porrigit per quam ipse descendit et ascendit.

Si ergo volumus in celum ascendere studeamus per gradus supradictos discēdere et postmodum ascendere. ¶ Et sunt tales gradus similiter septem. Primus gradus est humilitatis per quē ascendim⁹ in celum. Scōm illud saluatoris Lu. xviij. Qui se humiliat exaltabitur. Vbi ponit duo scilicet humiliationem et exaltationem. Hec autem nobiscum conduxit taliter vt eos qui se humiliant exaltet Ideo dicit Qui se humiliat exaltabitur. Quando autem quis vult ordinē peruertere ideo auferre qō sium est scilicet exaltationem tūc deus dat sibi id quod est hominis id est humiliationem humiliando eum qui hic vult exaltari. Et ideo subdit. Qui se exaltat humiliabit Superbia enim hominem deiecit Scōm illud ps. Deiecisti eos dum alienarentur. Ideo dicit August. in libro confessionum. Descendite vt ascendatis ad deum. cecidistis enim ascendendo contra deum.

Secundus gradus est penitencie siue asperitatis. Scōm illud Mathei. iij. Penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum Sunt autem quidam qui tantuz habent penitenciam in corde. Secundum illud Eccliastici. ij. Cogitaui in corde meo abstrahere animo carnem meam. Quidam habent penitenciam in ore. De quib⁹ Mathei. xxiij. Dicunt et non faciunt. Quidam in exteriori conuersatione Mathei. vij. Veniunt ad vos in vestimentis ouium. Pauci vero sunt qui habent penitenciā in opere. Ideo Johannes non dixit. Penitenciam cogitate. nec penitenciaz dicite. nec ostendite. sed Penitenciam agite. Tercius gradus est paupertatis et contemptus mundi. Et ille gradus habet in celum eleuare. Scōm illud Mathei. v. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Et Ezech. viij. dicitur. Eleuauit me spiritus inter celum et terram. et non dixit. Posuit me in terram Nam hoc est auarorum. vt dicit prophēta in psalmo. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Nec dixit. Eleuauit me in celum. quia hoc est perfectorum et ē gradus excellencie ad quem non omnes tenemur vt dicit apostolus ad Philip. iij. Nostra conuersatio in celis ē. sed dixit inter celū et terraz

quia hoc est omniū. et est gradus sufficiencie ad quem omnes tenentur quem gradum tangit apostol⁹ j. ad Corinthios. vij. Qui habent vxores sint tanq̄ non habentes ⁊ qui vtunt̄ hoc mūdo tāq̄ nō vtāt̄ Quartus gradus est caritatis. et ille habet similiter in celum leuare Scōm illud Johannis. iij. Fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. ¶ Ideo dicit Dyonisius q̄ amor habet triplicem vim videlicet eleuatiuam qua nos ad deuz eleuat. in clinatiuam qua nos ad deum inclinat. vnitiuam qua nos cum deo vnit et copulat. Vnde Ambro. Zelum caritas habet et alas habet ignitas. caritas zelum habet quia facit nos malos cōstāter arguere. Alas habet quia facit nos in celuz volare. Ignitas alas dicit quia facit nos feruenter amare. Ex quibus patet q̄ tunc vere ardet homo per amorem cum eleuatur in corde ad diligendum deū et proximum. Quintus est grad⁹ pietatis et iste similiter habet ad celum eleuare. In cuius signuz cristus de monte oliueti in celuz ascēdit. Ideo dicit apostolus. j. ad thymo. iiij. Pietas ad omnia valet promissionem habens vite que nunc ē ⁊ future. nō enim dixit dominꝰ Beati sapientes sed ve qui sapientes estis in oculis vestris ysa. v. Nec dixit. Beati potentes. sed ve qui potentes estis ad bibendum vinum ysa. v. Nec dixit. Beati diuites sed vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. et ibidem dicit. Beati pauperes. Et ratio huius ē quia appetitus sapiē cie in Adam habuit casum. Appetitus potencie in lucifero habuit precipicium. et appetitus diuiciaz in diuite in horrea congregante. habuit inopinatum supplicium. Nec dixit dominus. Beati qui nūc epulati ⁊ saciati estis. Sed dixit Lu. vbi supra. Ve vobis qui saturati estis quia esurietis. Et ve vobis qui nunc ridetis quia flebitis et lugetis. Et ratio huius est quia apetitus deliciarum in epulatione habuit infernale tormentum. Appetitus autem vere misericordie habet diuine miserationis effectum quia dixit. Beati misericordes quoniam ipi misericordiaz cōsequentur. Math. v. Et beati qui nunc esuritis quoniaz saturabimini. Lu. vj. Sextus est gradus pacience Paciencia enim facit quod ammodo animum impassibilem dum ad iniurias per impacienciā non mouetur. Et iste gradus habet finaliter eleuare in celum scōm illud apostoli ad Heb. vij. Per pacienciam curramus ad propositum nobis certamen. Ideo dixit dominus Lu. xxj. In paciencia vestra possidebitis animas vestras. ymotante virtutis est paciencia q̄ etiam demones expellit. ¶ Sicut legitur in vitas patrum de quodam religioso patre qui cum percuteret̄ ab obsessa quadam a demonio ad vnam mayllam statim prebuit percucienti alteram et sic demon fugit non valens sustinere tantaz vim paciencie. et obsessa a demonio liberata fuit. Sunt aūt quidā tāq̄ cera. quidā tāq̄ lapides quidā tāq̄ spine Cera si tāgit statim ce-

dit. Lapis si tangitur non cedit at tamen non ledit. Spina si tangitur cedit & ledit. Sic sunt quidam istar cere qui tacto aliquo flagello aduersitatis vel verbo correctionis statim cedunt & se emendant & corrigunt non tamen ledunt. quia verba contumeliosa in se reprehendentes non inferunt. Quidam sunt sicut lapides qui aduersitate vel correctione tacti non cedūt a malicia & sic se non emendant nec corrigūt. non tamen ledunt. quia reprehendentes verbis non conturbāt aut affligūt. Quidaz aūt sē sicut spine qui non solum non cedunt id est se corrigunt sed etiam pungunt q; verba blasphemie & contumelie arguentibus se inferunt. Primi ergo sunt qui animas suas per patientiam possident ex eo q non murmurantes se emendant. Sed i autem non possident animas suas ꝑ pocius possidentur quia & si non murmurent & blaphement tamen se non corrigunt & emendant. Terci animas suas non possidēt sed a sensualitate & dyabolo possidentur.

p Septimus est gradus contemplationis quō quis celestia contēplatur ascendendo hic in vita ad celum per meditationem. Sic et post mortem ascendūt in celum p eternam habitationem. Iste autē gradus quo quis cogitatiōe & auditate in celesti patria conuersatur generat in homine. Primo tranquillitatem quo ad deum scdm illud Joh. xvij. In mundo pressurā habebitis. in me autē pacē. De hoc dicit August. in li. confes. Fecisti nos dñe ad te. & iō inquietū ē cor nostrum donec requiescat in te. et in ps. Tu es refugium meū. Si ergo deus refugium est ad ipm ē cō fugiendum vbi pax est eterna & sūma securitas. Scdo ille gradus generat in homine securitatem quantum ad seipm. Patet per illud iob vij. Elegit suspendiū anima mea et mortem ossa mea. Super quo verbo dicit Greg. In alto quippe mētem fixerat. ideo hostis ad hanc irrumpere non audebat. Ideo dicit Ambro. in li. de bono mortis. Ambulam⁹ inter plurimos versamur in tribulationibus. Qui vult ergo securus esse ab hijs ascendat in celū Et ibidem dicit Ambro. Auis que descendit de alto frequenter. aut laqueis capitur aut fisco fallitur. aut quibuscunq; impedimentis irridetur. Sic quoq; anima nostra caueat ad ista mundana descendere quia laqueus est in auro. fiscus in argento. nexus in predio. dum aurum petimus strangulamur. dum argentum querimus in fisco ei⁹ hetemus. dum predium inuadimus alligamur. Tercio iste gradus generat despectionem quantum ad mundum scdm illud Numeri. Omnis qui viderit te resiliet a te. Ille autem qui est in alto liberum habet aspectum & libere potest videre & cognoscere mundum. Talis ergo qui sic videt mundum non solum salit a mundo nihil possidendo sed etiam resilit a mundo ipm mente despicēdo. nisi enim eleuet se supra mūdum no potest iudicare de mundo. Quanto enim quis alcius eleuatur tanto ea que infra us sunt sibi minora esse viden

tur. Vnde Crisosti. i. li. de cōpun-
tione cordis. Nisi quis ad eternoꝝ
celsitudenem in animo diuino mu
nere anhelet non poterit terraz de
spicere nec ea que geruntur in ter-
ris. liber em̄ ei esse debet desuperi⁹
aspectus ⁊c. Ecce iam ex septē gra
dib⁹ dictis patet quomodo homo
hic in terris viuere debeat vt post
xp̄m dn̄m in celum ascendat vt vi
delicet se humiliet in ꝓenitencie a-
speritate. mundum ⁊ ea que in mū
do sunt despiciat. In caritate pie
tatem ad omnes. ⁊ pacienciaz ha
beat in aduersitate. ⁊ sic hic in celū
ascendat per contemplationē san
cta meditatione vt tandem eterna
liter eum ꝯtemplari facie ad faciē
valeat in celesti beatitudine quaz
nobis largiri dignetur dn̄s noster
ihesus xp̄us in secula benedictus
Amen.

De sancto spiritu sermo. xlvij.

Paraclitus au
tem spūssanctus quem
mittet pr̄ in noīe meo
ille vos docebit omnia Joh. xiiij.
c. Hodie sancta mat̄ ecclesia vnū
de tribus principalibus festis reco
lit reuerenter ⁊ deuote ad vnius ī
trinitate scz spūssancti reuerenciā
ordinatum. In quo ip̄ius visibilē
missionē venerabiliter recolimus
congregate ecclesie fore factam. et
istud videtur magis fore solenne.
quia in veteri ⁊ nouo testamento
celebratum. magis deuotum quia
deuotius est receptum. magis ge-
nerale quia in natiuitate honora-
mus patrem mittentem ⁊ filium
missum. Similiter in resurrectiōe
patrem resuscitantem ⁊ filium re-
suscitatum. Sed hac die sanctissi-
ma honoramus patrem ⁊ filium
mittentes ⁊ spiritum sanctum mis
sum qui dignatus est venire ⁊ no-
biscum in eternum permanere Jo
hannis. xiiij. Alium paraclitum
dabo vobis qui manet vobiscum
in eternum. Hanc ergo visibilem
missionem spiritussancti hodie de-
uote recolit sancta mater ecclesia
de qua sonant verba thematis.

¶ In presenti sermone duos faciaz A
articulos. primus erit de missione
visibili spūssancti. scd̄s de inuisibi
li eiusdem. Ad euidenciam primi
tria de missiōe visibili spiritussan
cti erunt declaranda. primū dicit̄
missionis diuisio. scd̄m factio. ter-
cium qualificatio. Circa primum
scz diuisionem nota scd̄m docto.
in. j. dist. xvj. ꝙ duplex est missio
spūssancti scz visibilis ⁊ inuisibilis
siue latens ⁊ patens. Missio visi-
bilis spūssancti est spūssancti ema
nantis ꝑ effectū ei appropriatū de
nouo in creatura rōnali ꝓductū ꝑ
signū sensibile exteri⁹ adhibitum
actualis manifestatio. Dr̄ emanā
tis ꝑ hoc excludit̄ pr̄ q̄ nō dr̄ mitti
vt patz di. xv. primi. Dr̄ ꝑ effectū
appropriatū. ꝑ hoc excludūt̄ effe-
ct⁹ ꝯmunes nō appropriati vt crea
tio ⁊ ꝯseruatio quib⁹ spūssctūs nō
dr̄ mitti. De nouo ꝑ hoc excludit̄
māsio spūssctī in iustificatis. Dr̄ ī
creatura rōnali qꝛ spūssctūs nō dr̄
mitti ad creaturas irrōnales siue
inanimatas. Dr̄ ꝑ signū ⁊c. actu-
alis manifestatio. ꝑ hoc excludit̄
missio inuisibilis spūssancti. que
non manifestatur per signum sen

sibile exterius. ꝑ est occultus illap
sus spiritussancti in mentem hōis
Mittitur nanq; quotidie spūssan
ctus inuisibiliter cum mentibus fi
delium illabitur. Joh. iij. Spiritꝰ
vbi vult spirat. Prima missio scz
visibilis fit homini propter alterū
scz ad ostendendum plenitudinem
redūdācie illius in alios. Secūda
missio spiritussancti scz latens fit
homini propter seipm scz ad osten
denduz plenitudinem sufficiencie
in se verbigracia. Sicut cellari
um sine circulo impletur ad suffici
entiam proprie familie. sed cū ap
positione circuli ad ostendendam
plenitudinem redundancie in ali
os. Vnde oportet ꝙ ad missionem
visibilem spūssctī concurrant duo
Primū ē plenitudo grē in illis ad
quos fit missio. Scdz est ꝙ pleni
tudo illa ad alios ordinet vt ꝑ ali
quem modū gracia habundans re
dundet in eos. ꝓpter ꝙ manifesta
B tio gracie nō tantū fit habenti sed
etiam aliis. ¶ Scdm de missione
visibili spūssancti declarandum
dicitur missionis factio. Ad cuius
euidenciam quero ad quos missio
spiritussancti visibilis facta est. di
co ꝙ spiritussanctus missus est vi
sibiliter bis sup xpm ⁊ bis super a
postolos. ⁊ sic quadrupliciter ⁊ sub
quadruplici signo. Primo em̄ mis
sus est super xpm bis ⁊ in duplici
specie. Primo in baptismo in spe
cie columbe Math. ⁊ Lu. iij. quod
est animal fecundū. Ad ostenden
dum in xpo fecunditatem diuidē
di gracias per spiritualē regenera
tionē. Vnde vox patris intonuit
Hic est filius meus dilectus ⁊c. et
vt ad similitudinē vnigeniti alij
regenerarentur. Scdo sub specie
nubis lucide in transfiguratione.
ad ostendendū exuberanciā doctri
ne. vnde dictum est. Ipm audite.
Math. xvij. Similiter sup aplos
descendit spūssanctus visibiliter ī
duplici specie. Primo in specie fla
tus ad ostendendū potestatē mi
nisterij in sacramentoꝝ dispensa
tione. Vnde dictū est est eis. Quo
rum remiseritis peccata ⁊c. Joh.
xx. Scdo in linguis ignis iterum
ad aplos hodie ī die penthecosten
Act. ij. ad ostendendū effectus do
ctrine vt essent verbis ꝓflui ⁊ cari
tate feruidi zelantes proximorum
salutem. Jdeo dicit ꝙ ceperunt lo
qui varijs linguis. ¶ Sed quero
gracia predictoꝝ vtrum missio vi C
sibilis spiritussancti facta sit ad a
lios preterq; ad xpm ⁊ apostolos.
Responsio dico ꝙ non. non enim
facta ē ad patres ve. te. q̄a priꝰ ꝑ
fici debuit visibilis missio filij q̄
spūssancti cū spūssanctus manife
stet filiū sicut filiꝰ patrē. Jdeo dr̄
Joh. vij. Nō dū erat spūs datus.
qr nō dū erat ihesus glorificatus.
nec missio spūssctī visibilis facta ē
ad p̄latos no. te. nec nostri tempo
ris. nec oportet ꝙ modo fiat sicut
in primitiua ecclesia. Ratio quia
signa illa visibilia missionis fue
runt quasi argumentum confir
mans fidei veritatem. Illiꝰ autez
cuius ꝓbatio semel facta est non
oportet ꝓbationem iterum iterari
ꝑ ex suppositōne prioris ꝓbatiōis
ꝓcedere. Jdeo nō optet nūc fide in
Exod. xv. c. Hystoria habet vbi supra. Exod. xv. q cum filij israhel egressi essent de Egypto pertrāsierunt mare rubrum. ⁊ venerunt in desertum ibiq; populus siciens cū pre nimia amaritudine aquas bibere non possent dñs Moysi oñdit lignum. qd cum in aquas amaras misisset in dulcedinez sunt verse. Illud aūt lignum est figura crucis xpi. Hoc lignū bene missum dicit in aquas qñ xpi corpus cruci cōclauatū aqua ⁊ sanguine ipm madidauit. tunc em̄ conuersa est amaritudo tocius generis humani in dulcedinem quia prius adiudicatū erat eterne morti. ⁊ per hoc lignuz vitam inuenit. Ita spūaliter hec verba thematis exponi possūt de inuentione sancte crucis. tunc em̄ dñs lignū oñdit quando Constantino crucem in celo monstrauit vl' qñ eam in visceribus terre absconsam Helene regine patefecit. ⁊ tūc aque tribulacionū verse sunt ī dulcedinē ꝯsolationū. qr dñs oñdit ei lignū. qd cū misisset in aquas verse sunt in dulcedinē vbi supra. pro gr̄a Aue Maria ⁊c. ¶ In v̄bis ꝓpositis duo notant̄. primo sctē crucis miraculosa oñsio cū dr̄. Ostendit ei lignū. scdo crucis oñse mirabilis ⁊ fructuosa opatio cū subiungit̄. Qd cum misisset in aquas ⁊c. Circa primū est notandū q lignū sancte crucis multis signis ⁊ indicijs est ostensum. quoꝝ signoꝝ quedam fuerunt ante eius inuentionē quedam post inuentionem eiusdē Ante inuentionem sicut habetur ī euāgelio Nicodemi. Primo lignū crucis angelus ostendit ipi Seth filio Adā dans sibi lignū de ligno de quo Adam peccauit vt sic plantaret̄ ⁊ plantatum creuit in arborem. De qua arbore facta est crux Sed quia illud auctoritate caret. Ideo non curo de hoc amplius immorari. Scdo ipa crux ante inuētionem eius fuit ostensa in celo cōstantino imperatori claritate mirabili circumfulsa. litteris aureis insignita in signum victorie. Vñ sicut dicit̄ in Ecciastica hystoria cū Maxencius romanū imperiuz inuasisset Cōstantinus imperator romanorum iuxta pontem in albino cū Maxencio ꝯflicturus aduenit. Cū igit̄ anxius multū esset ⁊ pro sibi mittēdo auxilio ad celū crebro occulos leuasset vidit per soporem ad orientis partez in celo signum crucis fulgore igneo rutilare angelosq; astare ⁊ sibi dicere. cōstātine in hoc signo vinces. vñ tūc ꝯstātinus letus de victoria iā securus lignū crucis qd ī celo viderat ī suo fronte designauit ⁊ vexilla militaria in signacula crucis transformauit. ⁊ in manu dextera aureaz crucem portauit ⁊ sic suos aduersarios vicit orans dñm vt sine effusione sanguinis victoriam de tiranno sibi prestaret. Maxencius autem iussit nauibus ad decipulā compositis ad fluuium sterni ⁊ suprapositis pontibus equari. Cum autem iam Constantinus ad fluium appropinquasset Maxencius cum paucis in occursum eius velocius pergit iubens vt ceteri eum sequantur suiq; oblitus operis pōtē cū paucis ascendit et decipula q̄ ꝯstātinū decipe voluit ē decept⁹ ⁊ ī

fluuiū profundū est dimersus. Cō
stantinus vero ab omnibus vna
nimiter est susceptus. Et sicut le
gitur in quadam cronica autenti
ca Constantinus tunc adhuc non
perfecte credidit. nec dum sacrum
baptisma suscepit sed aliquanto tē
poris interuallo visionem illaz pe
tri et pauli vidit ⁊ sacro baptisma
te per Siluestrum papam renat⁹
et a lepra mundatus in ypm deu
ceps credidit. Et sic matrem suaz
Helenam iheroſolimam misit vt
crucem dñi requiret. Attamen in
alia hystoria legitur Constantinū
vidisse aureis litteris hunc titulum
scriptum circa crucez in hoc signo
vinces et tunc Constantinus iux
ta fluuium danubium hoc signo a
nimatus hostes deuicit. Tamē ea
que dicta sunt videnē veritati ma
gis conformia scōm q recitantur
in hystoria tripertita et ecclesiasti
ca. Scōo fuerunt quedam signa
ostensa in inuentione sancte cru
cis per que cruz ypi fuit manife
stata. sicut fuit deuota oratio Ju
de. et per odorem qui de terra eya
laut. quia post orationem terra
commota fuit et post commotiōz
terre suauissimus odor sentitur per
profundam fossionem. quia post
hec Judas. yy. passus fodit in ter
ram et crucem inuenit. Vnde legi
tur q Constantinus memor victo
rie cp consecutus fuit virtute crucis
matrem suam Helenam misit ihe
roſolimam pro ipa cruce inueniē
da. que cum ibi venisset omnes iu
deos per totam terram ad se voca
ri fecit. Judei autem formidantes
dixerūt adinuicē quia eos regina
vocasset et causam nesciēt sz vn⁹
Judas nomine dixit. Scio quia
a nobis vult scire vbi sit lignum
crucis in quo yps fuit crucifixus.
videte ergo ne aliquis sibi dicat.
quia lex nostra per hoc destrueret
ancessores mei mihi hoc indicaue
runt vbi absconsa sit. Tunc iudei
eum prohibuerunt ne eam mani
festaret. Cum ergo ante reginam
venissent ⁊ nollent ei indicare locū
nec crucē tussit eos oēs igne crema
ri. At illi timentes tradiderunt iu
dam. Cui ait regina. Mors ⁊ vita
est ante te elige quod vis. At ille
quomodo crucem scire possum cuz
iam plusqp ducenti anni sint q cri
stus passus crucifixus sit ⁊ ego nō
dum natus fui. Tunc ipe iussit eū
fame cruciari in carcere sex diebus
tandem extractus septima die ad
locum crucis cum regina perrexit
⁊ cum orasset locus subito commo
uetur ⁊ mirabilis odor sentitur.
Tunc Judas fodiens in terrā. yy.
passus tres cruces reperit ⁊ sic cruz
inuenta fuit. Et Judas miratus
Ambabus manibus plausit dicēs
In veritate ype tu es saluator mū
di. Tercio fuerunt quedam signa
ostensa post inuentionem. Et
hoc quadrupliciter. Primo per in
firmi sanationem. quia cum tres
cruces fuissent inuente. ⁊ que esset
cruz ypi pro certo nesciretur appo
sitis duabus crucibus super quan
dam mulierem primariam ciuita
tis semiuiuam vt dicitur in eccla
sticis hystorijs remedium nullum
sensit. apposita autem tercia proti
nus sanata surrexit. Scōo p mor
tui suscitationem. cuz eñ iuuenis

deferretur mortuus ad maiorez cer
titudinem super corp⁹ defuncti du
as cruces primas posuerūt ⁊ nihil
pfecerunt. tunc tercia apponitur ⁊
ille protinus suscitat̄. Tercium si
gnum ostensum post inuentionez
vt dicit Ambro. erat per tituli in
scriptionem. ad omnem em̄ ambi
guitatem remouendam titulū quē
posuerat pilatus inuenerunt ⁊ lege
runt. Quarto per diaboli lamenta
bilem vociferationē clamantem ī
aere ⁊ dicentem. O Juda quid feci
sti iude meo operatus es ꝯtraria.
nam ille me suadente fecit ꝓdicio
nem ⁊ tu me rennuente Jhesu īue
nisti crucem. Per illum multorum
lucratus sum animas. per te ꝑdere
videor iam lucratas. per illū regna
bam in populo. per te iaz expellar
a regno. Hec audiens iudas fortifi
cabat̄ in fide ⁊ sacrū baptisma su
scepit ⁊ iherosolimis defuncto ep̄o
ibidem in ep̄m ordinat̄. Scd̄o di
xi in verbis thematis tangit cru
cis virtuosam operationē cū dicit̄
Qd̄ cum misisset in aquas in dul
B cedinē ꝯuerse sunt. ¶ Pro quo no
tandū ꝙ multiplex est vtilitas si
ue vt⁹ crucis oñsa. Primo qꝛ ip̄m
md̄m illumīauit. pri⁹ em̄ fere tot⁹
md̄s erat in tenebris īfidelitatis.
qꝛ alij adorabāt solē. alij lunā. alij
stellas. alij ligna. alij lapides. Sz
cū xp̄s passus ē ip̄e dedit nobis cru
cē ꝓ lucerna que totū md̄m illumi
nauit vt iā q̄libet videre posset q̄d
sit creator aut creatura. q̄d bonuz
q̄d malū. q̄d virtus q̄d viciū. Hoc
em̄ totū habem⁹ de bn̄ficio crucis.
ideo de laude crucis dicit August.
in quodam ser. de parasceue. Crux
xp̄i nobis causa est totius beatitu
dinis. hec nos a cecitate liberauit
erroris. Hec a tenebris reddidit lu
ci. hec debellatos reddidit quietos.
hec alienos deo coniunxit. lōge cō
stitutos ꝓximos p̄sentauit. hec pe
regrinātes ciues ostendit. hec di
scordie amputacio est. hec pacis fir
mamentum. hec donorum omni
um habunda largitio. Scd̄a vir
tus crucis qꝛ infernū confregit ⁊ ge
nus humanū quod ibi captū erat
eduxit Zach. ix. Tu quoqꝫ in san
guine testamenti eduxisti vinctos
de lacu in quo nō erat aqua scz mi
sericordie dei. Tercia virtus qꝛ ce
los reserat ⁊ angelorꝫ ruinam repa
rat. Cuius signū erat ꝙ Constāti
nus vidit signum crucis in celo et
angelū sibi loquentē. Jdeo p⁹ xp̄i
passionē Sthephanus vidit celos
apertos. Act. vij. qd̄ añ hoc nunq̄ꝫ
legit̄ fuisse factū. Et paul⁹ raptus
erat post xp̄i passionē vsqꝫ in terci
um celū. ij. ad Corꝫ. xij. De restau
ratione autē angelice ruine dicit a
postolus ad Collocē. j. Pacificās
per sanguinē crucis ei⁹ siue que in
terris siue que in celis. Et ī hoc fal
lit regl'a illa que dicit ꝙ positis du
obus extremis ponit̄ mediū. ecce
em̄ ꝙ xp̄s pacificauit celū angl'orꝫ
cū terra hoīm ⁊ tn̄ nō pacificauit
aerē demonū qꝛ sunt ī sua malicia
obstinati. Quarta virtus crucis ē
qꝛ de carne. de md̄o ⁊ diabolo vi
ctoriā fecit quod significat̄ per hoc
ꝙ constantinus virtute crucis om
nes hostes deuicit. Hec triplex vi
ctoria ostenditur Joh. xij. cum di
citur. ⁊ sunt verba xp̄i. Nunc iudi
cium est mundi. et sic quantuz ad

primum scz victoriam de mundo sequit. Nunc princeps mdi eijciet foras. quantū ad scdm scz victoriam diaboli. Et ego cū exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipm et hoc quantū ad terciū scz victoriam de cruce. virtute em̄ crucis xp̄s oīa ad se traxit que sunt in homīe videlicet animam ad se diligendū et carnem ad sibi seruiendum. Qd autem figura crucis deuote formata demones fugat ⁊ deuīcit ostendit August. super Joh. dicens. Signū crucis a nobis expellit exterminatorem id est diabolū si tam̄ cor uostrū xp̄m habeat inhabitatorem. ¶ Cuius exemplū habem⁹ de quodā iuuene qui cū vellet ditari venit ad quendā nigromanticū qui demones conuocauit. qui cum venissent vnus eoꝝ preibat interrogans quare vocati essent. Cui nigromanticus. iuuenis illre qui mecum stat vult seruire vobis vt eū diuitez faciatis. Cui demones vis xp̄m abnegare. At iuuenis respondit. certe nolo abnegare xp̄m propter diuicias ⁊ mox signo crucis se signauit ⁊ omnis turba demonū signū crucis ferre nō valēs disparuit. Tunc iuuenis eccīam intrauit ⁊ ymago crucifixi in medio eccīe stans sibi inclinauit. Qd cū primarius loci illius quesiuit si aliqua bona fecisset qui respondit qd gestum erat. quia xp̄m illo die abnegare noluit. ⁊ sic primari⁹ dans sibi filiam suam ip̄m ditauit. plura. ymo innumerabilia exempla habem⁹ de virtute crucis. que nūc breuitatis gracia trāseo tanq̄ alibi repetita. sicut Greg. refert ī. iij. dyal. de iudeo qui nocte rome ī tēplo ydolorum pernoctauit ⁊ aduenientibus demonibus ⁊ lp̄oruz mala narrantibus signo crucis se signauit ⁊ demones sibi nocere non potuerunt ⁊ sic de alijs multis. Itē de religioso refert clunaceñ. qui castitatem resignare voluit ⁊ eccīaz exire cui sub ianua xp̄us crucifixus apparuit. Dubitat̄ circa dicta ex quo tā venerabilit̄ debemus honorare signuz sancte crucis. ⁊ nos eo signare propter varios effectus p̄dictos sunt ne certa premia que cōsequūt̄ fideles qui deuote se signāt signo crucis ⁊ illud venerantur.

¶ Ad hoc respondet̄ ꝙ fructus siue premium beate crucis in eterna patria quadrupliciter inuenitur. Primo nanq̄ crux confert dignitatez admirabilem. scdo iocunditatem inestimabilem. tercio claritatem delectabilem. Et quarto securitatem in perturbabilem. Et ista q̄tuor tangit Bern̄. in vna auctoritate dicens. In illa eterna felicitate erit sup̄ma dignitas quo ad primum. Summa iocunditas quo ad scdm. perfecta claritas quo ad tercium. ⁊ eterna securitas quo ad quartū. ⁊ quia p̄mium debet ꝓporcionabiliter correspondere ip̄i merito. Ideo dici potest ꝙ ista quatuor que gloriosa crux nobis ꝯfert in p̄mio correspōdet quatuor vtutibus que in ip̄a cruce relucebant ī merito. Et sunt ille paupertatis vilitas. Penitencie austeritas. Continencie puritas ⁊ misericordie pietas. Hec enim quatuor relucebāt in cruce Cristi. Nam ibi fuit omnimoda paupertas quia pendebat

totus mundus. Item relucebat penitencie austeritas quia nullus homo vnq̄ passus est tam austeram penitenciam pro peccatis suis qualem ỹpus fuit passus in cruce penitendo pro peccatis nostris. Si ergo tanta passus est ỹps p peccatis alienis quid pacientur damnati p peccatis propriis certe incompabiliter magis crucientur magis q̄ ỹps. Item tercio in cruce ỹpi relucebat continencie puritas. quia ille virginis filius in omnibus suis membris dolores amarissimos habuit ⁊ sustinuit ppter voluptatem continencie membroꝝ nostrorum Quarto in cruce ỹpi relucebat misericordie pietas. qa ipe qui ibi pendebat totum q̄ habuit misericorditer distribuit. nam vestimēta sua dedit crucifixoribus. totum corpus suū pnostra redemptōe exposuit doloribꝰ. iniurias sibi illatas donauit suis tortoribus illatas dicens. Pater dimitte illis quia nesciunt q̄d faciunt Lu. xxiij. Paradisum obtulit latroni. apostolis reliquit persecutionem. discipulo Johanni cōmendauit matrem suaz. Et quia nichil amplius habuit preter spiritum ⁊ hunc commendauit deo patri dicens. In manus tuas dñe cōmendo spiritū meum. De hoc Ambro. in quodam sermone de passione dñi sic ait. Auctor pietatis i cruce pendens testamentuz condidit pietatis opera distribuēs. apostolis persecutionem. iudeis corpꝰ. patri spiritum. virgini paranum pbū latroni paradisum peccatori infernum. ⁊ ỹpianis vere penitentibus crucem commendauit. Hijs itaq̄ preclaris virtutibus que in cruce relucebant in merito correspondet q̄ duplex fructus qui nobis confert i premio. Primo nāq̄ vilitati paupertatis correspondet admirabilis dignitas. Quod patet. nam voluntarie pauperes qui nūc ppter ỹpm sunt abiecti erunt in iudicio super alios mirabiliter exaltati. Et hoc ỹpus pmisit discipulis suis math. xix. dicens. Vos qui secuti estis me ⁊ reliquistis omnia scz per terrenorum contemptū ⁊ secuti estis me scz per viā vere humilitatis et voluntarie paupertatis sedebitis super sedes iudicantes duodecī tribus israhel. Vbi dicit Aug. Quia qui nunc ppter ỹpm contempti sūt tunc cum ipo iudices apparebunt. De quoꝝ numero cupiens esse Jheronimus dicebat. Reuerendā crucem nudus sequar. Sc̄o austeritati penitencie correspondet in primio delectabilis iocunditas. nam qui in presenti lugent voluntarie vtentes austeritate penitencie i futuro eternaliter gaudebunt iocunditate leticie. Et hoc ipe dñs pmisit discipulis suis. Lu. vj. dicēs. Beati qui nūc fletis qm̄ ridebitis. De quo dicit b. Bern. Tūc nēpe beatꝰ in bonitate gaudebit qñ habebit deum ad volūtatē ⁊ eo fruet ad iocūditatē. Jsta em̄ summa felicitas ē videre deū ⁊ viuere cū eo ⁊ eē i eo qui est oīa in oībus vt patet in sermōe p̄cedēti de aplis. Tercio i cruce puritati ꝯtinencie ineffabilis p̄claritas. Cū em̄ ꝯtinēcia castitatis in p̄senti sit tante puritatis q̄ pulchritudinē cādoris eius admirabitur oculus. nō est mirū si anime

virginali castitate predite in celesti regno clariores ceteris apparebunt. nam si iusti ibi communiter fulgebunt sicut sol in regno patris eorum vt dicit saluator Mathei xiij. necessarium est castos et incontaminatos mente et corpore fulgere pre ceteris inestimabili claritate. Vnde dicit Bern. Tunc sancti in veritate fulgebunt quando intelligentur in suo esse puro sincera diuinitas. et quasi comprehensibilis incircumscripta trinitas que ex hoc dicitur quodam modo comprehendi quia cognoscitur a beatis cum omnibus perfectionibus suis essencialibus et etiam in proprietatibus personalibus licet non omni modo quo cognoscibilis est Quarto pietati misericordie correspondet imperturbabilis securitas Nam secundum August. ideo misericordes beati dicuntur quia ita eis in beata et eterna beatitudine rependitur quod de omni miseria liberantur eo quod hic aliorum miserias libenter adiuuerunt. Et de hoc gaudio dicit Aug. in li. soliloquiorum. O gaudium super gaudium vincens omne gaudium extra quod non est gaudium. quando intrabo in te vt videam deum meum qui habitat in te. hec est summa felicitas et eterna securitas et secura tranquillitas et tranquilla iocunditas et iocunda suauitas hanc eternaliter possidere est intrare gaudium domini nostri Jhesu xpi. Hos autem et nonnullos alios fructus tangit Damasce. li. iiij. sic dicens Crux xpi clauis est benedicti paradisi. hec infirmorum baculus. pastorum virga. conuertencium manuductio. proficiencium perfectio. salus anime et corporis. omnium malorum auersio et omnium bonorum datrix et prouisio. Ideo bene de hac cruce domini est thema quod conuertit aquas amaras in dulcedinem. ¶ Sed diceret quis quare specialiter deus voluit sic venerari signum crucis a fideli populo. Respondetur breuiter quod ideo quia xps dominus in ligno crucis operatus est salutem totius generis humani. Pro quo notandum quod xpus quatuor modis elegit crucem. Primo sicut faber malleum ad bonum opus faciendum. secundo sicut miles scalam ad castrum expugnandum. Tercio sicut fatigatus locum ad quiescendum Quarto sicut rex thronum ad iudicandum. Primo xps elegit crucem sicut faber malleum ad operandum. et si dicis est ergo dominus faber certe respondetur tibi quia est. nonne similis fabro videtur cuius opera firmiora omni ferro. O quam nobilis faber qui tam durabile celum fecit et fabricauit. quam tam pulchram lunam et alia luminaria formauit. Ideo de eo cantamus. Dum fabricator mundi mortis supplicium pateretur in cruce clamans voce magna tradidit spiritum etc. Ipse enim teste propheta fabricatus est auroram et solem et lunam. et cum omnia fecisset erant valde bona genesis ij. Sed heu vnum de suis operibus est rubigine peccati deformatum vicet ipsa nobilis anima quam fecit ad ymaginem suam. ideo ipsum optuit facere ad modum fabri. qui cum vult aliquid fabricare de nouo vel rubiginosum renouare deponit vestes meliores et induit viliorem aut viliores et assummit sibi malleum pro tali opere. sic fecit filius dei patris qui induit ignobilem vestem. i. carnem que terra est et assumpsit et elegit sibi crucem pro malleo et fecit nouum opus quia deum hominem

et hominē deū quod nunq̄ pri⁹ fa
ctuz est. ⁊ cum malleo crucis reno
uauit ⁊ purgauit ea que erant ru-
biginosa. Juxta illd̄ Apoc. xxj.
Ecce noua facio om̄ia. Scd̄o xp̄s
elegit sibi crucem tanq̄ miles sca-
lam ad castrū expugnandū. De⁹
em̄ qn̄ mundū creauerat fecit ꝑ sua
inhabitatione castruz speciale scz
hominez Adam. cuius antemura-
le erat Eua. ⁊ fecit in eo quīq̄ tur
res id est quinq̄ sensus ⁊ muro for
ti circumdedit videlicet angelorū
custodia. iuxta illud ysa. lxij. Su
per muros tuos iherusalē consti-
tui custodes tota die ⁊ tota nocte
perpetuo nō tacebunt. Illud castr̄
locauit deus in altiori monte id ē
in paradiso qui locus est ita altus
ꝙ eum diluuium non attigit. ecce
qualis dignitas hominis. Sz heu
castrum dei traditum fuit per con
silium diaboli qui primo impug-
nauit antemurale id est Euā cum
dixit. Eritis sicut dij sciētes bonū
⁊ maluz. ⁊ illa consenciēte antemu
rale diabolus acquisiuit. Cū autez
Adam pomuz gustauit tūc castrū
omnino traditū fuit diabolo. hoc
castrū diabolus intantū dilexit ⁊
hodie diligit ꝙ ī vno hoīe ꝑ custo
dia ponit quandoq̄ septem diabo
los id est septē mortalia peccata.
Sz silius dei volēs castrū illud eri
pere de manu diaboli armauit se
carne de virgine ⁊ accessit ad ca-
strū quod diabolus septē muris id
est septē mortalibus peccatis mu-
niuerat ⁊ erexit scalam id est crucē
et tantū pugnauit ꝙ grauissima
vulnera ꝑtulit. Ista est scala quā
Jacob vidit in somnis ⁊c. Gen.
xxviij. Tercio xp̄us elegit crucez
tanq̄ fatigatus locum ad quiescē
dum scd̄m illud Johā. iiij. Jhesus
fatigatus ex itineri sedit supra fon
tem. Ita ꝙ Cristus postq̄ diu fati
gat⁹ est in hoc in mūdo bene trigī
ta tribus annis. ipe quieuit in cru
ce ⁊ ibi vitam finiuit hora nona.
Hic loc⁹ erat xp̄o valde angust⁹
ita ꝙ oportuit eum ponere pedē su
pra pedem. scd̄m illud ysa. xlix.
Angustus est locus mihi. Quarto
xp̄us elegit sibi crucem sicut thro-
num ad iudicandum quia in gene
rali iudicio quando dn̄s iudicatur⁹
ē viuos ⁊ mortuos apparebit crux
xp̄i cum clauis lancea ⁊ ceteris ar
mis Crsti tanq̄ signis victorie vt
dicit Crisost. ⁊ alij doc. ex illo sal
uatoris math. xxiiij. Tunc appa-
rebit signum filij hominis in celo
et plangent omnes tribus terre id
est de omnibus tribubus aliqui. qz
signum crucis erit electis gaudio-
sum. reprobis vero future ⁊ ꝑpetue
calamitatis signuz. Inuocem⁹ er
go hodie dn̄m nr̄m Jhesum xp̄m
pro nobis crucifixū vt virtute sig-
naculi sancte crucis nos hic tueat̄
ab aduersis vt semper secum possi
mus congaudere in celis Amen.

ibi aūt absit

gloriari nisi in cruce do
mini nr̄i ihu xp̄i Gal.
v. Apl's videns ꝙ multi gloriant̄
in diuersis rebus mundi quoꝝ glo
riatio est vana ipe soluz elegit glo
riari in cruce dn̄i nostri ihesu xp̄i.
Cuius hodie celebramus solennita
tem. nam per eam omne bonū hu-
mano generi aduenit. qz redēptio

nostra per ypm in cruce facta est Ideo de hoc cū ap'lo gloriari debemus dicentes mihi autē absit gloriari nē. ¶ In vbis premissis ap'ls duo facit. Primo excludit falsam gloriā ibi. Mihi aūt absit nē. Secūdo includit veram gloriā ibi. Nisi in cruce dñi nostri nē. Et sic innuit duplicem gloriam scz hominis secularis et hominis spūalis. prima gloria mala est et vitanda. in hijs em que seculi et mundi sunt nō ē gloriandum. Sēda gloria bona est et sectanda. ideo in presenti sermone de duobus videndus est. primo de hijs in quibus non est gloriandus scdo de hijs quib⁹ gloriari possum⁹

F ¶ Ad evidenciaz primi nota q specialiter sūt tria dona de quib⁹ mali gloriant scz in alta potencia. in profunda sapiencia et in exteriori apparencia. Primo quidam gloriantur in alta potencia. hij subiciūt sibi incompabiles thesauros boūes et iumenta. castra et villas. Sicut Arfaxat rex iudeoz. De quo dicit Judith primo q sibi multas subiugauerat gentes et edificauit sibi ciuitates potentissimas in potencia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum. Sed reuera in potencia illa nullomodo est gloriandū sed semper de casu est timendum. Nam de rege supradicto ibidem subditur q in bello deuictus gloriā simul perdidit et regnū. Et de Holoferne principe exercitus sui qui de potencia dñi sui gloriabat ibidē habebat q a Judith vidua occisus fuit. Ideo dicit Jhere. ix. Nō glorietur fortis in fortitudine sua nec diues in diuicijs suis. Sicut ille Lu. xij. qui cū gloriaret se multa habere in annos plurimos eadē nocte omnibus priuatus fuit. anima videlicet et rebus. vbi ergo nūc est potencia cesaris qui primus et solus imperiū obtinuit. a quo oēs imperatores nomīati sunt cesares romani quem stilis nō gladijs occiderunt. vbi nunc est vana potencia Neronis qui fugatus a romanis fustem dentibus acuciens quo seipm per ventrem transfodit vbi est nunc illa ampla alexandri magni potencia qui sibi totū orbem subiecit et viginti tribus annis regnauit. et vltimo a specialissimo amico intoxicat⁹ veneno interijt Ideo de hac potencia nō est gloriandū. Scdo quidam gloriant in sua sciencia et prudencia que tm nō est sua q; ab alio scz a deo accepta eccīastici. j. Omnis sapiencia a domino deo est. quare fatuitas magna est et rōni ptrariū gloriari de dono alteri⁹ dātis. Sicut qui gloriaret de tunica per diē p pcio accomodata. Vñ ap'lus. j. ad Coz. iij. Quid habes qđ nō accepisti. si aūt accepisti qđ gloriaris q̄si nō acceperis. nā cogita vbi sit mō sapiēcia olim pdecessoz. vbi ē mō sapiēcia socratis qui princeps philozophoz fuit nōne captus est et dampnatus veneno interijt. Seneca magn⁹ philozophus et mgr neronis ab eo balneo minut⁹ interijt. Sciēcia Aristotelis per totū orbē laudat et de eo multa pdicant cui⁹ tm mors miserabilis fuit. Nam vt dicit Grego. nazāzenus. Cum Aristoteles in grecia apud nigropontem staret et fluxum et refluxuz maris quasi in eo

dem loco consideraret, cuius causaz querēs nec inueniēs ex īdignatiōe aque dixit, quia non possum capere te capias me ⁊ sic se precipitans submersus est. Ergo hec sapiencia huius mundi que tam maluz finē adducit non est curanda. Ideo dicitur Jhere. ix. Non glorietur sapiens in sapiencia sua. Sed sapiencia vera est de eternis que ꝯsistit ī deuotione cordis est amplectenda Tercio quidam gloriantur in exteriori apparencia videlicet in generis nobilitate in pulchritudine corporis ⁊ vestiuz preciositate. De primis dicitur Osee. ix. Gloria eoruz a partu ⁊ conceptu ⁊ ab vtero. A conceptu paterno quia scz de nobili patre cōcepti sunt. Ab vtero materno. quia scz in nobilis matris vtero iacuerunt ⁊ a partu glorioso quia scz in pompa seculi nati sūt Sed hec gloriatio est ignominiosa quia etiam cogitare est ignominiosum quanto magis gloriari q̄lis fuerit homo in conceptu ī vtero ⁊ in partu. non enim valeo exprimere quam de feda materia patris in conceptu conceptus sit q̄ de vili matris materia in vtero nutritus sit. ⁊ in partu quanto dolore matris natus sit. ⁊ q̄ ignominiose egressus. Vtinam tales recordarent̄ ꝙ ab vno deo sumus. ab vno patre vno modo concipimur vno modo in materno vtero nutrimur. ⁊ consimili modo moriemur ⁊ sepeliemur. que nanq̄ testa mortuorum gloriosior. que pulchrior. que sapicēior. omnes in vnū simul diues ⁊ pauper. Que est ergo nobilitas nostra nihil aliud nisi q̄dam hominis fama. nonne videmus homines viles ditari ⁊ tandē nobilitari. Saul boues ⁊ Dauid oues custodiebant ⁊ postea in reges electi sunt. Nam scd̄m philosophum nihil aliud q̄ virtus animi nobilitat hominem. Ideo dicitur in. c. nunq̄. lvj. dist. ⁊ ibi glo. Virtus nobilitat animam. virtute remota migrat in exilium nobilitatis honor. nam qui natus ex parētibus prorsus alienis a virtutibus dum tamen ipse sit bonus melior ē q̄ ille qui natus est de bonis parentibus dum tamen ipe sit malꝰ. Itē gloriari in corporis pulchritudine est vanum quia sicut dicitur ysa. xl. Omnis caro venum ⁊ omnis gloria eius tanq̄ flos agri. exiccatum est venum ⁊ cecidit flos. Auri enim nobilitas si vestiat ollam luteam non ideo sequitur hāc minus esse lutum. Item quidā gloriātur de vestibus preciosis contra illud Eccīastici. xj. Ne gloriaris in vestitu vnq̄. Quia scd̄m Bern̄. qui gloriatur in veste similis ē furi gloriantis de capistro. quia ꝓpt̄ peccatum Ade introductus ē vestium vsus. Quis enim latronem nō exprobraret gloriantem de signo ꝓ latrocinio in fronte infixo. Item etiam ex eo de hoc non est gloriādum quia vsus preciosarum vestium sicut non caret peccato facilit̄ ita nec pena. Exemplum de diuite epulone Lu. xvj. ¶ Quantuz ad secumdum nota ꝙ veri fideles et sancti in septem precipue gloriant̄ Primo in puritate consciencie. ij.

G

Cor.j. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nre. Scdo in profectu aliorum cū scz alios in dei fide pficere ꝓspiciūt. j. thessal. ij. Que est nostra spes et gaudiuz et corona glorie. nonne vos ante dñm nrm Jhesum xpm estis in aduentu eius. vos em estis gloria nostra et gaudium. Et ad Phil. iiij. Itaq; fratres mei charissimi et desiderātissimi gaudium meum et corona mea. Tercio in conuersione peccatorum sicut princeps in subiugatione hostium. ysa. ix. Letabūtur coram te sicut qui letant in messe. sicut exultant victores capta prda qñ diuidunt spolia. Quarto in eorum tribulationibus et propria infirmitate. Ro. v. Gloriamur in tribulationibus nostris. Et. ij. Cor. xj. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus xpi. Inde glo. super Job. xv. ait Felix illa miseria cuius dei causa est. Quinto gloriant in peccatorum superatione. ps. Anima nra sicut passer erepta est de laqueo venantiuz. laqueus contritus est et nos liberati sumus ꝛc. In cuius signū populus hebreus transacto mari et a pharaonis seruitute liberati ceperunt cantare. Cātemus dño gloriose em egit Exod. xv. Similit iudas machabeus habita victoria et mundato templo benedixerunt deum celi. j. Macha. iiij. Sexto in multarum graciarū largitione et supernorum reuelatione. et sic benedixit et laudauit dñm Anna p sublato sterilitatis obprobrio. j. Reg. ij. Tres pueri liberati de camino ignis benedixerunt dñm damelis iij. Similiter et paul⁹. ij. Cor. xij. Pro hmōi scz reuelationibus gloriabor. Et. j. Thy. j. Gracias ei ago qui me cōfortauit in xpo Jhesu dño nostro qua fidelem me existimauit ponens in ministerio q̄ prius fui blasphemus et persecutor cōtumeliosus ꝛc. Et virgo gloriosa magnifice deum laudauit de gracijs sibi collatis dicens. Magnificat anima mea dñm ꝛc. Lu. j. Septimo et vltimo gloriant sancti in crucis ihesu saporatione vnde apls vbi thema. Mihi aūt absit gloriari ꝛc. ¶ Vbi nota scdm Hugonez de sancto victore q̄ triplex ē cruz. scz xpi. latronis dextri et latronis sinistri. in cruce xpi est gloriacio. in cruce latronis dextri est consolatio. in cruce latronis sinistri ē cōfusio. In prima cruce scz xpi est pena sine culpa. In scda cruce scz latronis dextri est pena pro culpa et post remissio. In tercia scz latronis sinistri est pena pro culpa et p⁹ dampnatio. ¶ Sed quare gloriandum est in cruce domini nostri ihesu cristi. Ad hoc dico q̄ppter ipius multiplices nobilitates. quarum septem hic adducam. Primo nobilitatem sancte crucis ostendit alta et stupenda figuracio. Prima enim eius figura ab ipso inicio nascentis mundi precessit quando formauit deus hominem de limo terre. Quid enim ipsa statura humana expansis manibus et brachijs ostendebat nisi expresse formam crucis vt per eam videlicet formā intelligeretur reformand⁹ in qua hō fuerat format⁹. Scdo figurat̄ p archā quā Noe tricēt cubitor

composuit in qua saluata est hũana natura Geñ. vj. Quid em̃ iste nũerus ostendit nisi signũ crucis. qꝛ eius prima lr̃a thau est T. qd̃ fuit signũ crucis ⁊ per ip̃m saluati sumus. j. petri. j. Nõ corruptibilibus auro vel argento redẽpti estis ꝑ precioso sanguine xp̃i ⁊c̃. Apoc. v. Lauit nos a peccatis nr̃is ĩ sanguine suo. Tercio figurat̃ per scalam in Jacob per quam angelos ascendentes ⁊ descendentes ꝯspexit ⁊ cuius cacumen celos tãgere videbatur. Geñ xxviij. Per hanc anime a penis liberare ministerio angeloꝝ descendenciũ portantur ad celum. Per hanc gloriosus Stephanus ascendit vidẽs celos apertos cum ait. Dñe Jhesu accipe spiritũ meũ Act. vij. Quarto figuratur in liniciõe quã faciebãt filij israhel in exitu de egipto. nã vtrãqꝫ postẽ ⁊ sup̃ liminare domus tingẽtes sanguine agni pascalis formã crucis depingebant per quam liberati sunt ab exterminatore. Exodi. xij. Quinto figurat̃ in arbore iuniperi sub vmbra cuius Helias sedit. iij. Reg. xix. Sic ⁊ in omnibus tribulationibus crucis vmbra refrigerium prestat. Cañ. ij. Sub vmbra illius quem desideraueraꝫ sedi ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Si tribularis crucem hanc respice ⁊ pendentem in ea considera an ip̃e pro te magis an tu p̃ ip̃o magis paciaris computa dolores tuos cum suis. Si onere peccatoꝝ grauaris sub vmbra hac quiesce ⁊ ne desperes. Ecce in ea pendẽs nõ vindictã sed pacez clamat dicens Pater ignosce ⁊c̃. Et vt breuiter figuras alias perstringam hec sancta crux est lapis ille erectus in titulum super quem noster Jacob id est Jhesus oleum misericordie fudit. Geñ. xxviij. Hic est locus vbi fratres Joseph tinxerunt tunicaꝫ eiꝰ in sanguĩe hedi. Geñ. xxxviij Hoc est lignum missum in aquas Marath ⁊ dulcorate sunt. Exod. xv. Hec est virga qua percussa petra dedit aquas in habundancia. Nũeri. xxj. Hic est palus in quo erecto serpente eneo omnes qui in eum aspiciebant a morsibus serpẽtuꝫ liberabantur. Nũeri. xxj. Hec est cithara ĩ qua noster Dauid pulsans malorum spirituum impetꝰ refrenabat. j. Reg. xvj. ⁊ vl. Hic est baculus cum quo noster Dauid Goliam malignum spiritum designantem vicit. j. Reg. xvij. Hoc est lignum quod Aman parauerat Mardocheo ⁊ per se in eo interijt. Hester. v. Quia diabolus nobis parauit damnationem in ligno transgressionis ꝑ victus est per lignũ crucis. De quo Greg. in p̃faciõe. Et q̃ p̃ lingnũ vĩcebat in ligno quoqꝫ vinceret̃ per xp̃m ⁊c̃. Hec ẽ arbor ĩ medio terre cui lõgitudo ꝑtingebat ad celũ ⁊ latitudo ad termĩos terre ⁊ esca vniuersoꝝ ĩ ea erat. Daniel. iiij. ⁊ sic de alijs figurisque oẽs nobilitatẽ sctẽ cruciu oñdũt q̃re merito in ea ẽ gloriãdũ. ¶ Scda nobilitas crucis siue gloriatio eius est in mirabili eius formatione. Nam vt notat glo. in clemen. j. de summa trinita. ⁊ fide catholica. ꝙ crux Cristi de quatuor generibus lignorum fuit constructa. scilicet de Palma.

Cedr⁹ Cipressus Oliua. Cū quib⁹ ē palma sic cruꝯ cōponit alma nec fuit hoc sine misterij magni significatione. Transuersale lignū crucis fuit de palma que est signū victorie qua antiqui victores coronabant. Et vbi est tanta victoria, quanta est victoria crucis in qua ỹpus vt dicit apls Coll'. ij. Debellauit aereas potestates delens quod aduersus nos erat cyrographū decreti scz mortis quod erat contrarium nobis ⁊ ipm tulit de medio affigens illud cruci expolians principatus ⁊ potestates ⁊c. Cruꝯ quoad pedem dicit de cedro fuisse que ē arbor imputrescibilis. Et cruꝯ sancta ab omni putrefactione nos ꝓseruat Act. v. Fide mundās corda iporuꝫ. Et ipa incorruptibilis vsqꝫ ad diez iudicij perseuerabit math. xxiiij. Tunc apparebit signū filij hominis in celo. Tabula tituli fuit de oliua cuius liquor ceteris supenatat ⁊ vbi melior liquor misericordia dei quem samaritanus infudit vulneribus sauciati Lu. v. Stipes crucis in qua dorsum ỹpi fuit de cipresso erat que arbor boni odoris est. Et certe nō est odor sicut odor crucis, cuius odore multa corpora sanctoꝝ qui dormierunt surrexerunt et venerunt in sanctam ciuitatem ⁊ apparuerunt multis. Matthei. xxvij. Tercia nobilitas crucis est in ornata decoratiōe. nūqꝫ enim aurum argentum lapides precioſi ⁊ quicquid in ornatū alicuius rei accomodari potest tantū aliqd ornare possunt sicut sanguis et membra Christi crucem sanctaz ornauerunt. Vnde canit ecclesia. Arbor decora ⁊ fulgida ornata regis purpura electa digno stipite tā sancta membra tangere. Purpura regis fuit sanguis ỹpi nudo corpori Christi faciens vestimentum. Purpura enim in quodam animalis sanguine tingit̄. Quarta gloriatio sancte crucis est in misterio nostre redemptionis. Philippē. ij. Humiliauit semetipsum factus obediens vsqꝫ ad mortē ⁊c. De quo misterio vide quinqꝫ rationes in legenda sancti andree. ⁊ quatuor in glo. Cle. supra allegata. Ideo ecclesia eius inuencionem statuit celebrari. vt. in. c. crucis de consec. dist. iij. ¶ Vbi querit glo. quare festum sancte crucis celebratur cum in ea Christus fuerit deshonestatus ⁊ non festum azime in qua fuit honoratus. Et dicit q laus que in azima domino impensa est fuit mūdana laus de qua curandum non est. Sed deshonestacio Christi in cruce fuit nostra redemptio. Quinta nobilitas est in miraculorum operatione. De quibus vide in legēda huius diei ⁊ in precedenti sermone nam per eam mortui sunt suscitati, ceci videntes facti, paralitici sanati, leprosi mundati ⁊ demoniaci liberati ⁊c. Sexta est in hostium deiectione siue spiritualium siue corporalium. De spiritualibus inimicis Crisosto. ait. Diabolus timet crucem in qua letale vulnus accepit. ps. Dedisti metuentibus se significationem vt fugiant a facie arcus, id est crucis. Exemplum de iudeo, qui se cruce signauerat, quez vexare non est ausus Sed diuisse legitur. Vas vacuum

sed signatum. Vide etiam de hoc in legenda sancti cristoferi. sancte Anastasie ⁊ aliorꝝ sanctorꝝ. De inimicis corpalibus patet qñ dictū ē Constantino. in hoc signo vinces ⁊c. ¶ Septima nobilitas siue gloriatio est in ipius crucis exaltatōe Est aūt crux exaltata in celo. in ī ferno et in mundo ac in iudicio exaltabit. In celo quia patrē recōciliauit. In inferno qꝛ xp̄s limbū virtute crucis expoliauit. Exaltata est in mundo tripliciter. Primo qꝛ ponitur in locis eminentibus ecclesiarū ⁊ hoc in memoriam crucifixi Et ideo deuote adorat̄ que prius spernebantur. Exemplum sancti Andree dic qualiter eam adorauit Occasione cuius quero vtrum crux xp̄i sit adoranda adoratione latrie vide infra sermone de omnib⁹ sanctis. Scd̄o est exalta in mūdo singulari impressione. Quia vt dicit August. Signum quod prius erat latronum transiuit ad frontes imperatorum ⁊ aliorum fidelium. et vnde ista signatio trahat originez vide in. c. ecc̄iasticorꝝ. xj. dist. Tercio ponit̄ signaculū crucis in actibus miris sacramentoruz. Om̄ia em̄ sacramenta signaculo crucis ꝑficiuntur. vt in. c. postea signat̄. de consecra. dist. iiij. ⁊ in. c. nūq̄d dist. v. rationes vide ibidez. Exaltabitur etiam crux in iudicio extremo vbi cruce apparente xp̄us malis ingratitudinē ī properabit et bonos graciose saluatos oñdet

De sancto Johanne baptista sermo. lv.

Lisabeth ī-

pletum est tempus pariendi ⁊ peperit filium lu. j. Tante excellēcie fuit beatissimus Johānes vt plene lingua dici nequeat. Quis em̄ sic totus sanctus natus sic oī tp̄e vite sue conuersatus. sic a deo ꝯmēdat⁹ vt precursor hic maxim⁹. Ideo Bern̄. in hodierno sermone dicit. Hodie illuxit insignis ⁊ tanto ceteris sanctior quanto sanctiorē hominē terris effudit. hodie natus ē xp̄i ꝯsanguineus sponsi amic⁹. de cuius natiuitate dicit thema. Elizabeth impletū est tp̄s ⁊c. ¶ In presenti sermone circa natiuitatē sancti Johānis baptiste quatuor erūt misteria declaranda. primū dicit̄ parturitionis. scd̄m exemtionis. tercium nominationis. quartum commendationis. Ad euidenciaz primi nota ꝙ ꝑturicio Elizabeth sancti Johannis fuit miraculosa Erat em̄ Elizabeth sterilis vt dicitur lu. j. Dixit nanq̄ angelus anne ꝙ deus aliquando claudit vterꝝ alicuius hoc ideo facit vt mirabilius denuo aperiat. ⁊ non ratione libidinis esse qd̄ nascitur sed hoc magis diuini muneris fore cognoscatur. Omnes enim quos ex mulieribus sterilibus recitat scriptura natos excellentes pueri leguntur. vt ysaac ex Sara sterili in nonagesimo anno. Cui repromissa erat omnium genciuz benedictio. Rachel sterilis genuit Joseph dominum tocius Egypti. Quis forcior samsone. sancior Samuele. Et tamē hi. omnes matres steriles habuerunt. Et sic noster patronus sanct⁹ Jo. Et ex hac causa nō tantū fuit miraculosa ex parte matris. ꝑ

etiam ex parte patris. qui vetulus fuit. minus em̄ esset miraculosum si vnus esset vetulus. ꝫ hic fuit vter q̄ quod fuit maximum miraculū tales parere. Vñ euangelista Lu. j. vt ostenderz partū suū totum diuina virtute factum. Triplicē defectum innuit in ip̄is fuisse. primū pro paginis cum dicit. et nō erat illis filius id est nunq̄. Scd̄o defectum naturalis virtutis eo q̄ esset sterilis Elizabeth. Tercio defectū etatis cum dicit. ⁊ ambo ꝓcesserant in diebus suis. nō pr̄ tm̄ quia possz generare senex de iuuene muliere. ꝫ ambo ꝓcesserant in diebus suis. Hoc autē ꝓcuratum ē a dño sicut dicit glo. vt parentes graciores essent pro hoc dono populi veneratiores essent pro priuilegio. v̄tus etiaz dñi magis eluceret ꝑ hoc miraculo Symon de cassia. Natura deficit in parentib⁹ vt per nature legem nō possent generare sed ex gr̄a cooperante speciali. ¶ Sed
B quereres an ꝑturicio elizabeth fuerit etiam miraculosa quo ad natiuitatē ex vtero ita q̄ peperit iohānē sine dolore. sicut Maria pepit xp̄m sine dolore. Ad hoc dico q̄ nō sed pepit Johannē scd̄m legē mr̄imonij cum dolore. Juxta illud qd̄ dictum est Eue Gen̄. iiij. In dolore paries filios. Et Joh. xvj. Mulier cum parit tristiciam hz. ¶ Diceres nunquid iste dolor est mulieri
C meritorius. Et videt̄ q̄ non quia dolor partus ē mulierib⁹ ꝓpter penam peccati inflictus vt patet genesis vbi supra. Multiplicabo erū pnas tuas ⁊c. Ista autez que sunt necessitatis per se non sunt meritoria. quia omne meritum debet ēē voluntarium vt dicit Bern̄. de gr̄a et li. ar. Respondet Crisos sup matheum. De necessitate potest fieri virtus cum pacienter tolleratur. et sic mulier pacienter tollerans dolorem ꝓpter hoc q̄ oīpotens deus ꝑ peccatis induxit volens in hoc satisfacere diuine voluntati ⁊ ordinationi indubitanter meret̄ in dolore partus. sicut qui viuit de labore manuum meret̄ in hoc volēs satisfacere statuto dei. quia imposuit deus filijs Ade dicens. In sudore vultus tui ⁊c. p̄s. Labores manuū tuarū qui mādūcabis btūs es ⁊c. Ideo. j. ad Thy. ij. Saluatur mulier per generationē filioꝝ si ꝑseuerauerit in fide et dilectione.

¶ Sz di. Quid faciet mulier steril' D
cui nō incumbit onus partus. Respondet̄ q̄ illud qd̄ fecit Anna. j. Reg. j. Que fundebat lachrimas corā dño vt ꝯciperet et pareret fructū in laudē dei et exaudita ē et ita factum est. Similiter rebecca que fuit infecunda que ex orōnibus ꝯcepit et pepit. Diceres quid faciet mulier que etiā fusis lachrimis et per orationem nō p̄t habere fructum vel prolem. Respondet̄ q̄ dz intēdere fructibus sp̄ualibus que sunt bona opera. qui fructus sp̄uales sūt deo magis placidi q̄ carnales. vt ait August. q̄ Maria felicius concepit xp̄m mente q̄ ventre. nec dz ꝓpterea turbari nec maritus ideo eā cōtempnere qz forte omnipotēs deus ita disposuit aufferendo mulieri fructum carnalem q̄ sit magis disposita ad vitam altiorē. ita q̄ occupet̄ magis circa ista que dei

sunt. ꝓpter quod virginitas ⁊ viduitas preferunt̃ matrimonio. q̃ versant̃ ⁊ occupant̃ circa magis bõa. j. Coꝝ. vij. Mulier innupta et virgo cogitet que dñi sunt vt sit sancta corpore ⁊ spiritu. que autez nupta cogitat que sunt mundi et quõ viro placeat. Ideo apl's ibidẽ dicit. Beacior erit si sic permanserit. ¶ Scd̃m de natiuitate sctĩ Johannis declarandũ dicit̃ exemptionis. Ad cuius euidenciã nota ꝙ in hac natiuitate sctũs Johannes habuit quadruplicẽ exemptionem ꝯtra quatuor defectus seu incomoda que habet quilibet mortalis in sua natiuitate. Primus defectus est ꝙ quilibet peccator immũdus nascit̃ q̃ in peccatis. vt dicit Job. Nemo mundus a sorde nec infans vnius diei. Et iterũ. Quis potest facere mundũ de immũdo ꝯceptuz semine. Et ad Ephe. ij. Oẽs nascimur filij ire. Hanc irã ostẽdit dñs in pueris qui sine baptismo moriũtur. q̃ priuant̃ eius visione eo ꝙ ĩ peccatis ꝯcepti et nati sunt. Hunc defectum nõ habuit sctũs Johãnes q̃ sctũs nat⁹ ẽ. q̃ sanctificatus in vtero vt predixit angelus gabriel Lu. j. Replebit̃ spũsãcto adhuc ex vtero matris sue. ¶ Solũ em̃ deus quatuor ꝑsonas in vtero sanctificauit vicz Jheremiã Jhere. j. Anteq̃ exires de ventre sctĩficaui te. Mariam. ps. Sanctificauit dñs tabernaculũ suuz. Cristum. Lu. j. Qd̃ em̃ ex te nascet̃ sctm̃ vocabit̃ al. fi. Et Johannẽ. Et hec ẽ rõ q̃re ĩter sanctos no. te. solũ triũ sanctoꝝ natales celebrant̃ scz xp̃i marie ⁊ Johannis vt in. c. ꝯquestus de fetijs. Scd̃s defectus est ꝙ quilibet nascit̃ stult⁹ ⁊ ignarus. Prouerb. xxij. Stulticia colligata ẽ ĩ corde pueri vt patet ad occulũ. q̃a puer pro pomo daret prouinciã ab isto immunis fuit sanctus Johannes. O quante sapiencie in vtero matris existens xp̃m ⁊ matrẽ ei⁹ cognouit ⁊ xp̃m sue matri indicauit. ⁊ in vteto in ꝓphetã vnctus. August. Celũ ⁊ terrã non dũ viderat ⁊ dñm celi ⁊ terre cognouit. et ante fuit sue matris mgr̃ q̃ ei⁹ filius. ⁊ prius ip̃am docuit q̃ ip̃a euz lactauit. ¶ Pro cuius intellectu nota scd̃m doc. ꝙ in sctĩficatiõe ĩ vtero deus Johãni tria ꝯtulit magna Primo peccati originalis deletionẽ. scd̃o gr̃e spũssancti infusionez per quam totaliter fuit solidatus qd̃ nõ poterat peccare mortaliter. ⁊ tñ nõ ꝯfidens de seip̃o fugit ciuiũ turmas ne leui saltem maculare vitam famine posset. Tercio xp̃i cognitionem quã miraculose habuit ad tempus. q̃ scd̃m plures doctores acceleratus ẽ ei vsus rõnis ad cognoscendũ aduentũ saluatoris. Tercius defectus est q̃ infirm⁹ et debilis nascit̃ ⁊ in nullo põt se iuuare. Hui⁹ exemplũ habemus in Dauid cũ pugnaturus esset cũ Golia dixit Saul. Non vales resistere philisteo ita nec pugnare q̃ puer es. j. Reg. xvij. Contra hunc defectum natus est sanctus Johannes puer fortis. Vnde canit eccĩa. Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiẽs petisti. Quartus defect⁹ est quia tristis ⁊ flens nascit̃ ⁊ ista est communis cantilena omniũ Sapĩe. vij. Primam

vocem emisi plorans. Beatus Jo-
hannes non dū natus gauisus est
⁊ exultauit. Ideo dixit mater ei⁹
ad beatā virginē Lu. j. c. Ex quo
facta est vox salutationis tue ī au
ribus meis exultauit infans ī vte
ro meo. Vnde Maximus in ser-
mone. Solus baptista donū vltra
legē nascenciū natiuitatē suā leti-
cie exultationis p̄uenit. ip̄e nanq̄
est scd̄s ysaac qui interpretat̄ risus
Vnde poterat dicere mater. Risuz
H8 fecit mihi dn̄s. Gen̄. xxj. ¶ Terci-
um de natiuitate sancti Johānis
declarandū dicit̄ nominatōis Ad
cuius euidenciā nota ꝙ sctūs iohā
nes noīat̄ tribus noībus. Primo
noīat̄ Johannes scd̄m ꝙ Gabri-
el angelus zacharie predixit Lu. j.
Vxor tua pariet tibi ⁊c. Id̄o dixit
mater nequaq̄ ß vocabit̄ iohānes
Et pater scripsit. Johannes ē no-
men eius. quasi diceret non impo
no sibi ß impositū est ei a deo. nō
tenet nomē de terris ß de celis. vn
de hoc nomē bene ꝯpetit sancto io
hanni. quia iohannes interp̄tatur
in quo est gracia. Et bene conueni
ebat ei hoc nomen in quo est gr̄a.
Primo ꝓpter plenitudinem diuine
gracie. quia ab vtero plenus fuit
gr̄a spiritussancti vt dixit angel⁹
Lu. j. De Jheremia legit̄ ꝙ sancti
ficatus est. De Johanne ꝙ spiritu
sancto repletus est. Sanctificatio
mundationē significat. replecio ī-
undationem. Mirabile ꝙ apl̄i q̄n
quagesimo die a resurrectione rece
peruut hoc Johannes in vtero ꝯse
cutus est. Scd̄o bene conuenit si-
bi hoc nomen propter tempus gr̄e
Math. xj. Lex ⁊ prophete vsq̄ ad
Johannem. ex eo regnū dei euan-
gelizat̄. quia nunciauit xp̄m ioh.
j. Gr̄a ⁊ veritas per Jhesum xp̄m
facta est. Tercio ꝓpter excellenciā
gracie quam primus p̄dicauit. scz
peccatorum remissionem ⁊ glorie
collationez. Math. iij. Penitenciā
agite appropīquabit vobis regnū
celorū. Scd̄o Johannes nominat̄
lucerna a xp̄o Joh. v. Ille erat lu-
cerna ardens ⁊ lucens. Cōsuetudo
est ciuiū q̄n vnus alium in noctis
tenebrosis vult visitare facit para
re lucernam. Sic xp̄us quasi ciuis
mundi. p̄s. Jncola ego sum in ter
ra. volens visitare humanū gen⁹
in nocte legis mosaice parauit lu-
cernaz id est Johannē. De quo p̄s
Paraui lucernā xp̄o meo. ¶ Bene
autem ⁊ ꝯuenienter sanctus Johā
nes dicit̄ lucerna ꝓpt̄ quatuor cau
sas similitudinis. Prima q̄ lucer-
na lucet illis qui retro vadunt aut
qui eam in manibus portant ne
offendant̄. ⁊ sic beatus Johannes
vita ⁊ doctrina luxit illis qui erāt
in tenebris peccatoꝝ quādo dixit.
Facite dignos fructus penitencie
⁊c. Lu. iij. Ideo Crisost. in sermo
ne de Johanne. Johannes magi-
steriū vite. sanctitatis forma iusti
cie norma. virginitatis speculum
pudicicie titulus. castitatis exem
plum. penitencie via ⁊c. Scd̄o lu
cerna obstructa est vndiq̄ ⁊ a vē
tis extingui non potest. Ita bt̄us
Johannes nō potuit extingui a vē
tis tribulatōnū. ꝓpterea dixit xp̄s
ad turbas Math. xj. Quid existis
in desertū videre arundinē vento
agitatā. quasi diceret scd̄m Greg.
in omel. Arundo a vento agitat̄

non sic Johānes quē a statu suo rectitudine nulla rerū varietas inflectit, ideo de ipo exponi pt illd pouerb. xxvj. Nō extinguet ī nocte lucerna eius. Tercio lucerna nō habet lucē a seipa ß mutuat aliunde Et sic Johānes nō lucebat a seipo sed a xpo, recte sicut lucifer a sole. Ideo dicit de ipo Joh. j. Nō erat ille lux ß vt testimoniū phiberet de lumīe. i. xpo. de quo subdit. Erat lux vera que illuminat omnē homunē venientē in hunc mdm. Et hoc psiderās iohānes q ipe ñ erat vera lux ß lucerna qñ venert sacerdotes ⁊ leuite interrogantes eū an esset xps. Confessus ē q nō essz xps Joh. j. Et hoc ē pra multos doctores clericos ⁊ laicos qui lumē intelligencie sibi infusum ⁊ mutuatū habere estimāt a seipis nolētes scire q ois sapia a dño deo ē. Eccia stici. j. ideo tales merent qñq tali lumine spoliari. ¶ Exemplū legit de Alano doctore magno qui sibi ascripsit ⁊ pdidit hūliatus recepit vide in meffret de sctis sermōe. lvj B. Quarto dicit lucerna ppter lucis obumbratione. videmꝰ qñ lucerna accēdit si maior apportat illa obumbrat. Recte sicut sole oriēte lucifer obumbrat. sic fama iohānis veniēte xpo fuit diminuta ido dixit Joh. iij. Illum optet crescere me aūt minui. Item dicit lucerna ardēs igne caritatis vt dure ex caritate phariseos corriperet ⁊ herodem. Item lucens per viaz iustitie ppterea accendit ignis in vigiliis aut ī festo. ⁊ grē serta ⁊ zigulos vide. Tercio Johānes noiat vox. Joh. j. Ego vox clamātis in deserto. ¶ Sed quare Johānes appellat se vocē. Respondet q triplici rōe Prima qz verbū est in corde ß manifestat per vocē dicētis ⁊ ponit ī corde audientis ⁊ sic nihilominus verbū adhuc remanet in corde dicentis et audientis et vox trāsit. sic etiā xps qui ē verbū in corde patris ad nos venit ⁊ iohānes ipm manifestaut. Sic ⁊ xps remanet in corde patris p eternā generatiōnē et in cordibus nostris per fidez et Johānes trāsit per mortē. Sēda rō est. qz sicut verbum est prius q̄ vox. et nō vox p̄cit verbū sic xps fuit ante Johannē ⁊ nō iohānes p̄cessit xpm. Ideo ipe dixit Johā. j. Qui post me venturꝰ est ipe ē qui ante me factus est ⁊c. Tercia rō ē Qua sicut vox est coniuncta verbo nec tamen est verbū. sic iohannes multa sctitate ꝓiunctus fuit xpo. nec tamen fuit xps. nam xps fuit sponsus Johannes vero amicus sponsi. ¶ Quartū de natiuitate iohānis declarandū dicit commendatiōis. Ad cuius euidenciaz nota q iohs a q̄tuor generibꝰ psonaz fuit ꝓmendatus ⁊ laudatus. Primo a malo herode (Marci. vj. (Metuebat herodes Johānē vt virū sctm. Secdo a bonis math. xxj Omnes eū vt pphetaz habebant. Tercio a meliori scz ab angelo lu. j. Erit enim magnus coram dño Quarto ab optimo id est xpo math. xj. Inter natos mulierum nō surrexit maior Johanne baptista ¶ Et merito sic ab oībus commē datur. quia habuit perfectionē omnium sanctorum. Primo angelo (Malach iij. Ecce ego mitto angelū

meum qui preparabit viam tuaz ante te. Scdo patriarchaꝝ in fidei magnitudine. Fuit em̄ Johannes magnus in fide de xp̄i hūanitate ⁊ diuinitate cū dixit Johā. j. Venit forcior me post me cui⁹ nō sum dignus soluere ⁊c. Tercio prophetaꝝ quā dn̄s sibi attribuit Mathei. xj. cum dicit. Quid existis videre ꝓphetam etiaz dico vobis pl⁹ q̄ ꝓpheta est hic. Quarto apostolorū. quia fuit missus a deo vt testimoniū perhiberet de lumine. id est xp̄o. Quinto martirū. quia pro iusticia mortez sustinuit. Sexto confessoruz quia confessus est ⁊ nō negauit. Et carnis maceratione. in desertō corpus suum castigauit pro cibo habens locustas ⁊ mel siluestre ⁊ aquam pro potu. Septimo virginū. quia virginitatē seruauit. Vnde canitur de eo. Serta terdenis alios coronat ⁊c. vide lacius vbi supra.

De sancto Johanne baptista sermo. lvj.

rit enim magnus corā dn̄o Lu. j. c.

¶Sunt autem fex conditiones veri et perfecti penitentis que tangũtur in hoc euangelio. quas beata magdalena perfectissime habuit. Primo vere penitens debet habere noticiam peccatorum suorum. que a fide oritur. Hoc perfecte habuit nouit enim per fidem actuas tam sua peccata. Unde dicitur. vt cognouit ⁊c. Tunc enim omnia parauit ad satisfaciendum quibus vsa fuit inculpis. Cognouit enim ipa illud sapiencie. yj. Per que ꝙs peccat per hec ⁊ torquetur. Solẽt autem mulieres vane multum offendere occulis. capillis ore ⁊ vngẽtis. Primo solent offendere occul'. ad vanitates ⁊ ad impudica oculos dirigendo. Unde ysa. iiij. Ambulabant extento collo ⁊ nutibus oculorum ibant ⁊c. supercilia leuando. Et Augu. yyvij. q. v. Nec solo. Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Sed de Maria magdalena dicit Gregori' in omel'. Quot in se habuit peccati oblectamenta tot de se inuenit holocaustа vt deo seruiret in penitencia. quicquid contempserat deum in culpa vnde satisfecit oculis per habundantem lachrimarum effusionem. vnde dicitur. Lachrimis cepit ⁊c. Secundo solent offendere capillis eos vane componendo vngendo ⁊ ordinando. Contra illud j. ad Thymo. ij. Mulieres in habitu ornato cuz verecundia ⁊ sobrietate ornantes se non in tortis crinibus aut auro aut margaritis. j. Petri. iij. Mulieres subditi sint viris suis quarum non sit exteri' capillatura aut circumdacio auri Ido illa satisfecit per humilem crinium tersionem. Ideo sequitur. et capillis capiti sui tergebat ⁊c. Solent tercio offendere ore impudicis ⁊ inutilibus verbis ⁊ osculis polluendo cibis ⁊ potibus. Ideo osculabatur pedes eius. ymmo nõ cessauit osculari pedes qui sine calciamentis ambulauit. Solent etiã offendere vngentis se dealbando vngendo propter odorem vel colorem. Contra illud Augusti. quod habetur in. c. fucare. de consecra. dist. v. Ubi dicit. Fucare figmentis quo vel rubicundior vel candidior vel verecundior appareat adulterina fallacia est. Ideo vngento vngebat pedes cristi. Illud primum est contra false penitentes. sicut phariseus Lu. yviij. Non sum sicut ceteri hominum ⁊c. non recognoscentes peccata sua vt sũt hypocrite ⁊ superbi qui volunt apparere hominibus deforis sani et pulchri. Cum tamen interius sint infirmissimi et omni spurcicia pleni. Ut inquit saluator Mathei. yviij. Ve vobis scribe ⁊ phariseí ⁊ hypocrite. quia similes estis sepulchris dealbatis que a foris ⁊c. Secundo vere penitens debet habere firmum' propositum amplius non peccandi. Quod ipsa habuit

quod innuitur in hoc quia stetit et nō iacuit p reciduatōez Et sic nos admonz Eccīastici.ij. Fili accedēs ad seruitutez dei sta sez in recta intentione siue proposito. Nā scōm Grego.xxviij.mora. Intēcio prestituit fundamentum operi nostro. ideo dicit. Vigilanti cura intencionis est pensanda racio qua qui rectam intentionem in opere non tenet totum opus amittit. Magister in scō dist.vl. Act⁹ simpliciter mali sunt qui peruersaz intentionem habent. Hebre.iiij. Discretor cogitationum ⁊ intencionū cordis est. Inuehe p tra nō habentes ⁊c. Tercio debet habere pudorem de vilitate peccati. Eccīastici.iiij. Est confusio adducens gloriam ⁊ graciam. Grego. Quātum displicet impudēcia tanto placet peccatorum erubescencia quaz perfecte habuit. Ideo stans retro pre verecundia. verecundia enim est origo penitencie ⁊ magna pars penitencie. scōm August. de peni. dist.j. quā penitet. vt patz in publicano Lu.xviij. Et hic in maria nostra. Vnde Grego. Quia turpitudinis sue maculas conspexit ad fontem misericordie lauanda cucurrit. Et quia in semetipsa grauiter erubescebat int⁹ nihil putauit esse q verecundaretur foris. Erubesce igitur o homo peccator. sed intus potius coram deo q coram mundo. Quia vt dicit Gilber. super Cantica. Optimum in sponsa Christi torneamentum est verecūdia. Est demq inter alias virtutes coram hominibus amabilior. quia non solum refulget in mente coram deo sed etiam in conuersatione coram hominibus. Quia vt dicit Bernhar. Verecundia est omnium ornatus etatum. in tenera tamen etate amplius pulchrius q emitescit. Quid amabilius verecundo adolescente ⁊c. Quarto vere penitens debet habere timorem reuerencialem. Quia dicitur Eccīastici.j. Qui sine timore est non poterit iustificari. Ro.xiij. Cum malum feceris time scilicet iram dei. Hunc timorem habuit magdalena quia stetit retro secus pedes domini pre timōre cogitando. tu es in eius indignatione. tu irritasti eum peccatis. Ideo non audeo ei in faciem appropinquare Sicut etiam publicanus. qui nec oculos ad celum leuare audebat. Lu.xviij. Sic filius prodigus ait Pater peccaui in celum ⁊ coram te iam non sum dignus vocari filius tuus ⁊c. Lu.xv. Sed heu alu qui ita irreuerenter habent se ad corpus Christi in enormibus peccatis locantes se super altare. De quibus Eccīastes. viij. Sunt impij qui ita secuti sunt quasi iustorum facta habeant. Cum tamen Ambrosius noluit Theodosium imperatorem permittere intra cācellos stare pro vt diffuse habetur in speculo hystoriali. lib.xviij. c. liij. Nam habetur in.c.j. de vi. et honesta. cleri. q laici secus altare quando misteria celebrantur stare vel sedere non debent ⁊c. Dic exemplum de Oza. ij scōi. Regum vj. Debemus ergo facere sicut centurio. math. viij. ⁊ dicere. Dñe nō sum dign⁹ ⁊c. Et sicut petr⁹ lu. v.

Exi a me dñe quia homo peccator sum. Bern. Quanto quisq̃ sibi vilior tanto deo preciosior. ⁊ sic illa stetit retro. Quinto vere penitens debet habere pro peccatis dolorem De quo Jhero. Nulla culpa delebitur nisi tristicia anxietur. Et hugo de sancto vic. Tunc peccatorũ salus incipit cum veraciter ꝑ peccatis ingemiscit. Hũc dolorẽ magdalena propter quantitatem culpe habuit quia lachrimis cepit rigare pedes eius quod proueniebat ex dolore cordis. ipa em̃ prius habuit delectationem in corde nunc dolorem ⁊ contrionem. Grego. Discite quo dolore ardet que flere inter epulas non erubescit. fleuit em̃ veraciter quod notat̃ in lachrimis. habundanter quod notatur in rigatione. salubriter quod notatur ĩ pedibus ihesu. Sic ⁊ nos ps. l. Cor contritum ⁊c. Dan. iij. In animo contrito ⁊ spiritu humilitatis suscipiamur a te. Beda. Dolor cordis mẽtẽ purgat. angelos letificat. deum placat. nã posset esse contricio tanta ꝙ deleret penam ⁊ culpã nõ ex valore contritionis precise sed ex merito passionis xp̃i. ideo necessarium esset vt homo mane ⁊ sero ad cor rediret ⁊ consciencia3 discuteret. peccatũ deleret. ⁊ si dormiẽdo morte preuentus ⁊ sine confessione decederz saluaret̃. ezech. xviij. In quacunq3 hora peccator ⁊c. nõ dicit ibidem confessus sed conuersus ⁊c. Sexto dz habere spez de venia contra desperationem de delectatione ⁊ magnitudine peccati. ps. lvj. Sperate in dño ⁊ effundite coram illo corda vestra. Rom. v. Spes nõn confundit. Ecclastici ij. Quis sperauit in dño ⁊ derelictꝰ est certe nullus. Jdeo Leo papa de peni. di. vij. Nemo desperandꝰ est dũ in hoc corpore ꝯstitutus ẽ. ⁊ in c. corripiant̃. xxiiij. q. iij. Desperãdum non est in p̃senti vita de aliquo. Ratio quia sc̃dm Bern. Maior est dei misericordia q̃ queuis nr̃a miseria. ¶ Hanc spem habuit magdalena de possibilitate dimittendi sibi peccata a xp̃o mansuetismo contra desperationẽ. qd̃ tangitur ibi. Et osculabat̃ pedes eius. Fit aũt osculũ ad eos in quos speramꝰ tripliciter. Ad pedes vt summo pontifici in signũ reuerencie. Ad manus vt ep̃is. ⁊ ad os sicut carissimis pueris innocentibus. xp̃s aũt dicit Bern. sup Can. ad pedũ oscula nõ recipit pctõres ß penitẽtes vbi oĩa pctã dimittit. Ad osculũ manuũ recipit ꝓficiẽtes quibus dona sua tribuit. ps. Aperis tu manũ tuã. Ad osculũ vero oris recipit perfectos ⁊ btõs quos de regiõe lõgĩqua reuertẽtes tanq̃ filios eterna caritate sibi ꝯiungit. Et q: btã magdalena p̃dictas sex ꝯditiones ꝑfecte habuit ideo tanq̃ vere penitenti dimissa sunt ei pctã multa. i. oĩa q: dilexit multũ ⁊c. ¶ Hic põt queri vtrũ deꝰ plꝰ diligat vere penitẽtẽ q̃ innocẽtẽ p̃sertim cũ ĩ euãgelio Lu. xv. gaudere dr̃. de penitẽte. ß gaudiũ ex amore ꝓcedit quod etiã cernẽtes angeli magis gaudẽt de vno pctõre peni. ⁊c. Respondz sctũs Tho. in. iij. sen. di. xxxij. ⁊ dicit ꝙ quo ad bonũ p̃mij essencialis qd̃ ꝯsistit in visione diuina equaliter diligit penitentẽ ⁊ innocentẽ.

si saltem habent equalem caritatē vel illum magis qui habet maiorem caritatem. Sed quantum ad premium accidentale plus diligit innocentem propter dignitatem ī nocencie. dicitur tamē magis gaudere de penitente quia penitens frequenter magis humilis feruens et cautus resurgit ꝙ si murmuret ex hoc innocens sicut phariseus. Respondet ibidem ꝙ deus nō magis operatur in eo cui de nouo graciaz infundit q̄ꝫ in eo in quo eam continuat. nihil em̄ potest subsistere nisi diuina operatione continuetur ī eo. ne ergo torpescat peccator sz conetur resurgere contendat ascendere ⁊ p̄dicta recuperare quia ad maiorem perfectionem resurgere pōt q̄ꝫ ante casuz fuerit. Sicut ista beata peccatrix que tota flagrabat ī dei amore ꝙ nec aliud agere appetere vel cogitare potuit q̄ꝫ dilectuz Et vt dicit August. magis erat spiritus eius in corpore xp̄i q̄ꝫ ī cor corpore proprio. Et quia merituz commensuratur scd̄m mensuram perfecte caritatis quā totaliter habuit adeo ꝙ in principio conuersionis essenciali merito multos p̄cellebat qui nūq̄ꝫ mortaliter peccauerunt. Et hec est vna potissima cā quare peccatores spernēdi nō sunt quia vt dixi ad maiorem perfectionem resurgere possunt. Hec enim que prius ferebat aspectibus humanis iam seraphicis iuncta spiritibus angelicis laudibus extollitur et diuinis complexibus personet̄

¶ Quantum ad scd̄m vbi tangit̄ morbus a quo xp̄us Mariā magdalenam sanauit cum dicit peccata tua. Circa quod duo sūt examinanda. Primum vtrum huius peccatricis scz Marie magdalene peccatum fuit tantū corde aut simul et opere perpetratum. Et ad hoc ē triplex modus dicendi. Quidā em̄ dicunt ip̄am fuisse virginem corpore ⁊ carne sed tantum mente corruptam. Contra illos tamē est auctoritas ecclesie que in festo eius non facit officium virginum cum tam̄ scd̄m omnes doctores mentalis v̄ginitas recuperetur per penitenciā Contra istos etiam est quia eccīa non iudicat de peccatis occultis et mentalibus sz de manifestis ⁊ ope perpetratis. Cuz ergo euangelista nominat illam peccatricem ⁊ in ciuitate notam sequitur ꝙ de peccatis eius manifestis ⁊ non secretis scripserit. Alij docto. dicunt ꝙ maria magdalena fuerit publica meretrix. Quoniam de illa Crisost. sup math. ait. Tunc illa prostituta lupanar exiuit quando discipulus gehennam intrauit. Et Jhero. in prologo Ozee Hec est illa mulier meretrix ⁊ adultera de qua loquit̄ dn̄s ad iudeos dicens. Meretrices ⁊ publicani precedent vos ī regno celorum. Propter huiusmodi verba tenuerunt aliqui prefatam scd̄am opinionem. Sed ego dico ꝙ satis durum est ymmo incredibile mulierem generosam nobilissimis parentibus ortam ⁊ diuicijs habundantem loca spurcissima pro p̄cio inhabitasse. Doctores autem Crisosto. ⁊ Jhero. loquuntur de ea vt supra dictum est ad denotandum ꝙ vita eius licet in domo propria tam lasciua erat. tanq̄ꝫ dissoluta

erat vt videretur quasi vna ex me retricib⁹ que solent in lupanarib⁹ morari. Et propterea ē tercius modus dicendi cui ego adhereo tenēs viam mediam q̄ Maria magdalena in domo sua delicijs ⁊ ocio vacans vsq̄ ad suam conuersiōez omne tempus suum omnemq̄ vitam voluptatibus exposuit ornā do caput, poliendo crines, vngendo faciem, componendo vestes, cā tando vanas cantilenas, loquendo lasciua, conuersando cum iuue nibus ⁊ ex consequēti de facili alia faciendo que non licet homini loqui. ¶ Scdm dubium est que potuit esse causa vt Maria magdalena rueret ⁊ peccaret. Et dico q̄ potuerūt esse tres. Prima causa fuit eius pulchritudo. Erat siquidē pulchra ⁊ formosa naturaliter atq̄ pulchritudinem illam ampliabat cuz ornatu vano inhonesto ac meretriceo. Talis vtiq̄ pulchritudo cum inhonestate habitus aspectus vultus ⁊ gestus sociata in magnū ponit discrimē mulieres. Quia vt inquit Theophrastus, mulier pulchra cito adamat. difficile est custodire quam multi amant. Et sapiēs prouerb. v. inquit. Fallax spes ⁊ vana ē pulchritudo. Propterea ihero. reprehendit acriter ornatum inhonestum mulierum. Vnde ad Futiam aut. Ornatus iste nō domini est velamen sed antichristi aut loquendum nobis vt vestiti sumus aut vestiendum vt loqmur lingua personat castitatem ⁊ totū corpus profert impudiciciam. Et idem ad sacratas virgines. Prophēticus ille sermo non proferatur devobis. Filie eorum composite cū cumornate vt similitudo templi ⁊ dealbate ab extra vt monumenta que auro relucent intus vero plena sunt ossibus mortuorum. impudicissimus mulierum aspectus semp in auro, semper in gemmis, semp in ornamentis extrinsecus gloriā ponunt, non sufficit eis libido ināta nature sed occasionem querunt explende libidinis. affectant p cul dubio vt oculi virorum aurum cō templantes ⁊ gemmis tandem fi gantur in faciem ⁊ furtiuis oculorum suorum nutibus facilius inci tent ad libidinosum incendiū. Hec ille. Sic Maria magdalena dissoluta ⁊ vaga vanitatib⁹ dedita offerebat seipam vitis diligendam amore vano et vicioso et ex consequenti sollicitandam. Scda cā quare ad tam lasciuam vitam deuenit fuit vbertas ⁊ habundancia bonorum temporalium ob quam causam satisfaciebat corpori ī omnibus delicijs suis, pascebat illud splendide, bene comedebat bibebat et dormiebat. refugiebatq̄ quoscū q̄ labores. Quod quāti periculi sit non solum mulieribus sed etiaz viris declarat deus p Ezech. xxvi. Hec fuit iniquitas tua sororis tue sodome saturitas panis et habūdā cia et ocium ipsius ⁊ filiarum eius Tercia causa quare maria magdalena tanta flagicia enormia cōmisit fuit libertas. ¶ Scdm enim august. in libro de decem cordis quatuor sunt custodie mulieris quib⁹ adiuuat vt honeste viuat. Prima timor dei. Scda timor legū adulteras punientium. Tercia societas

viri. Quarta verecundia mundi. Cum ergo Maria magdalena nec deuz nec leges timeret esset q̄ absq̄ viro ⁊ in libertate sua. quia patrimonium diuisum erat inter Lazarum ⁊ ip̄am ⁊ Martham facile est credere ⁊ opinari q̄ frontem fecerit meretricis ⁊ sine rubore ac verecundia sue libidini satisfecit ita vt per excellenciam diceretur peccatrix.

Sermo alius de beata Maria magdalena. lxv. Mann. vj.

bi habundauit delictum superhabūdauit et gracia ad Ro. v. c. In quibus verbis ostenditur Marie penitencia que sicut multa in se habuit peccata ita ⁊ multiplicem a deo penitendo recepit graciam. De penitencia autem Marie magdalene beatus Grego. omelia xxxiij. sic incepit sermonem suum Cogitanti mihi de Marie penitencia flere magis libet q̄ aliquid dicere. cuius em̄ vel saxeum pectus ille huius peccatricis lachrime ad exemplum penitenti non emolliant. considerauit nanq̄ quid fecit scilicet peccando ⁊ noluit moderari quid faceret scilicet penitendo super conuiuantes ingressa est. non iussa venit. inter epulas lachrimas fudit. Discite quo dolore ardet que flere inter epulas non erubescit. et post pauca subdit. Ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit lauanda ad fontem misericordie cucurrit. quia enim seip̄am grauiter erubescebat. intus id est suipsius verecundabatur interius in corde ideo nihil credebat esse quod verecundaretur foras. Ecce quomodo ip̄a nobis omnibus facta est exemplum penitencie ⁊ speculum conuersionis nostre. Sicut ergo in ea habundauerunt delicta ⁊ peccata ita vt septem viciis capitalibus esset plena. ita per penitenciaz superhabundauit in ea multiplex gracia vt esset septem donis spiritussancti repleta. Et hoc est quod dicit apostolus vbi supra. Vbi habundauit delictum superhabundauit et gracia. Et dicit notanter superhabūdauit q̄si diceret. magis creuerit ī ea diuina gracia q̄ prius creuit in iquitatis culpa. Pro gracia Aue Maria. Vbi habundauit delictum vbi supra. In verbis thematis nostri duo notantur ad instructionē nostraz. Primo habundancia peccatorum siue status culpe in Maria magdalena cum dicitur. Vbi habundauit delictum. Scōo super habundancia diuine gracie in eadem cum subiungitur. Superhabundauit ⁊ gracia siue status gracie in Maria magdalena. ¶ Circa primum est notandum scm̄ Innocencium tercium in quodaz sermōe presentis festiuitatis q̄ septez modis humana mortalitas delinquit. in corde. in ore. in opere. per ignorancia. per impotenciam. per negligenciam ⁊ per inuidenciam. Et subdit Innocencius. Hec fortassis sunt illa septem demonia que iuxta testimonium euangelium cum de Maria magdalena ih̄us eiecit videlicet peccatum cogitationis in corde. peccatū locutionis in ore. peccatū executionis in opere.

delictū simplicitatis per ignorāciā delictū fragilitatis per impotenciam. delictū securitatis p negligēciā. delictū magnignitatis p inuidenciā. nō em credendū est cā corporaliter a septem demonijs ꝫ spū aliter a septē vicijs fuisse vexataz ¶Unde demon tripliciter vexat hominē. Primo per culpā afferendo gratuita siue graciā. Scdo per penā ledendo naturalia. Tercio per iactanciā inferendo discrimia De primo legit Lu. y. Homo qdā descēdebat ab ierusalē in hiericho et incidit in latrones qui spoliauerunt illū ꝛplagis impositis abierūt semiuiuo relicto. De scdo legit Lu. xj. ꝛ Math. vij. Erat Jhesus eijciens demoniū ꝛ illud erat mutum ab effectu vicz quia mutū effecerat De tercio legit Job. ij. q satħan p cussit Job ablatis prius omnibus vlcere pessimo a planta pedis vsq ad verticē ita q sedens in sterquilinio sanie testa radebat. Vexabāt ergo septē demonia Mariam magdalenā per culpā qm eā septē modis nō solūmodo delinquendi. sed ꝛ peccandi seduxerunt. ¶Inter delictū em ꝛ peccatū distinguitur. q delictū in omittendo ꝛ peccatū in ꝛmittendo consistit. Delictum est agere nō faciendū. Peccatum est facere nō agendū. Hinc dns leuit. vij. distincte pcepit hostias offeri pro peccato ꝛ delicto. Deliquit ergo ꝛ peccauit in corde in ore ꝛ in opere. In corde deliquit cū descendentes cogitationes bonas abiecit Peccauit in corde cū ascendētes cogitatiōes malas recepit. Bone nāq cogitationes descendunt a deo Jacobi. j. Omne datū optimum ꝛ omne donū perfectū desursum est descendens a patre luminū. Male cogitationes ascendunt ab homie scdm q dns ait apīis post resurrectionem suā Luce. xxiij Ut quid turbati estis ꝛ cogitationes ascendunt in corda vestra. Deliquit in ore cū tacuit veritatē. Peccauit in ore cū protulit falsitatē. De primo dicit ppheta. Ve mihi quia tacui. De scdo dicit in psalmo. Perdes omnes qui loquuntē mendaciū. intellige pernicioſum. Deliquit in opere cū bonū omisit. Peccauit in opere cum malum commisit. scdm illud ps. Declina a malo ꝛ fac bonum. Hec aūt delicta ꝛ peccata cordis. oris ꝛ operis beata Maria magdalena omisit ꝛ commisit p ignorancia. per impotenciā. p negligenciā et per inuidenciā nē. ¶Scdo ē notandū q peccatū Marie magdalene scdm Innocenciū vbi supra fuit magnū multū ꝛ notoriū. Magnū fuit quia ips de ea septē demonia eiecit. Multū quia dimissa, sē ei multa Lu. vij. Notoriū fuit qa mulier erat in ciuitate peccatrix. vt patet ibidē. Unde Innocēcius dicit. Omnib⁹ ad eā patebat accessus nec quisquā paciebat ab ea repulsam. Ex quo sequit scdm eum q nō solū per voluntatē carnalē deliquit vt aliqui volunt sed etiaz exterius per illecebrosam carnis in opere admissionez. immo magis est pro decore ecclesie dicendo ipaz carnaliter peccatū luxurie commisisse ꝫ sola voluntate eo q ecclesia tam publice recitat eius peccata. Idez videtur sentire Greg. omel.

xxxiij. Maria stabat ad monumtum foris plorans circa finem. vbi dicit. Aliquis libidine igne succensus carnis mundiciã perdidit aspiciat Mariã vbi vult eam perdidisse carnis mundiciã. nã per hoc magis cleuat spes luxuriosoꝝ ad veniã q̃ si ipa solũ voluntate peccata luxurie cõmisisset. Ex istis ergo patet prima pars siue primus status Marie magdalene qui dicitur status culpe nc. Circa scdam partem videlicet circa statũ gracie siue superhabundanciã diuine gracie in maria magdalena est notãdum scdm Innocenciũ q̃ qa peccatum marie magdalene fuit magnum. magno satisfecit dolore. qa eius peccatũ fuit multũ multo satisfecit labore. sed quia fuit notoriũ notabili satisfecit pudore. ¶ Hec tria sunt dignã satisfactionẽ faciẽcia videlicet dolor in corde. pudor in ore ⁊ labor in opere. Juxta sententiã sapientis. Sapiẽ. xj. Per q̃ quis peccauit per hec ⁊ torquet. veniens ergo peccatrix ad fontez misericordie abluẽda magno dolore turbata lachrimis pedes eius rigauit. notabili pudore confusa stetit retro secus pedes ipius ⁊ osculaba tur eos erubescens ante faciem dñi apparere. sed tacens ore clamabat corde illud ps. Dñe tu scis insipienciam meam ⁊ delicta mea a te nõ sunt abscondita. Ecce que nõ erubescebat conuiuas dñm erubescebat quia illi eam contemplabant exterius. dñs aũt eam contemplabatur interius. ipa aũt longe turpior erat intus in cõsciencia q̃ foris in fama. Multo labore satisfecit quia deuota attulit alabastrum vngenti ⁊ vnxit pedes ipius. nec sel hoc tm egit sed sepius. ¶ Primo cum in domo Symonis phariseipedes dñi vnxit Lu. vij. Scdo cũ in domo symonis leprosi super caput eius vngentum effudit math. xxvj. ⁊ mar. xiiij. Tertio cũ emit aromata vt veniens vngeret corpus Jhesu Mar. vl. Profundum vtiq; in hijs sacramentum sed alibi magis explicandum. Ex illis ergo patet q̃ beata maria magdalena delictum cordis purgauit lachrimis. Delictum oris purgauit osculis. delictum operis purgauit vngentis. Hec vtiq; est mutacio dextre excelsi. Sicut em exhibuerat membra sua seruire immundicie ad iniquitatẽ. ita etiã scdm doctrinam apli ad Ro. vj. exhibuit ea seruire iusticie in sanctificationem. ¶ Unde quinq; sunt sensus corporei visus. auditus. gustus. odoratus ⁊ tactus. In hijs quinq; sensibꝰ habũdauit in maria magdalena delictum. ita ⁊ in hijs quinq; sensibus superhabũdauit ⁊ gracia. Deliquit oculis. quia sicut dicitur Eccliastici. xxvj. Fornicacio mulieris in oculorum extollencia. sed ⁊ oculis satisfecit. Juxta quod scriptuz est. Maria stabat ad monumentum plorãs. duz ergo fleret inclinauit se ⁊ prspexit in monumtum. Joh. xx. Deliquit auribus qt conuertit auditum ad fabulas vanitatis. sed ⁊ auribus satisfecit. sicut scriptum est Lu. v. Maria sedebat secus pedes dñi ⁊ audiebat verbum illius. Deliquit naribus. quia sicut scriptum est prverb. xj.

Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua. sed et naribus satisfecit sicut scriptū ē Joh. xij. Maria accepit libram vngenti nardi pistici et vnxit pedes ihesu et domus impleta est ex odore vngenti. Deliquit labijs quia fauus distillans labia meretricis et nitidius oleo guttur eius. puerbi. v. ß et labijs satisfecit. sicut scriptū est Lu. vij. Maria stans retro secus pedes dñi osculabatur eos. Deliquit manibus quia mulier insipiēs domum ꝓstructam manibus destruit. puerb. xiij. Sed et manib⁹ satisfecit quia lauit pedes ihesu et capillis capitis sui terſit. Ex hijs patet ꝙ sicut in Maria habundauit delictum in corde in ore et in opere ita per penitenciam superhabundauit in ea gracia in corde in ore et in opere. Et sicut ipa omnes sensus suos exhibuit ad peccandum vt patet ex iaz dictis. sic ergo vbi habundauit delictum superhabūdauit gracia. ¶ Scdo ē notandū ꝙ vbi in Maria habundauit delictum ignorancie. fragilitatis. negligencie et malignitatis ibi etiaz postea contra illa peccata in ea superhabundauit diuina gracia. nā contra delictum ignorancie suscepit in dei contemplatione sciencia. Et contra peccatum fragilitatis assumpsit in ꝙ passione constanciam. Et contra delictum negligēcie pium exercuit operationis obsequium. Et contra peccatum malignitatis benignum exhibuit dilectionis officium. vnde ipa desciencia contemplationis commendatur a dño. Maria inquit optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Sedebat ēm secus pedes dñi et audiebat verbū illi⁹ lu. x. De mentis constancia commēdatur ex eo cū discipuli relicto ꝙ fugissent Maria ꝙm vsq; ad crucem secuta est. Stabat enim iuxta crucem Jhesu mater eius et soror matris eius Maria cleophe et Maria magdalene Joh. xix. De operationis obsequio commendatur a dño Marci. xiiij. Quid inquit molesti estis huic mulieri. opus ēm bonum operata est in me. mittēs ēm hoc vngentum in corpus meum ad sepeliendū me fecit. De dilectionis officio commendatur ex eo ꝙ dimissa sunt ei peccata multa quoniam dilexit multum Lu. vij. Caritas ēm operit multitudinem peccatorum. Diligebat Maria dñm. quia dñs diligebat Mariam. dicēte euangelio Joban. xj. Diligebat Jhesus Martham et sororem eius Mariam et Lazarum. Fleuit Maria ꝓ dño et fleuit etiam dñs pro Maria dicente euangelio ibidem. Jhesus vt vidit Mariam plorantez turbauit semetipm et lachrimatus est. Sed illa flebat querens viuentem cum mortuis Joh. ij. Iste flebat reuocans mortuum ad viuētes sicut dicitur Joban. xi. Jhesus rursum fremens in semetipo clamabat voce magna dicens. Lazare veni foras. et statim prodijt qui fuerat mortuus. Habundauit in Maria magdalena delictum quia multis fuit vicijs irretita. superhabundauit et gracia. quoniam vniuersis fuit virtutibus exornata. Hec de secda parte superius posita

in diuisione thematis. Ideo neces
sariū ē scire que sint remedia ꝑ que
q̄s possit luxuriā euitare. ¶ Ad qd̄
dicendū ē ꝙ septē sunt principalia
remedia quibus se hō p̄t defendere
ꝯtra pctm̄ luxurie. Primū remedi
um ꝯtra luxuriā ē vt ad aquā fri
gidā recurrat. nā cū luxuria sit q̄
dā ignis calefaciens ollā seminali
um vasoꝝ oportet vt q̄s vl' aquā
frigidā in ignē ꝓijciat. vel ligna
subtrahat vel ollā ab igne remoue
at. Recurrat ergo primo ad aquā
frigidā ad litterā se infrigidando
vel lachrimis se riget. aut aquam
certe tribulationis sibi intentet vt
si quis sibi det bonam disciplinaꝫ
se flagellando aut per capillos aut
barbam trahendo in memoriam
passionis xp̄i vel tribulationem ī
ferni aut alterius mali sibi futuri
imaginando. Ideo scriptum est
Ecc̄iastici. xj. Malicia vnius ho
re obliuionem facit luxurie maxi
me. ac si diceret. Vexacio aut con
tristacio penalis vnius hore extin
guit flammam luxurie. Sic in vi
tas patrum legitur ꝙ pater q̄ mu
lierem hospitabat sero venientem
temptabatur fortiter luxuria ⁊ ac
censa candela omnes digitos com
bussit dicens. Si hanc ignem suf
ferre nequis quomodo sustinebis
ignem infernalem. Vnde non mi
rum si ignis luxurie concremat
domos anime quorūdaꝫ qui aquā
tribulaciōis siue discipline assum
mere tardant. Secundum remedi
um est vt temptatus materiam
luxurie vt sunt cibi et potus inflā
matiui siue superflui per abstinen
ciam subtrahat. Sicut enim deri
dendus esset qui diceret sibi displi
cere vt domus sua incinerari debe
ret ⁊ tamen continue accense do
mui fasciculos flammigeros vel
ligna inijceret. Sic qui luxuria
ardet ⁊ carnes vinum ⁊ cetera su
perflua non vitat. nam scd̄ꝫ ligna
silue exardescit ignis. ⁊ scd̄m vir
tutez hominis sic iracundia illius
erit. Ecc̄iastici. xxviij. Ac si di
ceret. Si vis ignem luxurie aut
iracundie extinguere subtrahe li
gna per que talis ignis nutritur.
id est cibos inflammantes. vina
forcia ⁊c̄. Tercium remedium cō
tra luxuriam est vt quis se elon
gat ab igne luxurie. visu. auditu.
tactu ⁊ cohabitatione mulierum
quantum valet. Hoc enim prece
pit apostolus. j. ad corinth. vj. di
cens. Fugite fornicationem. Vbi
dicit Ambrosius. Cum alijs nem
pe vicijs potest expectari conflictꝰ
hanc fugite ne approximetis quia
non potest aliter melius vinci. In
cuius exemplum Joseph fugiens
pallium in manu mulieris reli
quit. Gen̄. xxxix. Et sic saluaba
tur anima eius. Quartum reme
dium contra luxuriam est deuota
oracio. Cum enim luxuria sit non
qualiscunqꝫ ignis. sed infernalis
oratione opus est. Sicut ergo pa
cientes ignem qui dicitur inferna
lis vel sancti Anthonij nisi liberē
tur non recedunt de ecclesia san
cti Anthonij. Sic tales nisi iuuen
tur ab oratione non cessent. ⁊ cum
quis est adiutus tunc debet quoti
die sancto gracias agere qui eum

adiuuit. Hoc remedium bene docetur Sapiencie. viij. cum dicit. Vt sciui quia aliter non possum esse continens nisi deus det adij dominum ⁊ temptatus sum illum. Hoc idem ostendit propheta in psalmo dicens. Nisi dominus cudierit ciuitatez frustra vigilat qui custodit eaz. Est ergo deus deuote orandus vt rore gracie sue extinguat in nobis ignez luxurie. Specialiter autem virgini virgnum seruiendum est. sed a votis stultis et indiscretis cauendū. Quia multi vouent quod impossibile est eis implendum. vel quod sine scandalo non valent implere. Debet ergo votum fieri cum magna deliberatione. Et si non intelligis habeas de hoc consilium tui confessoris.

¶ Quintum remedium contra luxuriam est occupacio seu labor. Sunt enim tria in homine occupanda scilicet mens. sensualitas. et corpus ne ocium habeant. alias per has partes. velut per rimas temptacio intra. principalissime tamen mens debet esse occupata in aliquo cui intendat. Vnde in vitaspatrum patres dixerunt. Occupato vno tantum demone tentari. ociosum vero pluribus. Et Bernhardus dicit. Omnium tentationum ⁊ malarum cogitationuz sentina est iners ocium. Et Jheronimus ad Rusticum. Semper aliquid operis facito vt ne diabolus te inueniat ociosum. Mens enim occupanda est meditatione scripturarum. Vnde Jheronimus ad eumdem dicit. Ama scripturarum studia ⁊ carnis vicia non amabis. Vnde multi sunt qui de die bene resistunt temptationibus luxurie nec diabolus eis potest preualere propter varias ipsorum occupationes quibus tamen diabolus preualet in nocte cum sunt in ocio et quiete. Deberent ergo et tunc se ad orationes conuertere. Si tamen diabolus eis illudit in somno preter eorum culpam non timeant. quia hoc eis cedit ad meritum. Dum vigilantes de hoc tristiciam habent ⁊ remorsum. Sensualitas autem aliquo tristabili castiganda est ne lasciuiat vt primo membro dictum est. Corpus etiam corporali labore interdum grauandum est. Vnde in vitas patrum quidam pater cum esset arte figulus et nimis impugnaretur a fornicatione. figurauit de luto vxorem corpori ⁊ dixit. Ecce nūc pro te ⁊ vxore laborare oportet. Post paucos dies cum temptacio non cessaret figurauit de luto filiam dicens. Ecce nunc ⁊ filiam nutrire oportet. Cumq; labore nimium vexaretur dixit corpori suo. Si hunc laborem ferre non vales noli fornicari. quam diligenciam deus recipiens ipsum a temptatione liberauit. Sextum remedium est elemosina. Vnde apostolus. j. ad Thymo. iiij. dicit. Pietas ad omnia vtilis est. vt dicit glosa. Ambrosius. Si quis misericordiam sequitur. si lubricum carnis paciatur. vapulabit quidem. sed non peribit. De quo dicit sanctus Thomas in quarto distinctione

xlvij. Non peribit id est per talia opera misericordie ad nō pereūdū disponet. Septimū remediū ē attēta custodia memorie cū inuocatione diuine grē ne inimicꝰ mēti cogitationes luxuriosas ingerat ⁊ si immiserit statim expellat conatu et orōe. sic em̄ caput serpētis ꝯteri mus ⁊ iuxta ꝓphetā btūs dr̄ qui tenebit ⁊ allidet paruulos suos ad petrā. Ita est cōe dictū. Prīcipijs obsta sero medicina parat̄. Sicut em̄ faciliter corui in orto tuo nidificantes expellunt̄ si ꝓhibent̄ cū sola ligna conportare ceperint. difficilius si oua genuerint. ꝫ difficillime cū ope pullos habuerint. Sic faciliter quis resistit cogitationi. difficiliꝰ delectationi. difficillime ꝯsensui seu opi. Optimū ē grā stabilire cor ad Heb. xiij. Sed diceres multi sūt luxuriosi qui dicūt se nō posse ꝯtinere q̄d illi facere debēt. Rn̄detur breuiter ꝙ nō dicūt verū si saltē ad p̄dicta remedia tēderēt. Probat̄ illud tripliciter. Primo auc̄tatibus sacre scripture. Nā Gen̄. iiij ad Cayn dixit deus. Subt̄ te erit appetitꝰ tuꝰ ⁊ tu dn̄aberis illius. Itē Ecc̄iastici. xv. deus dicit hoī. Apposui tibi aquā ⁊ ignem ad qd̄ volueris porrige manū tuā. an̄ hominē vita ⁊ mors. bonū ⁊ maluz qd̄ placuerit dabit̄ illi. Et apl's dicit. j. ad Coꝝ. x. Fidelis ē deus qui nō ꝑmittit vos tēptari sup illd̄ qd̄ potestis. Et xp̄s dicit Math. xj. Jugū em̄ meū suaue ē ⁊ onus meū leue. quō importabile. Et. j. Joh. v. dr̄. Hec ē caritas dei vt mādata eius custodiamꝰ. ⁊ mādata eiꝰ grauia nō sunt. Ideo dicit Jhero. Maledictꝰ qui dicit deū p̄cepisse ī possibile. Et Aug. Nemo peccat ī eo quod vitare nō p̄t. qꝛ scd̄m eūdē pctm̄ est adeo voluntariū. ꝙ si nō esset voluntariū nō esset pctm̄. immo nō solū theologi sed ⁊ philozophi hoc tradūt. vn̄ dicit philozophus. iij. Ethicoꝝ. Sumꝰ dn̄i oīm nostrarū operationū a principio vsq̄ ad finē. Et Seneca. Omitte excusationes nemo peccat inuitus Sic ergo patet auc̄tatibus canonicis et sanctoꝝ doctoꝝ ꝙ nemo cogit̄ ad peccandū. sed quilibet libera voluntate p̄t pctā omittere vel ꝯmittere. Scd̄o illud idē on̄dit̄ experiencia hūanoꝝ actuū. nam ab actu luxurie cessare facit verecūdia de visione paucoꝝ hoīm. Cur ergo nō attente ymaginata a tēptato visio dei angeloꝝ oīm ⁊ sanctorū hoīm a tali pctō nō traheret. Illo modo dicit Boecius in li. de ꝯsolatione. Magna nobis si dissimulare volumus indicta est ꝓbitatis necessitas. cū ante oculos iudicis agamus cuncta cernentis. Itē ab actu fornicacionis cessare facit timor mutilationis vel mortis corporalis intense imaginatus. vt patet in istis qui fugiunt mortem ad loca vbi nulla est mulier. Cur ergo non idez faceret timor mortis eterne ⁊ vtriusq̄ hominis. Vnde prouerb. xx. dicitur. Dolor vulneris absterget mala. Itez ab actu luxurie compesceret amor pecunie vt si ex continencia quis deberet lucrari castrum vel mille marcas Cur ergo nō ꝯtinerem⁹ ꝓpt̄ regnū celoꝝ. ꝓpter qd̄ quidā se castrauerūt. Math. xix. Ideo Bern̄. dicit.

Ignosce dñe excursamus tergnisamur, viq̄ ē aliq̄s qui in eis q̄ ad te sunt velit experiri quid possit, etiā qđ pmptissime pt scđz carnē vel secundū seculū siue timore impulerit, siue cupiditas extraxerit. Tercio patet idē a filii irrōnabilib⁹, nā piscis se pt tpare ab esca si hamuz suspicat. Auis a cibo rethis si dolū suspicat. Aialia etiā a laqueo cauet abscōdito. Cur ergo hō se non tparet a veneno luxurie, a cibo delectationis nā laqueo demonis cū talia vera agnoscat. Uñ eccliastes vij. Inuenī mulierē amariorē morte, mulierē, i. voluptatē q̄ corp⁹ necat ī aiam. Ecce ex oīb⁹ iā dictis patet q⁹ null⁹ luxuriosus se pt excusare dicēdo q⁹ nō possum ꝺtinere, immo nec aliquis pt ōr. qđ vtiq̄ aduertere deberent isti qui pctā se putāt nō posse deuitare, maxime luxurie cūs ola eoz voluptas mala ipos trahat est ī culpa. Sit ergo hodie ī sp illa nobilis ī sctā mulier magdalena speculū penitēdi pponit oīb⁹ pct̄oribus ī maxie luxuriosis vt sicut ipi cā secuti sūt in culpa ita eā sequant̄ in pnīa, et sicut in ea habūdauit delictū ī postea supabūdauit gra ita ī nobis ei⁹ intercessione mereamur ꝯsequi a deo grām remissionis pct̄oz per ꝯpm dñm nostrum Amen.

De sancto Jacobo apostolo maiore sermo sequitur. lxvi.

Alicē quidez

meū bibetis Math. xx

Ppo introductiōe thematis nota q⁹ ī scriptura sacra triplicē repto calicē scz pnīe, innocencie ī passionis acerbe. Primus ē calix innocēcie. De quo ps. Calix meus inebrians q̄ pclar⁹ ē. Reuera preclar⁹, nā vt inqt Aug. de vita xp̄iana. Nil deo dign⁹ nihil cariusse pt quā innocēcia, ī nihil hom̄ salubrius q⁹ hō in statu innocicie est secur⁹. Ambro. Gaude innocēcia vbiq̄ es illesa vbiq̄ secura, si tētaris pficis, si humiliaris erigeris, si pugnas vincis, si occideris coronaris. Ex isto calice bibit b. virgo q̄ fuit balsamo. i. spūsctō plena. Secūd⁹ calix ē pnīe. De quo ps. Calicē salutaris accipiā. Hic calix ē amar⁹ q⁹ plen⁹ crucis absinthe, nā bibēte ex eo dicūt illō ysa xxxviij Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudīe aīe mee ꝑ hic calix ꝺz dulcorari spe pmij celestis regni Math. iiij. Penitēciā agite appropinquabit vobis regnū celoz. Tercius ē calix passiōis acerbe q̄ plen⁹ est sanguine, hūc primū bibit xp̄s nā calix ꝺr a calō grece qđ ē lignū latine q⁹ xp̄s passionē acerbā sustinuit in ligno, deinde illū calicē biberūt oēs martires. Apoc. vij. Lauerūt stolas suas ī sanguīe agni, et inter apl'os primo illū calicē bibit iacob⁹ nā inter eos ipe primus ē q̄ obtrūcatiōe capitis martiriū passus ē. Ideo de eo ī fratre suo sancto iohe euāgelista dicit saluator ī ꝓbis thematis, calicē qđē meū bc. In psenti sermōe de b. Jacobo tria que in themate tanguntur veniūt declaranda, primū ꝺr fructuose pdicatiōis, secūm virtuose passiōis, tercium graciose auxiliationis. Primū de bto Jacobo declarandū ꝺr fructuose pdicationis. Nā Math. x.

Cōuocatis Jhesus. xij. discipulis
suis dixit eis. Eūtes p̄dicate dicen
tes. Quia appropinquabit regnuz
celoꝝ. ¶ Qualiter vero b. Jacobus
fructuose p̄dicauerit ex eiꝰ legenda
colligere possumꝰ. vbi sic habetur.
Post ascensionē dñi dū Jacobus
per iudeā ⁊ samariam p̄dicaret in
hyspaniā tandē venit ꝫ dū parum
ibi se ꝓficere videret ꝫ tantū nouē
discipulos ibi acquisiuissꝫ duos ex
illis cā p̄dicandi ibi reliquit ⁊ ali-
os septē secū assumēs iterū in iude-
am abijt vbi q̄tuor magna fecit.
Primo philetū ꝯuertit. nā cū in iu
dea p̄dicaret Hermogenes magꝰ
cū phariseis discipulū suū noīe phi
letū misit ad Jacobū ꝯuincendum
Cūqꝫ Jacobus philetū rōnabiliter
ꝯuicisset ⁊ multa miracula corā eo
fecisset scꝫ cecos illuminādo. infir-
mos curando. leprosos mundādo.
mortuos suscitādo. tandē philetus
corde ꝯpūctus ad fidē xp̄i ꝯuersus
est. Scd̄o magicā artē subuertit.
Nā hermogenes p̄dictꝰ vidēs phi-
letū ad fidē xp̄i ꝯuersum iratꝰ arte
sua magica eū immobilem fecit di
cens. Videbimꝰ si Jacobꝰ tuus te
soluet. Qd̄ cū philetꝰ Jacobo ꝑ pu
erū nūciasset misit ad eū Jacobus
sudariū suū dicēs. Accipiat sudari
um ⁊ dicat. Dñs erigit elisos ⁊ sol
uit ꝯpeditos. statimqꝫ vt sudario
tactꝰ ē solutꝰ ē a vinculis. magicis
artibꝰ hermogenes insultauit ⁊ ad
Jacobū ꝓperauit. Tercio demōes
accendit ⁊ eaꝝ artes xp̄i virtute de
uicit. nā hermogenes aduocās de-
mones p̄cepit eis vt Jacobū cum
phileto ad se adducerēt volēs se de
ip̄is vindicare. veniētes aūt demo
nes vt iussa ꝑficerēt in aere vllula
re ceperūt dicētes. Jacobe apl̄e mise
rere nobis qꝛ satis ardemꝰ. nā an-
geli dei cathenis igneis nos religa
tos tenēt ⁊ cruciāt. Quarto hermo
genē ad penitenciā adduxit. nā b.
Jacobus demonibꝰ dixit. Dimit-
tat vos angelus ⁊ ad hermogenez
redite eūqꝫ vinctū ad me adducite
ꝫ illesum. qd̄ illi ꝓtinꝰ adimpleue-
rūt vinctūqꝫ adduxerūt ad Jaco-
bū a quo cū peterēt demōes licēciā
seuiēdi in eū nō ꝯcessit ꝫ ait phile-
to vt bona ꝓ mal̄ reddamꝰ tu her-
mogenē solue. quo soluto ait iaco
bꝰ hermogeni. Vade liber quo vo
lueris nō ē em̄ legis xp̄i vt inuitus
q̄s ꝯuertat̄. At ille mutatꝰ in alte-
rū virū veniā hūiliter postulauit.
acceptoqꝫ p̄ timore demonū iacobi
baculo ꝑrexit ad domū oēs libros
artis magice ad apl̄m cremandos
apportauit. quos cū iacobꝰ in ma
re ꝓici fecit. itaqꝫ hermogenes peni
tēcia ductꝰ fidē xp̄i suscepit. p̄dica
uit ⁊ v̄tutes plurimas in xp̄i noīe
fecit vñ multos ꝯuertit. ¶ Circa p̄-
dicta ē dubiū. Primū vtrū demo-
nes possint hūana corpa molesta-
re. Ad qd̄ dico. ꝙ cū ꝑmittit deꝰ pos
sunt demones hūana corpa multi-
plicit̄ ꝑturbare ⁊ etiā mortē infer-
re. qd̄ in scriptura sacra mlt̄is exē
plis demōstrat̄. nā vt dicūt doc. de
us ꝑmittit demones qñqꝫ hūanis
corporibꝰ nocumenta inferre. pri-
mo ad sue glorie manifestacionez
Sicut euenit in illis qui vexa-
ti suo nomine ⁊ sanctoruz meritis
liberant̄ vt patet de filia chananee
que male vexabatur a demonio.
Math. xv. ⁊ de puero obsesso. qui

sepe cadebat n ignem. ⁊ crebro in aquā. Lu. xj. ⁊ Math. xij. de quodam obsesso quem demon fecerat surdum mutum ⁊ cecum. ⁊ de Phileto per sanctum Jacobum liberato. Scdo deꝰ pdicta sinit ad bonorum exercitationem atq; illorum paciencie comprobationem. sicut factum est in Job quem Sathan percussit vlcere pessimo a plāta pedis vsq; ad verticem eius Job. ij. c. Et in beato Anthonio quem demonum multitudo adeo lacerauit q̄ a discipulo eius quasi mortuus inuentus est vt habetur in eius legenda. Tercio ad iniquorum vindictam ⁊ punicionem sicut contigit illis septem viris Sare. quos omnes successiue demoniū interfecit vt habetur Thob. vj. Et filio pfecti qui voluit violenter beataz Agnetā violare qui pfocatꝰ a dyabolo expirauit vt habet in eiꝰ legēda. ¶ Scdm dubiū est vtrū demones possint hoībus visibiliter apparere. Ad hoc dicendū q̄ sinente deo apparent qñq; in assumptis corporibus qd exemplis pluribus cōprobari potest que vide in speculo exemplorum. Et psertim dic de quodā cui demon in assumpto corpore pluribꝰ annis seruiuit in finē vt si aliqñ nocte siue mane se signo crucis nō ꝯsignasset ⁊ angelicā salutationē nō dixisset ipm pfocassz vt ipe sibi retulit dū eū licēciauit. Exemplū etiā habes ad hec de sancto Cristofero cui demō in assumpto corpore obuiauit vt habet in eius legenda. ¶ Scdm de beato iacobo declarandū dr virtuose passionis nā iussu herodis p xpo martiriū capitis obtruncatiōe sustinuit Vbi tria magna facta sunt. Primū fuit paralitici sanacio. Cū em ad decollaudū btūs Jacobus duceret quidā paliticus in via iacens ad eū clamauit vt sibi sanitatē cōferret. cui iacobus ait. In noīe ihesu xpi pro cuius fide ducor ad decollandū exurge sanus ⁊ bñdic creatorem tuum qui statim sanus factꝰ surrexit ⁊ dñm bñdixit. Scdz fuit Josie conuersio. Js em funem in collū eius miserat illūq; trahebat. qui viso miraclo ad pedes iacobi se pstrauit ⁊ veniā petēs xpianum se fieri postulauit. qd cū vidisset abiathar pontifex sibi dixit Nisi nomē xpi maledixeris cu ipo Jacobo decollaberis. Cui Josias. Maledictꝰ tu nomen aūt dñi nri ihesu xpi sit bñdictū in secula. tūc Abiatar os eiꝰ pugnis cedi iussit ⁊ missa de eo legatione ad herodem impetrauit vt cū Jacobo decollaret. Cū aūt decollari deberet Jacobus a spiculatore lagenā aque pecijt ⁊ Josiā baptisauit. Deinde statī capitis obtrūcatiōe martiriuz consumauit. Decollatus ē aūt b. iacobꝰ. viij. kalend. aprilis in annūciatione btē marie vginis ⁊. viij. kalend. augusti in ꝯpestellā trāslatꝰ ⁊. iij. kalend. ianuarij sepultꝰ. q: sepultura eius fuit ab augusto vsq; ad ianuariū plōgata. Statuit tñ eccīa vt festū eius. viij. kalend. augusti tpe scz magis ꝯgruo celebraret. Terciū fuit sepulture disposicio vt eī refert iohs beleth decollato iacobo discipli corpꝰ eiꝰ nocte timore iudeoꝝ rapientes naui illud imposuerunt ⁊ sepulturam diuine

prouidencie committentes nauim sine remige conscenderunt ⁊ angelo dñi duce in Galiciam in regno Lupe applicauerunt. deponentes ergo corpus de naui super quendā magnum lapidem. mox lapis vt cera corpori cessit ⁊ in sarcophagū corpori se mirabiliter coaptauit. ingredientes igitur discipuli ad reginam Lupam dixerūt. Dñs Jhesus xp̄us mittit ad te corpus discipuli vt quem noluisti suscipere viuum suscipias nunc defunctum. ⁊ narrantes ei miraculum qualiter illuc sine remige aduenissent locuz eius sepulture congruum pecierunt. quod uz regina audisset eos in dolo ad quendam virum crudelissimū destinaut vt eius super hoc consensum haberent. qui eos incarceraūt Cum autem ille discumberet angelus dñi carcerem apperuit ⁊ eos libere abire permisit. quia ad reginam redeuntes iterum pecierunt locum sepulture pro corpore sancti Jacobi. Quibus illa respondit. accipite boues quos habeo in tali mōdo te et plaustro iungite ac corpus dñi vestri deferte et locum sicut voluerit:s edificate. Hec autem dolose dicebat. sciebat ei thauros esse indomitos ⁊ siluestres ideo putauit ꝙ non possent iungi currui vel si iungerentur huc illucꝫ discurrerent ⁊ corpus ejicerent ⁊ ipos necarent. sed non est sapiencia contra deum. nam illi dolum non cogitātes montem ascenderunt ⁊ draconem quendam ignem spirantem et in eos irruentem cruce apposita per medium ventrem scindunt. facto etiam super thauros signo crucis velut agni protinus mansuescunt ⁊ eos iungentes corpus sancti Jacobi cum lapide in curru posuerunt. Boues autem sine alicuius regimine corpus in medium pallacii Lupe adduxerunt quod illa videns ⁊ stupens credidit ⁊ xp̄iana facta omnia que pecierunt tribuit et pallacium in ecclesiam sancto dedicās magnifice ipam dotauit. et in bonis operibus vitā finiuit.

¶ Tercium de beato Jacobo declarandum dicitur graciose auxiliationis siue subuentione. Nam in omni statu beat⁹ Jacobus subuenit suis deuotis fideliter se inuocātibus. vt enim inquit August. In diget homo sanctorum auxilio in vita in morte ⁊ post mortem. Sic beat⁹ Jacobus. Primo in vita peccatoribus impetrat peccatorum remissionem sicut refert Beda de illo qui peccatum in cedula scripsit et deletum inuenit. Secō exhibet desolatis ⁊ afflictis consolationem. vt refert calixtus papa de illo qui ad sanctum Jacobum vadēs vxore mortua ⁊ omnibus spoliatus asinum a beato Jacobo accepit quo paruuli veherentur. Tercio impetrat oppressis releuationem vt patet de quodam Bernhardo mutinē si mercatore quem iniuste captum et incarceratum inclinando turrī sexaginta cubitorum miraculose liberauit. Quarto exhibet necessitatem pacientibus ministracionem sicut refert Calixtus papa de quodam ad beatum Jacobum pergente. cui cum necessaria defecissent beatus Jacobus sibi panem administrauit. de quo. xv. diebus vixit.

f

Quãto ꝫ deuotis adꝯibet paternã correctionẽ. Sicut refert idẽ Calixtus de quodã qui cũ sanctũ iacobũ visitasset nõ salutẽ anime peccatrix sed ne a suis caperet inimicis, qui rediens aꝺ inimicis captus ẽ, et tandẽ per beatũ Jacobũ correctꝰ liberat. Scꝺo btus iacobus iuuat suos fideles ī morte. Primo ne superent a morte vt patet de filio q̃ iniuste fuit suspensus ꝓpter capũz per hospitem occulte in pera eorũ repositum quem beatus Jacobus per trigintaseꝝ dies in patibulo sustentauit ⁊ celesti dulcedine refocillauit. Scꝺo in morte iuuat suos seruitores ne a demone superentur Sicut patet in illo cui in extremis laboranti apparuit beatus iacobꝰ bordone vtens ꝓ lancea ⁊ sacculo mulierculę quem ille ex compassione in via portauerat ꝓ scuto vtẽs demonem fugauit. Tercio beatus Jacobus iuuat sibi deuotos post mortem. Primo quantũ aꝺ corpꝰ honorabili sepulture tradendo, vt patet de quodam in via mortuo, a quo omnes socij sui recesserunt vno dempto cuius corpus ac socium suũ qui cum eo manserat beatus Jacobus in specie equitis apparens aꝺ sanctũ Jacobũz detulit, et ibi per canonicos sepeliri fecit. Secundo quantũ aꝺ aĩam aꝺ eternis penis liberãdo. Sicut refert Hugo de sancto vic. de quodã qui cuz aꝺ sctm Jacobum pgeret ⁊ aꝺ suasionẽ demonis se occidisset ⁊ aꝺ infernum ductus fuisset beatus Jacobus vt v ite pristine restitueretur obtinuit. ¶ Circa predicta est dubium vtrum beatus Jacobus possit iuuare orationibus suis omnes interpellantes eum ⁊ videt ꝙ nõ ꝙa beatus Jacobus perfecte suam voluntatem deo conformauit vt nõ velit nisi quod deus vult sed illud quod vult semper implet ergo frustra pro interpellantibus orat. Aꝺ hoc dico ꝙ quꝺã heretici fuerunt q̃ dixerunt ꝙ sancti nõ possint nos iuuare suis orationibus quia vnusquisq; recepit scꝺm ea que gessit, ꝛ hoc est contra hoc quod ecclesia cõtinue canit. Sancte Jacobe ora ꝓ nobis. Et contra articulum fidei qui est sanctorum communio que per caritatem fit. Et ideo cum in sanctis qui sunt in patria sit perfectissima caritas competit eis ꝓ nobis orare. nõ tamen sic quin oĩa ad votum succedunt. Et ideo potẽt talis ꝯclusio ꝙ beatus Jacobꝰ iuuat suis orãtibꝰ oẽs ĩterpellãtes cum debito modo ⁊ tanto magis quãto est pfectionis caritatis. quãto est deo coniunctior tanto eius orationes sunt magis efficaces. Habet eĩm hoc diuinus ordo vt ex superioris excellencia ī iferiora refundet. sicut ex claritate solis in aerẽ.

Sermo alius de sancto Jacobo maiore sequit. lxvij.

Escitis quid petatis potestis bibere calicẽ quẽ ego bibitur⁹ sum ⁊c. Math. xx.

Vt sciatis q̃d a deo petere debeatis. ¶ Nota ꝙ a deo petere possumus ⁊ bona ⁊ mala penalia sed diuersimode. Bona scꝺm Augustꝰ. sunt triplicia scilicz infima media ⁊ suprema. Infima sunt bona nature et fortune vt sa-

nitas. filij. honores. diuicie nē. q̄ sunt bona ⁊ mali ꝓmunia non debemus simpliciter a deo petere sed sub ꝓditione scz si expediant ⁊ prosint nobis ad salutē. Aug. Si tpalia petitis cuz modo petite ⁊ timore ⁊ illi ꝯmittite vt si ꝑsint det si autem scit obesse nō det. Quid autez ꝑsit ⁊ obsit medicus scit ⁊ nō egrotus. Hec etiam debemus cuz moderamine petere. puerb. xxx. Diuicias ⁊ pauperē ne. de. mihi. ꝑ tm̄ nē. j. Thy. vj. Habētes alimenta et qui de hijs nē. Math. vj. Panez nostrum quotidianū da nobis hodie. ¶ Obi dñs per sex docet debite petere. pro temporalib⁹ petere em̄ docet primo nō superfluitatez q̄ panē nō ait pisces carnes ⁊ similia. Scdo docet petere iuste acquisita. ibi nostrum nō alienū. Tercio necessitatē quotidianaz ibi quotidianum nō annuale Quarto docet vt cuz gratiaꝝ actione recipiam⁹ agnoscēdo q̄ reddere nō possumus. ibi da nō ait accomoda Quinto docet ꝓdiudere pximis nō totū seruando nobis. ibi nobis. Sexto vt nō nimū sollicitemur de illis. ibi hodie. Et q̄ bona temporalia peti possūt ex hoc ꝑbat. Quia scdz Aug. ad ꝑbam. Licet hoc petere qd̄ licet desiderare. sic licet ergo nobis desiderare ista temporalia nō vt i eis finē ꝓstituamus sz sicut quedā admunicula quibus iuuamur ad tē dēdum in bitudinē inquantum p ea vita corporalis sustentat. ⁊ sic nobis organice ad actꝰ virtutū deseruiunt vt dr. j. Ethicoꝝ. Media sunt bona spiritualia. et hec sunt i duplici differencia. Quedam sunt bona spiritualia nō necessaria ad salutē vt sciencia eloquencia ⁊ huiusmodi peti possunt nō tm̄ absolute sz sub ꝓditione si sit p salute nra vt dictū est supra de temporalibus Quedaz sunt bona spūalia necessaria ad salutē vt gra virtutes ⁊ dona spūssancti. Et hec vt dicit sanctus Tho. scda sde. q. lxxxiij. ar. v. ad vj. simpliciter ⁊ absolute debēt peti ⁊ possunt absq̄ ꝓditione sz si placet deo vel si est p salute nostra ⁊ hmōi. deo em̄ placet qui vult omnes saluos fieri. ⁊ ipe nos ad hmōi inuitat dicēs. Primum querite regnum dei ⁊ iusticiam eius id est virtutes quibus acquirit. vnde ⁊ fidē spē ⁊ caritatē docuit postulare sub figura panis pisces ⁊ ꝯm. Luce. xj. vbi etiam saluator docet nos ista petere feruenter dicēs. Petite ⁊ dabitur vobis. querite ⁊ inuenietis. pulsate ⁊ aperiet vobis. Suprema sunt bona glorie. Hec tanq̄ finem oīm bonoꝝ petere debemus ⁊ tanq̄ perfectum bonum. Joh. xvj. Petite vt gaudium vestrum sit plenum. Bern. Reuera illud ē plenuz et perfectum gaudiuz qd̄ nō de creatura sz de creatore ꝓcipit. qd̄ cuz possideris nemo tollet a te. cui oīs aliunde iocūditas ꝓparata meror est. oīs suauitas dolor. et oē dulce amarum et oē decorum fedū. Mala penalia nō licet petere in ꝓpria ꝯdone nisi in ordine ad bonum. vt si per flagella q̄s ꝓuertat ad deum. ⁊ sic intelligēde sunt imꝓcationes multe que ponunt in scriptura contra inimicos. vt illud ps. Erubescāt et conturbent nē. et alia huiusmodi. Petit em̄ ꝓturbationē inimico

verbum dei vbi tibi viginti dierū indulgencia confertur. Quomodo impacienter audis verbum cristi vbi ad carcerem ꝛ ad supplicia traheris. Potest etiam moraliter per noctem intelligi ipsa tribulacio. Noꝝ enim secundum auctorem in libro proprietatum dicta est a nocēdo q; oculis nocet. Est etiam noꝝ tempus nocentibus aptum ꝛ a peccantibus tollens verecundiā Sic ipsa tribulacio multocies nocet bonis qui sunt quasi oculi ꝛ lumen aliorum quia sepe sensualitatem perturbando obscurat. Sicut legitur de Cristo Matthei. xxvj. Qui cepit instante tribulatione sua tristari ꝛ mestus esse dicens. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Ita etiam potest de alijs dici quorum sensualitatem tribulacio mestificat ꝛ obscurat. Etiaꝫ sicut noꝝ est tempus aptum animalibus nocentibus. quia tunc lupi intrant domos villanorum eis damnum inferendo. Similiter apri intrant vineas et agros ꝛ que inueniunt lacerant que alias in cauernis de die ꝛ in antris suis latitant vt dicit Grego. Ita in nocte tribulationis lupini tyranni etiaꝫ aptis crudeliores plus solito nocēt bonis cristianis. ꝛ vineam domini sanctam ecclesiam magis deuastant. quia hec est hora eorum. sicut Cristus dixit iudeis ad euꝫ nocte venientibus vt ipsum caperent Hec est inquit hora vestra ꝛ potestas tenebrarum Luce. xxij. Ita fuit etiaꝫ quo ad presens quia crudelis inimicus Decius in nocte tribulationis multum deuastauit vineam domini multa milia martirum occidendo. In qua nocte tribulationis dominus beatum Laurencium visitauit diuina consolatione vt impleretur illud dictum Dauidicum. Cum ipso sum in tribulatione. ¶ Vbi vlterius nota q; in nocte tribulationis deus beatū Laurencium visitauit per quatuor consolationes quas sibi fecit. de quibus dicitur in ps. cxxxviij. Et noꝝ illuminacio mea in delicijs meis. Noꝝ enim tunc in delicias vertitur quando tribulacio amoris dulcedine superatur. Prima ergo consolacio beati Laurencij causabatur ex amoris dulcedine. quando sua tribulacio in dulcedinem versa fuit. Ideo Decio dixit Disce miser quod tormenta tua mihi epule sunt. Quia secundum Augustinum. Omnia seua omnia inhumania facilia ꝛ quasi nulla facit amor. Sicut refert de hoc valerius libro. viij. q; Dyogenes philozophus tanto amore ad celestia estuauit q; mortem nequiens expectare naturalem se dedit igni precipitem sicq; spiritum pre amoris desiderio exalauit. Ita etiam beatus Laurencius ex magno amore quem habuit ad premia eterna multo tempore ante naturalē mortem non timuit ignis incendium Secunda consolacio causabatur ex securitate gracie. securus enim erat q; in sua tribulatione a gracia cadere non poterat. Et hoc tangitur ibi. Quia tenebre non obscurabuntur. Quando quis in tribulatione positus per penam caligine non obnubilabitur. Sicut factus

est de beato Laurencio. Ideo potest dicere cum apostolo Ro. viij. Certus sum q̄ neq̄ mors neq̄ vita ⁊c. Tercia causabatur ex serenitate consciencie. Ideo subinfertur Et nox sicut dies illuminabitur. quia tribulacio luce consciencie serenatur. Istam serenitatem ⁊ lucem consciencie habuit beatus laurencius quando dixit. Mea nox obscurum non habet. Quarta cōsolacio causabatur ex certitudine glorie. Ideo subiungitur. Sicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius. Tunc enim lumen est sicut tenebre quando quis recipit multitudinem celestium gaudiorum secundum multitudinem passionum. Juxta illud p̄s. xciij. Scd̄m multitudinem dolorum meorum consolationes tue letificauerunt animam meam. Istam certitudinem celestis glorie habuit quando dixit. Gracias ago tibi domine quia ianuas tuas ingredi merui. ⁊ tantum de secundo. ¶ Tercium quod in verbis predictis ad commendationez beati Laurencij innuitur est examinacio cum dicit. Igne me examinasti. Vbi nota q̄ triplex ē ignis scilicet naturalis. artificialis ⁊ spiritualis. Naturalis est multiplex Nam quidam ignis non vrit sed lucet vt ignis celi empirrei. quidaz non lucet sed vrit. sicut ignis infernj. quidā vrit et lucet sicut ignis camini. Alia differencia quidam ignis semper viuit ⁊ nunq̄ moritur sicut ignis siderum. Quidam aliquando viuit ⁊ aliquando moritur vt ignis fornacis. Quidam statim vt viuit statim ⁊ moritur sicut ignis fulgoris. Item quidam ignis pascitur ⁊ consummit sicut ignis vsualis. quidam consummit et non pascitur sicut ignis solaris Quidam pascitur ⁊ non consummit sicut ignis gehennalis. Sicut dicitur in p̄s. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Optabunt enim homines mori et fugiet mors ab illis. Apoc. ix. Sz quia magis philozophicum est q̄ theologicum indagare rerum naturas. Ideo dimisso igne naturali ⁊ artificiali pocius de spirituali nunc est nobis insistendum.

¶ Hic autem ignis spiritualis est triplex scilicet culpe. gracie ⁊ pene Ignis culpe dicitur liuor inuidie. vel ardor concupiscencie. De quo ppha dicit. Supceos cecidit ignis et non viderunt solem. Ignis gracie est feruor charitatis. De quo dicit dominus Luce. xij. Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi vt ardeat. Ignis pene dicitur ignis aduersitatis ⁊ tribulationis siue penarum. tali enim igne. id est per multam ⁊ duram corporis afflictionem beatus Laurencius probatus fuit. Primo enim expoliatus fuit ⁊ scorpionibus cesus Secundo fustibus fuit percussus. Tercio laminis ferreis ad latera adustus. quarto plumbatis verberatus fuit. quinto os sancti Laurēcij cesum fuit cum lapidibus. Sexto i crate ferrea multis prunis subactis assatus fuit. In hac multiplici examinatione non fuit in eo inuenta iniquitas perfidie. Per om

nia quippe supplicia sibi inflicta non poterat ab eo extorqueri vt sacrificia dijs offerret. vnde ipse dixit. Ego me obtuli deo sacrificium in odorem suauitatis. Sicut enim aurum examinatur in igne ⁊ quãto plus crematur tanto plus depuratur ⁊ nec in pondere nec in valore minuitur. Sic beatus Laurencius examinatus fuit in igne aduersitatis vt posset dicere illud iob xxiij. Probauit me quasi aurum quod per ignem transit. Et recte per aurum beatus Laurencius apte prefiguratur. Sicut enim aurũ inter alia metalla est candidius purius superapositis ⁊ habet virtutem lepre exterminuam quia limatura auri in cibo ⁊ potu sumpta a lepra preseruat vel saltem eam occultat. Ita beatus laurencius inter alios martires candore nitidus quia per ignez omnis impuritas ab eo totaliter purgata. Habet etiam beatus Laurencius virtutem q̃ a nobis potest abstergere lepram spiritualem peccatorum si passionem ipsius in nobis deuote masticam⁹ Quia legitur q̃ suis inimicis sicut ypolito qui ipsum incarcerauit veniam impetrauit ⁊ maculam vicio rum expurgauit. Legitur etiam q̃ quidam iudex nomine Steffanus tres domos beati Laurencij abstulit ⁊ iniuste possedit hic cum mortuus esset ante iudicium ductꝰ est. quod videns Laurencius ipm accessit ⁊ tribus vicibus brachium eius durissime strinxit. Judex vero dedit sententiam vt ille qui aliena abstulisset in locum Jude prodditoris traderet. sed preiectus martir quem idem in vita amauerat sanctum laurencium accessit ⁊ pro eo veniam precatur. Ille autez statim pro Steffano precaturus accessit ad Cristum eiq̃ cum alijs veniam impetrauit vt ad corpus rediret ⁊ triginta dies penitenciam ageret quod ⁊ factum fuit ⁊ tunc omnia ablata restituit ⁊ post triginta dies ad dominum migrauit Et si hoc inimicis suis fecit multomagis faciet nobis si passionez eius recolimus ⁊ festum eius solẽniter celebramus. Ideo clamemus ad ipsum cum sancta matre ecclesia dicentes. Beati Laurenti martir Cristi intercede pro nobis.

¶ Ex iam dictis patet recte sicut aurum est inter alia metalla purissimum ⁊ nobilissimum. Sic beatus laurencius inter alios martires obtinet principatum. Et hoc propter sex causas. Quarum tres ponit Guilhelmus in rationali diuinorum libro septimo. Prima propter passionis locum. quia Rome passus ẽ. que est caput mũdi ⁊ mater omnium ecclesiarum ⁊ vbi est sedes apostolica. vt habetur in. c. non decet. vij. distinctione. Secũdo propter predicationis officium quod diligenter adimpleuit. Tercio propter laudabilem dispensationem thesaurorum. quos omnes pauperibus sapienter distribuit. Quarto propter autenticum ⁊ probatum eius martirium. quia et si de alijs maiora tormenta legantur tamen hoc autenticum non habetur. Huius autem passio in ec-

clesia est valde solennis et appro-
bata. Quinto propter grandis dig-
nitatis excellenciam quia fuit ar-
chidiaconus sedis apostolice post
quem vt aiunt in romana sede a-
lius non surrexit. Sexto propter
seuiciam tormentorum quia gra-
uissima pertulit. ¶ Fuit autem ei
pena acerba ex tribus. Primo ex
doloris immensitate qua ignis ē
maxime afflictiuus. Ideo dicitur
ysa. xxxiij. Quis poterit habitare
de vobis cum igne deuorante. qua
si diceret nullus vel pauci qua mē
bra multis vulneribus lacerata et
concussa aduri fecit. Ita vt dicere
potest illud Job. xvj. Non peper
cit effudit in terram viscera mea
scidit me vulnere super vulnus.
Secundo ex temporis diuturnita
te secundum illud Ambrosij. Non
enim fratres beatus Laurentius
simplici et breui passione perimitur
Nam qui gladio percutitur simul
moritur qui in flammarum cami
no mergitur vno impetu liberatur
Hic autem longa et multiplici pena
cruciatur. Tercio ex pene diuersita
te quia omnia genera tormentorū
in eius corpore fuerunt extensa vt
dictum est supra. Ita vt dicere pos-
sit cum ps. lxxxviij. Omnes flu-
tus tuos induxisti sup me. ¶ Ideo
beatus Laurēcius inter alios mar
tires tria habet priuilegia. Primū
quia solus inter martires habet vi
giliam seu ieiunium. Secundum
cum octaua quia ipse solus cum be
ato Stephano habet octauam in
ter martires. Sicut Martinus in
ter confessores. Tercio in regressio
nibus antiphonarum. quod solus
ipe et beatus Paulus habet. Pau-
lus habet propter excellenciam pre
dicationis. Sed Laurencius pro-
pter excellenciam passionis ꝛc.

In die assumptionis beate virgi
nis sermo de euangelio. lxxiij.

Maria optimā partem elegit que non auferetur ab ea Luce. x
c. Licet verbum istud ad litteram
dicatur de beata Maria magda-
lena tamen proprie nulli competit
nisi virgini gloriose. nec deo. nec
angelo nec homini. Nullus enim
angelus vel homo est qui habeat
optimam partem. Deus vero non
tenet partem sed totum. Sola au-
tem virgo Maria habet optimaz
partem quia est media inter crea-
torem qui omne tenet et omnem
aliam creaturam que bonam vel
meliorem partem obtinet. Ideo di
cit thema. Maria optimam partē
elegit que non auferetur ab ea ꝛc.
Nota ex quo Maria est dei mater
sicut deum nullus potest sufficien
ter et digne laudare sic nec matrez
Quis enim laudare potest sufficiē
ter eam que eternum protulit ver-
bum que suum genuit conditorem
que nobis dedit mediatorem dei et
hominum. que nobis apportauit
cibum angelorum. Unde petis da
miani. Qualiter eam laudare po-
terit mundanus homo per transi-
torium verbum que de se protulit
verbum quod manet in eternum.
Ideo Augustinus. Si omnium no
strum membra verterentur in lin

guas nē. Et ideo Damascen⁹. Si laudem ⁊ gloriam eius describere volumus deficiunt nobis verba quibus exprimere valeamus. Bernhardus. Utinam mihi tot essent lingue quot stelle celi ⁊ omnes possem in laudem conuertere genitricis dei nec minimaz eius exprimere valerem virtutem..

In verbis thematis beata virgo a tribus commendatur. Primo ab excellencia in presidendo quia dicitur Maria. Secundo a prudencia in eligendo. quia optimam partez elegit. Tercio a confidencia in possidendo quia non auferetur ab ea.

A ¶Primo commendatur ab excellencia in presidendo siue ab excellēcia virtualis perfectionis. quia dicta est maria. que interpretatur domina mundi. Ipsa enim est domina omnium cum filius eius sit dominus vniuersorum. Interpretatur etiam Maria illuminata vel illuminatriz. Ipsa enim est illuminata a deo vt luna a sole. ⁊ plena omni illuminatione celestiū. Ipa est illuminatriz omnium electorum. Unde canit ecclesia. Solue vincula reis profer lumē cecis. Secundum Hieronimum etiam in libro interpretationum Maria interpretatur stella maris. Ideo canit ecclesia. Aue maris stella. De hac interpretatione psequēdo alijs obmissis dico ꝙ virgo Maria conuenienter comparatur stelle. quia sicut stella sine sui corruptione fert radium. Sic virgo maria sine sui violatione edidit filium. Nec stelle radius suam minuit claritatem nec filius Marie ei suam integritatem. ¶Conuenicius autē virgo Maria dicitur stella maris et ei assimulatur propter sex consideranda in illa stella. videlicet substanciam. quantitatem. qualitatez. situm. statum et effectum. Primo quantum ad substanciam stella illa est celestis. incorruptibilis ⁊ origo lucis que tamen conueniunt et alijs stellis. Sic virgo Maria fuit celestis conuersationis vt complecius dicere posset cum apostolo Nostra conuersacio in celis est ad Philippēn. iij. Incorruptibilis fuit mente ⁊ corpore. Nam vt dicit Anßelmus. Ea puritate decuit vt niteret qua maior sub deo nequeat reperiri. Origo fuit lucis. nā vt canit ecclesia. Angelus consilij natus est de virgine. sol de stella. qui illuminat omnem hominez venientem in hunc mundum Johannis. j. Secundo quantum ad quātitatem stella maris est minima in apparencia nobis sed maxima in seipsa. Sic beata Maria maxima in sanctitate in se sed minima in sui mente propter maximaz humilitatem. Quia respexit humilitatem ancille sue ait Luce. j. c. Humilis in corde totum deo tribuēs. humilis in ore seu locutione eius. Cuius signum rarissima ⁊ breuis locutio eius. humilis in opere seruiens cognate in partu loco ancille ipsa que erat domina angelorū Tercio quantum ad qualitatem. stella illa est superior clarior ⁊ vtilior quia est in supremo polo ideo superior. Et beata Maria est supe

tior omnium sanctorum et angelorū deo propinquior. Clarior est virginitate, semper etiam clara ī fide fuit, ꝙ sic stella semper rutilās Omnes alie stelle id est apostoli et Marie ceciderunt, amittentes lumen fidei diuinitatis Christi ipsa nunc̄ in passione eius. vtilis est valde stella maris fecūditate. Et quis sanctus vel sancta vtilior nobis hac virgine que nobis genuit deum pariter ꝙ hominem omnium saluatorem. Quarto quantum ad statum. Status illius stelle est q̄ si sine motu quia est vicina polo. Ita modicus est circuitus eius vt videatur non moueri. Est sine occasu quia non occidit nobis vt alie stelle. Est sine errore sic beata maria est sine motu inconstancie. Sine casu fuit aliquus peccati, nam et si septies in die cadit iustus vt ait Salomon scilicet venialiter, hec nunc̄ cecidit. Fuit sine errore ignorancie eorum que pertinent ad salutem. vnde ꝙ dicitur mater agnitionis. Ecclesiastici. xxiiij. Quinto quantum ad effectum. stella illa trahit ferrum ad calamitas. sua luce nautas dirigit ꝙ est contra aquilonem. sic beata Maria per inferram misericordiam sibi attrahit peccatores ad celum per penitenciam quam eis procurat. naufragantes in pelago huius mundi ad portum salutis dirigit. Vnde canit ecclesia. Ad te pia suspiramus si nō ducis deuiam⁹. En ad te confugimus. Est etiam contra aquilonē id est contra diabolum nobis aduersantem. Iuxta illud Jhere. v. Ab aquilone pandetur omne malum. Sed tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe et dicimus. Vltimo quantum ad situm illa stella est infima circa polum. per quem locum mundus ipse extimatur versari quod multi pure creature videtur potius conuenire c̄p beate virgini scilicet mundum circa ipsam versari. Ad ipsam enim respicere videntur vniuersi. superi vt restaurentur. inferi vt de limbo liberentur. Qui in mundo sunt vt iustificentur. Qui ante nos fuerūt prophete vt verificentur in suis pphecijs de incarnatione filij. Qui ī presenti sunt vt subleuemur in rātis miserijs qui futuri sunt vt saluentur. Secundo in verbis premissis commendatur beata virgo a prudencia in eligēdo quia optimā partem elegit. Et hoc dupliciter. Primo elegit optimam partem in vita terrestri. Secundo in vita celesti. ¶ Primo Maria elegit optimam partem in vita terrestri quantum ad duo. Primo quantū ad decursum vite sue. secundo quātum ad finem hoc est in morte. Habuit nanc̄ Maria in presenti vita optimā ptē q̄ntū ad decursum vite sue quo ad septē. Primo quo ad sanctificatōz in vtero. Nā quidam sanctificantur siue purgātur ab originali. iaz per baptismū renati vt pueri communiter ypiarum quorum gracia tanta est vt saluētur licet mortaliter ꝙ venialiter postea peccare possint. Alij purgant in vtero ab originali vt Jheremias Johānes bap. quorum

gracia tanta fuit vt postea nō mortaliter peccauerunt sed venialiter excedere potuerunt. Sed beata Maria tantam graciam accepit sanctificata in vtero vt nec venialiter nec mortaliter peccauerit postmoduz. Secundo habuit optimaz partem quo ad puericie incohoationem. Sunt enim quidaz pueri boni qui pro posse corporaliter laborant vt sint filij communiter bonorum parentum. Alij meliores qui ecclesias sepius frequentant vt beatus Nicolaus, sanctus dominicus. Sed optimam qui deo in religionis cultu offeruntur vel nutriuntur. Sicut pueri beato Benedicto offerebantur a nobilibus nutriendi religiose. vt dicit Gregorius in libro dyalogoz. Primum habuit Maria quia vt de ea refert Jheronimus in epistola ad Cromaciū ⁊ Heliodorū ⁊ hāc regulā maria constituerat vt a mane vsq; ad terciam orationi insisteret. A tercia vsq; ad nonaz terrestri operi vacaret. A nona ab oratiōe nō recederet quoadusq; angelus apparens escam sibi daret. Secundum habuit quia completo per triennium ablactionis tempore ad templum cuz oblatione per quindecim gradus ascendit ac si foret adulta vbi non vna die sed fere vsq; ad conceptionem filij mansit. Terciū habuit quia ibidem quotidie i omni sanctitate proficiens ⁊ quotidie ab angelo visitata deo quotidie fruebatur in diuino cultu occupata vt de vtroq; refert Jheronimus in hysto. ¶ Tercio Maria elegit optimam partem quantum ad castitatis conseruationem. Castitas enim tres partes habz. vna est coniugalis, de qua Hebre. xiij. Honorabile coniugiuz thorus immaculatus. Et hec est pars bona que habet fructum tricesimum mathei. xiij. Luce. viij. Secunda est continencia vidualis. De qua. j. ad Thymoth. v. Viduas honora que vere sunt vidue. Et. j. Corinthi. vij. Beacior si sic permanserit. Et ista est pars melior habēs fructum sexagesimum. Tercia est virginalis. Augustinus. Que maior gloria super terram q̄ in carne corporali ducere vitam angelicam. Jheronimus. Viuere in carne preter carnem q̄. Et hec est optima habens fructum centesimum. Et hanc virgo beatissima elegit vt tamen ostenderet quod est personationis voluit esse coniugata cum cōiugatis. vidua cum viduis. immaculata cum immaculatis. Quarto Maria optimam partem elegit quantum ad vite perfectionem. ¶ Est enim vita activa que est pars bona. Est vita contemplatiua que ē pars melior. Est ex vtraq; composita videlicet doctrinalis que est pars optima ⁊ istaz virgo Maria elegit. Vnde euangelium ideirco hodie legitur de tribus personis scilicet Martha Maria ⁊ Jhesu. quarum prima habuit activā vitā. secunda magdalena contemplatiuā. tercia doctrinalē. maria em̄ est cāstellū in quod ihesus intrauit luce. ij. Ecce concipies et paries filium. Et ibi nouem mensibus ha-

sitauit. Et quia actiua vita intē dit proximo. Contemplatiua deo Magna laus fuit in virgine Maria que vtranq; vitam circa filium suum deuote exercuit. Nam quantum ad diuinitatem contemplationi eius intenta fuit. Quantum vero ad humanitatem sibi sedule ministrauit. quia ipsum genuit. pannis inuoluit. vestiuit cibauit. potauit. infantulo solacia exhibuit. In tribulatione in cruce positum visitauit. et vsq; ad sepulchrum prosecuta fuit. et sic opera misericordie implenit. Quinto maria elegit optimaz partem quo ad perfectam humiliationem. ¶ Humilitas enim tres habet gradus. Primus est se subici suo superiori Hebre. xiij. Obedite prepositis vestris per omnia et subiacete eis. et hec est pars bona. Secundus subici suo equali et non preferre se ei. Roma. xij. Honore inuicem preuenientes. Et hec est pars melior. Tercius est se subici suo inferiori luce. xxij. Qui maior est vestrum fiat sicut minor. Et hec est pars optima. Maria autem non solum obediuit superiori suo scilicet deo. luce primo. Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum Non solum equali. id est sponso suo Joseph quem sibi preponebat luce. ij. Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. sed etiam suo inferiori se subiecit scilicet Elizabeth apud quam tribus mensibus mansit. et sibi deuote seruiuit. luce primo. Septo Maria optimam partem elegit quo ad gracie cumulationem. ¶ Deus enim habet quadruplicem mensuram. De qua luce. vj. Mensuram bonā et confertam et coagitatam et superefluentem dabunt in sinum vestrum. Mensura bona est quādo alicui datur tanta gracia que sufficit ad sui iustificationem. Et hec est pars bona que datur omnibus iustis. Mensura conferta est quādo alicui datur tanta gracia vt nō ipse solū iustificet sed etiaz alios saluet. Et hec pars melior est. et fuit in apostolis. Mensura coagitata est quando datur tanta gracia alicui et nunq; ab ea cadere possit sicut sanctificatis in vtero. Et apostolis post missionem spiritus sancti. Et hec est pars optima. Sed superefluens mensura est illa que de sua plenitudine aliis effluit de Christo et Maria. Et hec est optima. De vtroq; dici potest illud Johannis. j. De plenitudine eius omnes accepimus. Septimo maria optimam partem elegit quo ad filij incarnationem. Quedam enim femine sunt bonorum filiorum in matrimonio. sed non virgines. vt que habent deuotos pueros. Alie femine virgines sunt sed non matres et meliorem partem habent. Sed hec Maria sola mater est fecunda et virgo. Unde Luce. j. Ne timeas Maria inuenisti graciam apd dominuz ꝛc. Ecce concipies et paries ꝛc. Secundo videndum est principaliter quomodo Maria optimam partem elegit in fine vite sue hoc est in morte.

De assumptione beate marie

H ¶Vbi nota q̄ Maria elegit optimam partem in morte quantum ad quinq̄. Primo mortem eius p̄ sciendo. Secundo sacramenta percipiendo. Tercio dolorem in morte non senciendo. quarto apostolos p̄sentes habendo. quinto ipis eius sepulturam demandando.

Quantum ad primum q̄ tempus siue mortis p̄sciuerit nō. Prosequere vt habes in sequenti sermone qui incipit Assumpta est Maria in celum. Vbi ista quinq̄ reperies. ¶Tercio videndum est principaliter quomodo beata maria optimam partem elegit in vita celesti post eius mortem. Et dico breuiter q̄ Maria hodie optimaz partem elegit in patria celesti quantū ad quatuor. Primo quo ad subiectum quod est assumptum. Secūdo quo ad modum quo assumpta est. Tercio quo ad locum. Quarto quo ad officium. Primo elegit optimam partem quo ad subiectum quod est glorificatum et assumptū quia in corpore ⁊ anima est assumpta ⁊ glorificata. Gloria enim quam deus dat sanctis suis tres habet partes. Vna est que glorificat corpus in terra. Sicut corpus sancti Petri et sancti Jacobi. Et hec est pars bona. Ecclesiastici. xliij. Corpora eoruz in pace sepulta sunt. Alia est que glorificat eorum animas in celo. Et hec est pars melior. Apoc. vj. Date sunt eis singule stole albe. Tercia est qua glorificat vtrunq̄. Et hec est pars optima quam Maria elegit Assumpta est enim Maria integraliter cum anima et corporis tesu scitacione. Hoc autem pie credit a fidelibus ⁊ a doctoribus confirmatur. Videtur enim primo Dauid sensisse p̄s. Surge domine in requiem tuam. Jheronimus testatur vt dicetur in sequenti sermone Secundo Maria elegit optimam partem quo ad modum quo assumpta est. Quidam enim assumuntur et in celum deducuntur p̄ vnum angelum. Et hec est pars bona. Exod. xxiij. Ecce ego mitto angelum meum qui custodiat te in via ⁊ inducat te in terram quam promisi patribus tuis. Alius modus est quando quedam anime a multis deducuntur in gaudium. sicut Luce. xvj. Factum est vt moreretur mendicus ⁊ portaretur ab angelis in sinum Abrahe. Et hec est melior pars. Sed pars optima esset si omnes angeli ⁊ sancti obuiarent ⁊ ipse cristus personaliter veniret. Et istam partem habuit beata Maria. Vnde Jheronimus in sermone. Hodierna die credendum est miliciam celi festiue gentrici dei obuiam veniisse eamq̄ ingenti lumine circumfulsisse. ⁊ vsq̄ ad dei thronum cum laudibus et canticis spiritualibus perduxisse. celestemq̄ Jheruſalem tunc ineffabili leticia exultasse. Creditur quoq̄ q̄ ipse saluator per se totus festinus occurrerit ⁊ cum gaudio eam secum in throno collocauerit. Alias quoq̄ non impleuisset quod in lege mandauit. Honora patrem tuū et mātem tuā. hec Jhero. Tercio maria elegit optimam partem quo ad

locum quem sortita est. Quidam enim associantur angelis infime ierarchie ⁊ hec est pars bona. alij angelis medie ierarchie ⁊ hec est pars melior. Alij angelis supreme ierarchie. ⁊ hec est pars optima. Maria autem super omnes choros angelorum est exaltata vt canit ecclesia. Exaltata es sancta dei genitrix super choros ⁊c. et ad dexteram filij collocata. Et ideo habet partem optimam et peroptimam. Hoc autem vt ad dexteraz filij super omnes choros angelorum collocaretur iustissimum ⁊ dignissimum fuit. Quoniam vt dicit Wilhelmus parisiensis in summa virtutum. Tanto ibi vnusquisq; sedebit sublimius quanto hic deo fuit subiectior. Et Damascenus. Hij erunt Christo corpore vicinniores in celis qui magis p̄cepta eius implēdo animo apropinquabant in terris. Nemo autem vnq̄ in hac vita deo taliter obediuit. et Christi precepta ita seruauit vt virgo Maria igitur ⁊c. Quarto Maria optimam partez elegit quo ad officiuz quod in celo habet. ¶ Quia triplex officium in patria habet. Primo habet officium iadiuuandi in vita. in morte ⁊ post mortez Secundum illud. Maria mater gracie mater misericordie ⁊c. Vbi tercium est optimuz. Vide de hoc exemplum in speculo exemplorum dis. v. c. lviij. de quodam viro flagicioso ab inimicis decapitato. Secundo habet officium aduocandi. Tunc autem aduocatus bonus est quando non est piger. sed diligens. quando potens apud regem quando sciens sapiencia et reuerēs in conspectu familie. Que omnia beatissima virgo Maria respectu Christi ī summo habet vt liquet in tuēti. eius vitā declara. De hijs duobus officijs dicit Geraldus ī omelijs suis. Non autez ociosa ibi manet sed in supremo sita polinos cōmendat sue proli procurans et iustis ⁊ peccatoribus subsidia salutis mentis ⁊ corporis. De hoc secundo officio scilicet aduocandi vide ibidem exemplum dis. iij. c. xlvj. de quadam matrona que in adolescēcia commisit grande peccatum quod pre verecundia nunq̄ confessa fuit. Tercio habet officiuz miserendi. Dei enim triplicia attributa diuersis in copiam tribuit. potenciam Petro per claues. sciencia apostolo in raptu. Et misericordiam matri. Quia deo proprium est misereri et parcere vt dicitur in collecta. De hoc tercio officio vide exemplum ibidem scilicz in speculo exemplorum dis. iij. c. trigesimoprimo de quodam senatore. Et ibidem reperies hos versus.

Metra senatoris in porta castri.
Decretum detur ne dormiat aut epuletur. Hic gens villana ꝑ Achilles Plato dyana.

Metra beate virginis.
Muta decretum sanctorum fusca pe cetum. Nudum Martinuz Lazarum Jacobum peregrinum.

Tercio in verbis premissis beata virgo commendatur principaliter a confidencia quam habuit in possidendo. vñ subiungitur. Que non

auferetur ab ea. vere non aufere tur nec a mēsura periodi. nec a vio lencia tyranni. nec ab efficacia contrarij. Istis tribus modi res auferuntur in mundo. sed hec non habent locum in celo. Declara per singula.

Sermo alius. lxxv. de assum tione beate virginis.

22 Bsumpta est Maria in celuz ꝛc. Ho die sancta canit mr̄ ec clesia. Assumpta est inquam scili cet a filio gaudent angeli laudan tes benedicunt dominum. Non fu it itaq; ista assumptio communis sed singularis super omnes vt dice re valeat. Domini ē assunptio no stra. quasi dicat. Non augeli vel sancti me assumpserunt seu associ auerunt egredientem de mundo. Sicut legitur de Lazaro vlceroso Et de sancto Nicolao et alijs san ctis sed ipse dominus me assump sit et associauit. Secundum illud ps.. Quoniam pater meus scilicet mundus ꝛ mater mea. id est om nis concupiscencia ꝛ mala inclina cio derelinquerunt me vt nihil sui inuenirent in me quod nulli san ctorum concessum est. Ideo domi nus assumpsit me personaliter ac cedens vt me magis honoraret. Sic enim dicit Iheronimus. Cre dēdū est q̄ ipse saluator ꝑ se totus festiuus aduenerit ꝛ eam in thro no suo collocauerit. Et q: vbi do minus ibi ꝛ familia eius. Ideo et milia milium angelorum qui do mino ministrant vt vidit Dani el cum Cristo aduenerunt. Bene igitur dixi. Assumpta est Maria in celum ꝛc. Circa assumptionem de tribus est videndum. Vnde ma ria assumpta sit. Quomodo assum pta. Et quo assumpta ¶ Quantuz ad primum assumpta est vtiq; de hoc mundo. Vnde Iheronimus. Hodie regina celi de hoc seculo neq̄ eripitur Sz vt nobis preberet exemplum qui omnes habemus facere transitum istum quatuor fe cit. voluit sanctissimos viros scili cet apostolos in suo transitu ades se. sacramenta suscipere. ꝛ sine do lore migratam sepulture apostolos demandasse. Primum testat̄ Dyonisius Pauli apostoli disci pulus in libro. de diui. nomi. Apo stolos interfuisse dormitioni bea te Marie Paulum ꝛ dyonisium cum eis quod et optauerat ad sui consolationem. Communiter em̄ dicitur ipsam post ascensionem fi lij duodecim annos superuixisse vt sexagenaria esset in morte. Et in hoc nos instruit vt in infirmitati bus grauibus ꝛ mortalibus debe mus querere. habere presentes ser uos ꝛ seruas dei qui orationibus insistant. verbis ad pacienciam ꝛ penitenciam ꝛ fiduciam de diuina misericordia hortentur. Multe em̄ tunc sunt insidie diaboli. Sed to tum fit contrarium. non vocatur adiutor nisi corporis. tota cura est consanguineorum q̄ eis dimittat bona sua. Sacerdos vel seruꝰ dei aliquis vix potest ingredi ne indu cat ad restituendum ablata. Se cundum vero q̄uis non reperiat̄ in scriptura vel hystoria videlicet q̄ ipsa susceperit sacramenta ta

men pie credi potest hoc fecisse nō quia egucrit sed vt exemplum nobis preberet. sicut ⁊ filius suus Baptismam suscepit ⁊ eucharistiam. Hoc etiam albertꝰ tenet supermissus est. Igitur sic ⁊ communionē in fine sumsit extremam vnctionem secundum Albertum ⁊ confessionem non de peccatis. que non habebat. sed confessionem diuine laudis se indignam insinuans tanti beneficij. Cuius confessor dicit idem fuisse Johannes euangelista. Et hoc est de quo debent solliciari tam infirmi q̄ amici eius. et noti vt sacramenta confessionis communionis ⁊ extreme vnctionis suscipiant in tempore suo et deuote ⁊ non cum amiserint loquelam. Similiter ad hoc tenetur medicus corporis cum vocatur vt inducat infirmum prius ad recipiendum medicinam anime. id est sacramenta antecq̄ applicet medicinam corporalem sub pena interdicti ingressus ecclesie. vt in. c. cuz infirmitas. de pe. ⁊ re. Tercium autem migrans de hoc seculo dolorē non sensit. Vnde in collecta dicit. q̄ in hac die mortem subijt temporalem nec tamen mortis nexibus deprimi potuit id est doloribꝰ mortis. Quantum vero hoc est sepultu ram eius apostolis demandauit. quia corpus eius ab apostolis ;venerabiliter fuit sepulture mandatum non cum pompis mundi quā uis mereretur omnem honorem vt puta quia regina non solum mundi sed et celi. non cum clamoribus et incisionibus faciei vel capillorū vt faciunt fatui sed cum hymnis ⁊ lachrimis pijs. non super altare collatum vel loco eminenti vt in templo sed in loco humili scilicet ī valle Josaphat vbi ostenditur locus sepulchri eius. Humilitatem in fine sicut vita semper insinuās

¶ Hic cadit dubium an debeamus esse solliciti de sepultura nostra. ad quid valet sepultura in loco sacro Solucio vtilitas sepulture est triplex. Prima Auguſt. in. c. non existimemus. xiij. q. ij. Intercessio illorum sanctorum in quorum honore fabricata est ecclesia propter honorem et deuotionem ibi eligentis sepulturam. Secunda Grego. in. c. cum grauia. xiij. q. ij. quia defunctorum proximi quociens ad loca sacra veniunt suorumq̄ sepulturam aspiciunt recordantur et pro eis domino fundunt preces. Vnde et monumentum dicitur quasi monens mentem. Tercia Ambro. xiij. xij. q. ij. c. autuz. Quia in sepulturis cristinaorum reques est defunctorum quia ibi minus vexantur a demonibus cadauera eorum vt dicit gloſa id est minus inquietantur ne demones summāt illa corpora. Et melius est ibi sepeliri vbi fiunt plura suffragia missaruz et orationum ⁊ a deuotioribus ministris. Et valde laudabile et humanum est de sua et suorum curā habere sepulture. Quia hoc fecerūt sancti patriarche Abraham. ysaac et Jacob ⁊c. Et hij qui corpus cristi sepelierunt Joseph et Nicodemus qui de hoc in euangelio commendantur. Tamen carencia eius non nocet. Crisostomus. Vbicum q̄ sepeliamur domini ē terra. Et

in.c.sacris.de sepul. dicit. Sicut sepultura nulla vel vilis non obest iustis.sic speciosa aut preciosa nō prodest malis ¶ Quantum ad secundum quomodo sit assumpta. Nota q̄ gloriosa virgo Maria fuit assumpta integraliter.honerabiliter.admirabiliter. Primo assumpta est integraliter cum anima et corporis resuscitatione. Hoc autē pie creditur a fidelibus ⁊ a doctoribus confirmatur.Quod etiam videtur sensisse p̄s.cum ait. Surge domine in requiem meam tu ⁊ archa sanctificationis tue.Surrexit dominus Jhesus non quo ad deitatem que nunq̄ cecidit in aliquē defectum.nec anima eius que nunq̄ peccauit.Et in passione secundum partem intellectiuam summam requiem habuit. sed quo ad corpus quod post afflictiones innumeras cadens in mortem surrexit ⁊ ascendens in requiem eternā iuit.Archa autem sanctificationis fuit corpus matris. In quo fuerit vt in archa veteri figurata. loco virge sceptrum deitatis.loco legis anima sapientissima.loco manne dulcedo carnis. Hec igitur archa sanctificationis.id est plena sanctis rebus surrexit in requiem corpore assumpto in celum. Jheronimus etiam hoc testatur in sermone dicens. In hijs qui cum Cristo surrexerunt perpetuam resurrectionem iam esse completam nonnulli credunt custodez virginis in glorificata carne gaudere cum cristo Necnon de beata Maria factam non ambigimus. Item Augustinus idem affirmat dicens. Putredo et vermis opprobrium sunt humane conditionis. a quo Marie natura excipitur.quam Jhesus de ea assumpsisse probatur. Idem. Thronum dei.thalamum domini.tabernaculum cristi. id est corpus cristi necesse est ibi esse vbi ip̄e est. Hunc thesaurum congruenci⁹ est celo seruari q̄ terra. Bernhardus autem hoc tali racione cōfirmat.Si corpus beate Marie remansisset in terris videretur Cristus contempsisse vel minus curasse de matris sue honore.cum tamē eam semper summe honorauerit ⁊ dilexerit.nam corpora sanctorum quia in terris remanserunt ⁊ locus vbi quiescunt not⁹ hominibus habeatur multi accedunt ad ea veneneranda.vt patet de apostolis petro et paulo iacobo ⁊ nicolao ⁊c. Multomagis visitaretur a fidelibus corpus beate virginis Marie si esset in terris. Non ergo passus fuisset filius locum eius ignorari vt honoraretur a cunctis si non esset in celis assumptum. ¶ Quando autez resuscitatum assumptum fuerit ignoratur. Aliqui enim dicūt ipsa die post sepulturam eius. alij tercia ad similitudinem filij. Alij quadragesima die vt legitur in reuelationibus beate elizabet sibi ab angelo nunciatum. ¶ Secundo assumpta est honorabiliter quia ip̄e Jhesus et totus milicie celestis exercitus obuiam venit. Vnde Jheronimus in sermone. Quis illud cogitare sufficiat q̄ gloriese hodie regina mundi processit.q̄nto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium legionum prodieris

multitudo, quantis ad thronum canticis sit deducta, q̄ placito vultu, q̄ serena facie, q̄ diuinis amplexibus a filio sit suscepta ⁊ super omnem creaturam exaltata. Idez Hodierna die credendum est miliciam celorum festiue genitrici dei obuiam venisse eamq; ingenti lumine circumfulsisse ⁊ vsq; ad dei thronum cum laudibus ⁊ canticis spiritualibꝰ perduxisse, celestemq; Jherusalem tunc ineffabili letitia exultasse. Creditur̄q; q̄ ipse saluator per se totus festiuus occurrerit ⁊ cum gaudio eam secū in throno collocauerit, alias quoq; non īpleſſet quod in lege ipse mandauit Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam ⁊c. Hec Jheronimus. ¶ Tercio assumpta est admirabiliter. ex immensa enim gloria eius angeli admirantes fecerunt questiones, sicut ⁊ Christo in celum ascendente Vnde admirās de ea prima ierarchia sic ait. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibꝰ mirre ⁊ thuris ⁊ vniuersi pulueris pigmentarij. cāticoꝝ. iij. Vnaz vt dicit Jheronimꝰ Ascendit de hoc seculo neq; ad celi fastigium sicut virgula diminuta per humilitatem erecta, tamen per rectam in deum intencionem fumi scilicet salientis et se dilatantis per contemplationem ⁊ dilectionem. Ex aromatibus thuris per odoriferam orationem, mirre per veram sensuum mortificationem Et vniuersi pulueris pigmentarij omnium scilicet virtutum perfectionem. Quibus respondet ysaias. Hec est de qua predixi. Egredietur virga de radice iesse ⁊ flos de radice eius ascendet scilicet Christus Jhesus de virgine ista. Secūda quoq; Jherarchia admirans de magnificencia glorie eius inquit. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens pulchra vt luna electa vt sol terribilis vt castrorum acies ordinata. Cañ. vj. Progreditur id est vltra nos ⁊ supra nos graditur quasi aurora rutilās dilectione. Et sicut aurora media et inter noctem habens satis de luce. Sic ista medium tenuit inter statum viatorum qui sunt in nocte mundi tenebrosi ⁊ statum comprehensorum qui sunt in die clare visionis. Supra omnes enim sanctos viatores est ⁊ satis propinqua perfectionum beatorum. Fuit pulchra vt luna, quia sicut luna plena precipue illuminat tenebras noctis sic ista peccatores ⁊ tribulatos, electa vt sol, quia sicut sol illuminat diem sic illa iustos ⁊ pios. Et sicut radios suos vbiq; diffundit clarior ⁊ plus influens in inferioribꝰ q̄ ceteri planete. Sic ista clarior cunctis sanctis beneficia suauiq; diffundit Terribilis vt castrorum acies ordinata, terribilis demonijs plus omnibus sanctis, virtutibus omnibus armata. Quibus respondit Dauid dicens. Hec est illa de qua prediximus. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Regina vtiq; celi assistit semper ante deum. Recta steterit sine inclinacione ad aliquod malum. A dextris scz in potioribꝰ glorie bonis. In vestitu deaurato sapiencie ⁊ caritatis summe circū

data varietate omnium priuilegi
orum sanctorum. Demum ⁊ tercia
ierahia ⁊ ipsa stupens ait de ea.
Que est ista que ascendit de deser-
to delicijs affluens innixa super
dilectum suum Cañ. viij. De deser
to descendit quia de seculo quod de
sertũ est virtutibus ⁊ quiete. Ascẽ
dit autem super cherubin delicijs id
est nobilissimis virtutibus affluẽs
vt exponit Bern̄. innixa super di-
lectum suum id est filiũ quasi vnũ
cum eo. Quibus respondet illa san
cta iudith formosa corpore ⁊ casta
speciosa anima. hec est per gesta
mea figurata. Nam sicut ocioso
Holoferne a me inimico populo
dei occurrit mihi obuiam ciuitas
Jherusalem cum summo pontifi-
ce congratulans de victoria ꝑ me
facta ⁊ plurimũz laudans ⁊ dicẽs
Tu gloria iherusalem tu leticia is-
rahel tu honorificencia populi no-
stri benedicta eris ineternũ. c. xv.
Sic beatissima ista Maria pulcer
rima corpe pulchrior anima ⁊ ad-
mirabilis oculis omnium acta vi
ctoria de inimico humani generis
infernali cum reuersa est huc super
na iherusalem cum pontifice sum-
mo Cristo qui ad eam accessit lau
dans ⁊ beatificans eam admirans
R tantam virtutem. ¶ Quantuz ad
tercium scz quo fuerit assumpta.
seu vbi collocata canit ecclesia ⁊ as
seuerant omnes doctores quia ex-
altata est super choros angelorum
⁊ super om̄es puras creaturas. Vn
de secundum Albertum. Sicut in
ter naturam increatam diuinam
⁊ naturam creatam racionalẽ me
dium est humanitas cristi vnita
deitati. ⁊ sic de extremis ꝑticipat.
ita inter naturam puram glorifica
tam ⁊ naturam vnitam deitati q̄
si extrema ponitur medium bea-
ta Maria vtputa mater eius qđ
vnitum est. que tamen ipsa pura
creatura est non vnita deitati. Et
sic super omnes angelos ⁊ sanctos
est sed infra Cristum. Et hoc ipsa
innuit dicens. Eccĩastici. xxiiij.
Radtcaui in populo honorifica-
to. Populus maxime honorificatꝰ
est cetus angelorum ⁊ sanctorum
Radix autez est principium arbo-
ris. ymaginemur ergo summitatẽ
perfectionis glorie beatorum esse ĩ
seraphin ordine supremo. ⁊ ibi inci
pit perfectio gracie ⁊ glorie virgĩs
extendens se erga filium incarnatũ
Vnde Jheronimus. Hec est dies
in qua vsqꝫ ad throni celsitudinem
intemerata mater ⁊ virgo proces
sit atqꝫ in regni solio sublimata pꝰ
Cristum gloriosa resedit. Qualiter
autem in celesti gloria sublimata
⁊ honorificata sit ostendit beatus
Geraldus in suis omelijs dicens.
Solus dominus Jhesus Cristus
potest hanc magnificare quemad
modum fecit vt ab ipsa maiestate
laudem continue accipiat ⁊ hono
rem. angelicis stipata choris. arch
angelicis vallata turmis. throno
rum hincinde possessa iubulatio-
nibus. dominacionum circumcin
cta tripudijs. principatum circum
septa obsequijs. potestatuum am
plexata plausibus. virtutum gira
ta honoribus. cherubin circumstan
ciata hymnificatiõibꝰ. seraphĩ pos
sessa vndiqꝫ ĩ effabilibꝰ cãtationi
bꝰ. Ipsa quoqꝫ ineffabilissima tri

nitas perhennj tripudio sibi applaudit atq; sua gracia in ea tota redundante omnes eidem attendere facit. Apostolorum splendidissimus ordo incessabili laude eam extollit. Martirum multitudo omnimode supplicat tante domine. Confessorum exercitus innumerabilis continuum sibi personat canticum. Virginuz candidissima cõcio iugez coream ad suam celebrat gloriam. Inuite etiam infernus sibi vllulat ⁊ procacissimi demones conclamant. Hec ille. Non autem ibi ociosa manet sed in supremo sita poli nos commendat fue proli. procurans ⁊ iustis ⁊ peccatoribus subsidia salutis mentis ⁊ corporis Hec est inquit Fulbertus episcop⁹ in sermone que quondam in auxiliuz magni patris Basilij misit sanctum angelum qui ⁊ mortuum suscitauit scilicet mercurium militez martirem qui egressus de tumulo lanceam suam in ecclesia appensam arripiens ipsum Julianum apostatam imperatorem persecutorem fidelium. qui minatus fuerat Basilio in reuersione sua expolio contra persas euersuram ciuitatem cum habitatoribus suis vbi psulabatur ipse Basilius vulneravit ad mortem vnde ⁊ mortuus est.

Ipsa beata Maria theophilum archidiaconuz q; iniuste sua dignitate priuatus fuerat impaciens tãte iniurie per aduersarium magi diabolo se tradiderat instrumentuz super hoc conficiendo ⁊ ei offerendo vt recuperaret dignitatem ⁊ honorem amissum quod ⁊ secutum ẽ sed postea per penitenciaz ⁊ ipam virginem inuocantem de faucib⁹ diaboli eripuit. Ad thronum igit gracie eius ⁊ domum glorie recuramus vt inueniamus misericordiam in tempore oportuno Amen.

In die assumptionis beate virginis alius sermo. lxxvj.

Leuata ẽ magnificencia tua super celos ps. viij. Contẽplãs Dauid in spiritu matrem domini singulari priuilegio assumptam ⁊ super angelorum choros exaltatã assumit verbum propositum. in quo eius mirabilem assumptionẽ prophetauit. De qua Jhero. in sermone hodierno. Virgo singularis virgo regalis hodie a proprio filio suo ad thronũ dei vehitur ⁊ in ip⁹ sede trinitatis collocatur. Et illd figuratum fuit Hester. ij. q; Hester virgo speciosa ducta fuit ad cubiculum regis asueri ⁊ rex ipsam amauit super omnes mulieres. et dedit ei potestatem super omnia. ita ⁊ Cristus cum tota celesti curia duxit hodie Mariam ad cubile celestis patrie ad hoc sonat thema p assumptum. Eleuata est ⁊c.

In quibus verbis tria tanguntur de assumptione gloriose virginis declaranda. Primum est assumptionis qualitas ibi. Eleuata est. Secundum est assumptionis quãtitas ibi. Magnificencia tua saluet virginis Marie. Tercium est assumptionis localitas ibi. Super celos. Ad euidenciam primi nota q; assumptio beate Marie fuit mirabilis. honorabilis ⁊ iocunda.

bilis. Primo fuit mirabilis. nam alij transeūt ex hac vita relictis corporibus. ipa vero cuz corpore simul et anima celos ascendit. Aliorum corpora in cineres ⁊ putredines resoluuntur. Corpus vero virginis post mortem irresolutum per omnia perseuerat. Alij etiam cum dolore patiuntur opprobrium mortis. ipsa vero sine dolore sustinuit Primum quod in corpore simul et anima sit assumpta probat auctoritate ratione ⁊ exemplo. Primo auctoritate Dauid in ps. Surge domine in requiem tuam tu ⁊ archa sanctificationis tue. Surrexit dominus ihesus non quo ad deitatem que nunq̄ cecidit in aliquem defectum. nec anima eius que nūq̄ peccauit. sed quo ad corpus qđ post afflictiones innumeras cadēs in mortem surrexit ⁊ ascendens i requiem eternam iuit. Archa autē sanctificationis fuit corp⁹ matris in quo fuerunt vt in archa veteri figurata. loco virge sceptrum deitatis. loco legis anima sapientissima. loco manne dulcedo carnis. Hec igitur archa sanctificationis id est plena sanctis rebus surrexit in requiem corpore assumpto in celum. Jheronimus etiam hoc testatur in sermone dicens. In hijs qui cum cristo resurrexerunt resurrectionem iam esse completam nōnulli credunt. quod etiam de beata virgine factum non ambigimus. Jtē Augustinus idem affirmat dicēs. Thronum dei ⁊ tabernaculum cristi ⁊ templum spiritussancti dignū est esse ibi vbi ipse deus est. Tam pretiosum thesaurum dignus est celum q̄ terram seruare. Et cōcludit. Letare leticia inenarrabili virgo maria tam corpore q̄ anima a prio filio integraliter assumpta quia perfectam integramq̄ genuisti nobis vitā. Secundo probatur ratione triplici. Prima dicitur cōgruitas reuerencie maternalis. Jndignum enim videretur vt si ille qui mandauit parentes honorare propie matris reuerenciam nō seruasset. quod tamen esset si corpus reliquisset in terris incognitus. nec deuota faceret visitatione fideliuz frequentari. Et hanc ponit Augustinus. Si voluit dominus integrum matris virginitatis seruare pudorem cur non velit incorruptū a putredine seruare corporis decorem. nunquid non pertinet ad benignitatem domini matris seruare honorem que legem soluere non venerat sed adimplere. Et Bern̄. Quoniam sanctorum corpora deputa Petri ⁊ Pauli gloriose veneranda reddidit ⁊ honore taz mirifico sublimauit vt ⁊ ipsis deputetur locus eorum veneratioñi ogruus. ⁊ ad ipsa mundus properat vniuersus. si igitur Marie corpus beatum super terram esse dicatur cum nulla deuota frequentetur visitatione fidelium. nec eidem deputetur locus honorabilis. nimirum videretur materni corporis honorez cōtempsisse cum tamen aliorum corpora sic honorentur. Secunda ratio est dignitas excellencie corporalis. Constat enim corpus mīs domini inter omnia corpa mūdi fuisse dignissimum quia t abernaculum regis glorie esse promeruit Cum igitur eiusdem nature fuerit

corpus Marie cum corpore Christi quod de ipsa formatum est. sicut corpus Christi non vidit corruptionem sic nec corpus Marie videre debuit. Unde Augustinus. Caro enim Christi caro est Marie quaz supra astra transuexit honorans omnem humanam naturam multomagis ergo maternam ⁊c. Tercia racio est puritatis innocencie vuginalis. nam sicut sacratissimū corpus ei⁹ fuit puritatis decore ornatum sic debet esse super omnia ī corruptionis munere p̄uilegiatuz sed hoc non esset si super celos non esset translatum. Ideo beata vgo singulariter post Christum in celis obtinuit principatum. Unde Augustinus. Tantam integritatem merito incorruptibilitas. non putredinis vlla resolucio sequitur vt sacratissimum illud corpus vermibus in escam traditum quia sentire nō valeo dicere pertimesco. Tercio probatur exemplo. Legitur ī reuelationibus sancte Elizabeth ꝙ quadam vice rapta in spiritu vidit in loco valde remoto quoddam sepulchrum multo lumine circumfulsum ⁊ ꝙ speciem mulieris circumstabat multitudo angelorum. Et post pusillum erectam in sublime eleuatam. ⁊ ecce in eius occursum vir quidam de celis admirabilis ⁊ gloriosus aduenit portans in dextra crucis vexillum ⁊ cum eo infinita turba angelorum sicq; eam alacriter suscipiētes concentu magno eam in celum deduxerunt. p⁹ modicum temporis Elizabeth angelum cuz quo sepe loquebatur de predicta visione inquisiuit. Qui respondens ait. Offensum est tibi in hac visione ꝙ tam in carne q̄ in spiritu domina nostra in celuz est assumpta. Secundo assumptio beate Marie fuit honorabilis. nā ad aliorum sanctorum in celuz assumptionem angelos legimus assuisse vt de Lazaro legimus Luce vj. ꝙ portabatur ab angelis in sinum Abrahe. similiter legitur de anima beati Martini. Ad Marie vero assumptionem non soluz angelos. immo filium eius ⁊ totius milicie exercituz scdm Jheronimū Unde Bernhardꝰ. Attolle oculos ad assumptionem beate Marie vgines salua filij maiestate inuenies cursum huius forte non mediocriter digniorem. soli enim angeli redemptori occurrere potuerunt. Matri vero celorum pallacia penetrante filius ipe cum tota curia tā angelorum q̄ iustorum solennitez occurrēs exeuit ab brissime ꝺ forcitū sessiōis. Hec ille. ¶ Tercio assumptio b. marie fuit iocūdabilis. Assūpta nāq; ē cū ineffabili iocūditate qđ figuratū ē. ij. Reg. vj. Dauid ⁊ oīs israhel deducebāt archā testamēti cū iubilo ⁊ cū clamore buccine. Spūaliť dauid. i. ꝙs ⁊ oīs israhel. i. oīs multitudo angl'oꝝ deducebāt archā. i. b. virginē cū iubilo nō miꝝ cū dē lu. xv. Gaudiū ē angelis dei sup vno pctōre ⁊c. a fortiori magis exultat gaudiū de ea q̄ nullū fecit pctm. ⁊ hoc gaudiū eructat eccīa dieēs. Assumpta ē maria ī celū gaudēt angeli ⁊c. Ūn Jhero. in sermo. Quis illō cogitare sufficiat quā glorioſe hodie regina mōi processit q̄nto deotiōis affectu tota ī

eius occorsum celestium legionuz prodierit multitudo. quantis ad thronuz canticis sit deducta cꝫ placido vultu. cꝫ serena facie. cꝫ diuinis amplexibus a filio sit suscepta ⁊ super omnem creaturam exaltata. ¶Secundum quod in themate tangitur declarandum est assumptionis quantitas. quia dicit. Magnificencia tua ⁊c. Ad cuius euidẽciam nota quod Maria est assumpta cum magna ⁊ terribili potestate ita ꝙ demones territi ad ipius inuocationem tanꝫ canes virgã fugiunt a qua plagam acceperunt Nũeri. xxiij. Exurget virga ex israhel ⁊ percuciet duces moab. id est demones. Ambrosius in libro pfationum. Ad inuocationem nominis Marie concutitur concio id est turba ptãtis maligne. ¶Exemplum ponit Jacobus ianuẽsis ꝙ monachi quidam ante diez stabant iuxta flumen fabulis intendẽtes matutinis finitis ⁊ audierũt naues cum tumultu ⁊ sonitu horribili appropinquantes ⁊ obstupentes clamauerunt. Succurre nobis maria. Ad quam inuocationez respouderunt demones. Nisi istam inuocassetis omnes vos morti traditi fuissetis permissione diuina. Ideo de ea dicitur Cañ. vj. Terribilis vt castrorum acies ordinata scilicet ipis demonibus. Quare in omnibus temptationibꝰ est inuocanda. Jheronimus. In omni opere in quo quis exercetur marie gracia inuocetur. quia dicit Origenes in libro de ritu ecclesiarum. Nunꝫ homines ita timuerunt hominem corporalem sicut maligni spiritus Mariam dei matrem. Item eius potestas est tãta ꝙ ipsa tanꝫ imperatrix angelos in ministerium mittit ⁊ secreta palacij celestis eis committit. Unde Bernhardus in sermone. Persuadet. ymmo compellit nos celsitudo tua credere vt regno filij tui beatissima ẏgo maria ita imperiose principeris ꝙ per angelorum ministeria tuis sepe deuotis subuenias. Si enim angelꝰ angelum mittit confidenter debet credere cristiana deuotio ꝙ imperatrix angelorum tanto magis habet angelos ad obsequium quanto differencius pre illis nomen hereditauit. Si enim Josue rex israhel iussit solez stare quomodo nõ omnia sidera ad nutum imperatricis gloriose discurrunt. Item tantam auctoritatem ⁊ potestatem habet in celesti palacio ꝙ omnibꝰ alijs sanctis obmissis ad ipsaz licet ab omni grauamĩe appellare. Primo si ꝙs grauat a diabolo ad ipaz appellare pt sicut ad impatricẽ. Exẽplũ de Theophilo deposito a vice dñatu ab epo suo q̃ despatꝰ diaboli seruũ se fecit cirographo ppria manu scripto ⁊ diabolo tradito. Tãdẽ in se reuersus ⁊ penitẽs ad reginã celi appellauit ⁊ ipa oia irritauit. cyrographuz Theophilo reddi iussit ⁊ veniã ⁊ grãm eidẽ pmeruit. Scdo si ꝙs grauat a trãno ad ipam appellare pt sicut ad reginã mdi. Exẽplũ de Basilio cui Julianꝰ apostota vadẽs ad plũ cũ minatꝰ fuisset qd̃ in reditu suo cuitatẽ eiꝰ destrueret sctus Basilius ad beatã virginẽ appellauit. q̃ militẽ quẽ dã noĩe mercurium suscitauit q̃ sup

equum ascendēs ⁊ ad iulianum pergens lancea in eum directa ipsum occidit. Unde gilbertus. Veniant ad beatam mariam iusti cum Basilio effectum celerem percepturi veniant ⁊ peccatores cum Theophilo in auxilium Mariam adepturi. Tercio si quis granatur a corpore ad ipsam appellare potest sicut ad reginam. Exemplum de Maria egypciaca que multo tempore carnali concupiscencie inseruiuit. tandem ad beatam virginem appellauit et confugit sicq; concupiscenciam vicit ⁊ castitatem seruauit Quarto si quis grauat̄ a iusticia dei ad ipsaz appellare potest sicut ad imperatricem. Huius figuraz habemus Hester. ij. c. Cum enim rex asuerus iudeis esset iratus regina Hester ad eum placandum accessit. cui rex dixit. Etiam si dimidium regni mei pecieris dabo tibi. Ista est beata virgo cum qua deꝰ diuisit regnum suum. Nam cū deus habeat iusticiā ⁊ misericordiā iusticiā sibi retinuit ⁊ ꝟ. marie misericordiā attribuit. ideo si quis granatur a foro iusticie di appellat ad forum misericordie dei. Hebre. iiij Accedamus cuz fiducia ad thronū gracie ⁊ misericordiam consequamur et graciam inueniamus in tē pore oportuno. ¶ Tercium declarādum est assumptionis localitas. quod tangitur in fine thematis cū dicatur. Super omnes celos. Ad cuius euidenciaz nota q̄ matri dei hodie ad celi pallacia ascendenti ipse filius cum tota celesti curia tā angelorum q̄ hominum iustoruz solenniter occurrens eaz super omnes angelorum choros. ymmo super omnem creaturam racionalez Cristo specialiter non vniram sublimauit loco ⁊ premio. Hoc vult Jheronimus in sermone Cogitis me o paula ⁊c. in sentencia. et subdit rationem dicens. Quia in mundo non fuit locus dignior vtero vginali in quo dei filium Maria suscepit. Sic nec in celo fuit locus alcior regali solio quo Mariam dei filius sublimauit. Unde Wilhelmus parisiensis in tractatu de virtutibus. Virgo super omnem rationalem creaturam post cristi humanitatem hodie dupliciter honorata. Primo quia super omnes angeloꝝ choros exaltata residet immediate apud Cristum filium suum quod est dignissimum ⁊ iustissimum. Racio quia ibi sedet quisq; sublimius quāto hic deo fuit subiectior. Nemo autem vnq̄ in hac vita sic deo obedīuit et eius precepta seruauit sicut dei genitrix cum in tota vita sua nunq̄ peccauerit etiaz venialiter propter quod de ea loquitur spiritussanctus. Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te ⁊c. scilicet nec mortalis nec venialis. Et in hoc ipse conformis fuit soli filio suo et omnibus alijs sanctis difformis propter quod dicit beatus Augustinus in de natura et gracia. Hac virgine excepta si omnes sancti et sancte congregari possent et quereretur ab eis si peccatum habe rent quid respondere possent. nisi quod iohannes ait. j. Johannis. j. Si dixerimus quod peccatum nō habemꝰ nosipsos seducimus. Se-

cundo est Maria virgo hodie super omnem rationalem creaturaz aliam a xpisti humanitate honorata in hoc quod super omnes sanctos ⁊ angelorum choros est valde repleta maiori beatitudine ⁊ gloria quod iterum iustissimum ⁊ dignissimum est. quanto enim aliquis hic excellencior est in gracijs ⁊ virtutibus tanto excellencior ibi erit in beatitudine ⁊ gloria. quia deus vnicuiq; reddit secundum opera sua. sed dei genitrix post Xpisti humanitatem omnes hic excessit in meritis et virtutibus. vt dicit Anßhelmus in de concep. virgi. Decebat vt illa virgo tali puritate niteret qua maior sub deo nequit intelligi. Idem Augustinus in quodam sermone presentis festiuitatis dicens. Quid dignius aut sanctius hac virgine in humani generis semine potuit exoriri. Cui nullus patriarcharum. nullus prophetarum nullus antiquorum sequencium patrum. nullus prorsus hominum poterit comparari ꝛc. Et Jheronimus in sermone. Cogitis me dicit. Mirabantur hodie electorum anime in eius ascensu pre gaudio que nam esset que etiaz meritorum virtutibus angelorum vinceret dignitatem. ¶ Sed dices quo tempore post Xpisti assumptionem assumpta est. Respondz Vincencius in speculo historiali. anno duodecimo post Xpisti ascẽsionem. Sed quare tamdiu permisit eam filius eius in terris ⁊ non statim eam secum assumpsit. Respõdetur propter quatuor. Primo propter fidelium consolationem. Vnde Bernhardus in omelia sup Stabat. Recte matrem misit in mundo vt vtraq; porcio ecclesie scilicet militans ⁊ triumphans vt sibili ⁊ inuisibili frueretur solacio. Illa in xpisto assumpto. ista ī matre relicta in mundo. gaudiosum fuit videre matrem in terris habẽtem filium presidentez in celo. Secundo propter fidelium eruditionem in multis que sibi soli constabant. vnde enim matheo quod de magis ⁊ stella ⁊ īnocẽtũ occisione ⁊ defuga ī egiptũ ⁊q̃ lucas de missiõe gabriel' ⁊ de ceteris ꝯceptionẽ et natiuitatẽ concernentibus scripsit nisi ab ipsa dei genitrice que huiusmodi in se experta fuit ⁊ oculis singulos perspexerat. Ideo iheronimus in quodaz sermone. Xpistus post ascensionem virginem misit in terris vt apostolicꝰ grex eruditetur de hijs que viderat ⁊ audierat. Tercio propter fidelium cõfortationem ⁊ fidei augmentationẽ. Vnde Ignaciꝰ. in epistola ad sanctum Johannem. Recte virgo Maria post ascensionem filij manere debuit vt ecclesiam inter vndas persecutionis verbo et exemplo confirmaret. Si enim dominꝰ tunc matrem secum duxisset pusillus ille grex fidelium desperare potuisset reputans ne forte charioces suos secum sumeret ⁊ ceteros eterne traderet obliuioni. sed quando viderunt ꝙ suam carissimam matrez hic reliquit in tribulationibus et defectibus exposuit suas passiones sine dubio equanimiter portare debuerunt. Bernñ. in omelia vbi supra. Post xpi ascensionem quasi

ad limina sanctorum. ita ad virginem Mariam adhuc in carne viuentem fuit peregrinacio fidelium cupiencium videre illud diuinum habitaculum in quo quieuit dei filius deus et homo. Quarto dominus matrem suam secum nō eduxit sed eam post se ad tempus cuz fidelibus manere voluit. propter meriti sui augmentationem ⁊ cōpletionem. In tempore enim illo post domini ascensionem innumera cumulauit merita quibus ad incorruptibilem perfectionis virtutē est perducta. ¶ Vltimo quero qđ festum est solennius inter festa beate Marie an festum assumptiōis an festuz natiuitatis ⁊c. Solucio Johan. an. in. c. alma de sen. ex. dicit ꝙ ecclesia habet ꝙ celebrius est festum assumptionis inter omnia festa virginis gloriose. Et hoc ꝓpter tria. Primo propter miraculorum multiplicitatem. In eius em̄ assumptione miracula quatuor st̄ perpetrata. Primum quia mortē miraculose presciuit. Secundum quia in eius migracione miraculose apostolos p̄sentes habuit. Tercium ꝙ in dormitione dolorē mortis non sensit. Quarto ꝙ corpore et anima iterum resurrexit. Prosequere vt supra in sermone. lxxv Secundo propter maioris gracie et glorie in hoc festo perceptionem declara vt supra. Tercio propter specialis priuilegij exemptionem Sunt enim dumtaxat quatuor festiuitates priuilegiate tempore generalis interdicti videlicet festum pasche. pēthecosten. natalis domini ⁊ festum assumptionis Marie. Ita ꝙ in hijs diebus tempore generalis interdicti possunt campane pulsari ⁊ diuina officia apertis ecclesiarum ianuis ⁊ alta voce celebrari. excommunicatis tamen et īterdictis exclusis vt habetur in dicto. c alma supra allegato ⁊c.

De sancto Bartholomeo sermo sequitur. lxxvij.

Facta est contencio inter discipulos Jhesu quis eorum videretur esse maior. Luce. xxij. Super illo verbo Beda sic ait. Sicut boni in scripturis exempla patrum quibus proficiant ⁊ humilientur requirunt. Sic reprobi si quid forte īelectis reprehensibile inuenerint q̄ si suas ex eo nequicias obtecturi libenter solent amplecti. Ideo multi ardencius legunt ꝙ facta est cōtencio inter discipulos Cristi. Ad hoc Ambrosius sic ait. Si enim cōtendant apostoli non excusationi obtenditur sed caucioni proponit̄ Caueamus ergo ne inter nos de p̄latione possit esse contencio ad ostendendum ꝙ inter seruos Cristi non de maioritate sed de humilitate debet esse contencio sed quia gloriosus ille princeps Bartholomeus apostolus illa virtuosa contentione de mūdo carne ⁊ diabolo gloriosissime triumphauit. Ideo ad singularem eius gloriam euangeliuz de contencione in eius festo legit̄. Cuius inicium sunt verba thematis. In quibus duo innuuntur. Primum est contentionis qualitas. Secunduz ipius contenciōis materia ibi. Quis eoꝝ videret̄ esse

A maior ⁊c. Quantum ad primum nota ꝙ duplex est cōtencio scilicet inordinata et laudabilis siue meritoria. Inordinata contencio et per consequens que est peccatuz dicitur quatuor modis. Primo cum contenditur modo et animo quo non est contendendum. verbigracia. Cum alequis clamore inordinato veritatem inpugnat vt animos simplicium vel iustorum peruertat talis contentio est peccatuz mortale. Que ab Ambrosio sic diffinitur. Contencio est impugnacio veritatis cum confidencia clamoris. Hoc modo contēdunt heretici cum catholicis. Hanc contētionem prohibet apostolus. ij. thymoth. ij. Noli verbis contendere Subdit causam. Ad nihil enim ē vtile nisi ad submersionem audiēcium. Aliud exemplum. Cum quis falsitatem impungnat ⁊ ex modo inordinato scandalum generat talis contencio etiam est peccatum mortale vt dicit sanctus Thom̄. scd̄a scd̄e. q. xxxviij. ar. j. Si autē ex tali inordinatione non generatur scandalum aliorum tunc talis contencio est solum venialis. Si autem ex modo debito impugnēt falsitatem. tunc contencio nullum est peccatum. Secundo contencio dicitur inordinata ⁊ sic est peccatum. Cum contenditur in loco in quo non est cotendendum. verbigracia. Ille contendit in iudicio qui impugnat veritatem iusticie. Et ille in disputatione qui impungnat veritatem doctrine. Et scd̄m hoc si contencio litigiosa in iudicio est generatiua odij ⁊ scandali tunc est peccatum. Hoc ergo modo non est licitum sua repetere contentione litigiosa maxime viris perfectis. Hoc vult saluator Math. v. Et qui vult ī iudicio tecum contendere et tunicaz tollere dimitte ei ⁊ pallium. Si autem talis contencio in iudicio fieret ex causa debita tunc licitum est in iudicio sua repetere. Naz vt dicit Grego. Non solum cura debet esse ne nostra subtrahantur sed ne rapientes non sua semetipsos perdant. Item si talis contencio fierz in ecclesia presertim a laicis esset ī ordinata et peccatuz quia in ecclesijs prohibetur strepitus iudiciorū secularium vt habet̄ in. c. ij. de emunita. eccle. li. vj. Tercio contencio dicit̄ inordinata et perconsequēs peccatum cuz contenditur ab eo a quo non est contendendum. puta cum contencio excedit conuenienciam personarum et negociorum. Sic prohibetur religiosis contendere. ij. ad Thy. ij. Seruum domini non oportet litigare sed mansuetum esse ad omnes. Sic etiam si princeps quem decet esse liberalē pro minimo contendere ⁊c. Quarto contencio dicitur inordinata cū contenditur de eo de quo non ē cōtendendum qualis fuit contencio discipuloruz Cristi. de qua thema. Facta ⁊c. inter quos non erat contencio cum intencione impungnādi veritatem quia vnusquisqꝫ defendebat quod verum sibi videbatur ⁊ ideo contencio non fuit ī eis peccatum mortale. Erat tamen ī eorum contentione inordinacio qꝛ contendebant de quo non erat con

tendendū scilicet de primatu hono
ris. nondū em̄ erant spirituales vt
dicit ibidem glo. Vnde ⁊ domin⁹
consequenter eos compescuit nam
tunc venialiter peccauerunt. vñ
tanq̄ carnales reprehēdunt̄ vt di-
cit sanctus Tho. vbi supra. Alia ē
contencio laudabilis ⁊ meritoria
inquantuz contendere idem est ꝙ
sicut certare vel feruere in penis hu
ius mundi pro cristo tolleratis ad
habendam vitam eternam. Vñ
Luce. xiij. Contendite intrare per
angustā portam. Vbi Cirillus sic
ait. Angusta etiā porta erumnam
et pacienciā sanctoꝝ significat. si-
cut enim pugnantis victoria stren
nuitatem militis attestat̄. sic p̄cla
rum efficit varia possessio laborum
et temptationum. Hanc conten-
tionē beatus Bartholomeus habu
it ꝓ vt in eius legēda quā hic ap-
plica. ¶ Quantū ad scd̄m nota ꝙ
tria sunt per que magni fieri possu
mus apud deū. Primū est ex diui
no timore quē si habuerimus vera
citer nobis magna bona inde ꝓue
niunt que habita magnos nos fa-
ciunt corā deo. Vñ Judith. vj. di-
cit̄. Qui timēt te magni erūt apud
te ꝑ oīa id ē ꝑ oē tp̄s. hic in merito
⁊ in futuro ī premio. qui em̄ timet
deū oīa timent eum. Ecc̄iastici.
Nihil melius q̄ timor. dei est eniz
custos preseruans hominē ab om-
ni malo. Thob. iiij. Habebis mul
ta bona si timueris deū. Quomo-
do antem hunc timorem acquirere
possumus certe facillimum esset si
apertos oculos haberemus. quo-
cunq̄ enim cōsideratiōis nr̄e ocu
los vertim⁹ timoris materiā inue
nimus. si enim super nos oculos
attollimus inuenimus ibi iustum
iudicem deū qui nullū peccatū relī
quit inultū. propter quod dicit apo
stolus ad Hebre. Horrendū est in
cidere in manus dei viuentis. hoc
timore fuit impletus Jheremias q̄
dixit. Quis te non timeat rex isra
rahel. Hinc Job. ix. Verebar om
nia opera mea sciens ꝙ non parce
res delinquenti. Quod exponens
Grego. ⁊ habet̄. de pe. di. j. c. si pec
catum dauid dicit. Delinquenti ne
quaq̄ parcit deus. quia delictū si-
ne vltione non deserit. aut em̄ hoc
in se homo penitus punit aut deus
cum homine vindicans percutit.
nequaq̄ peccato parcit̄ quia nulla
tenus sine vindicta laxat̄. Si v̄o
post tergum respicimus videmus
turbam magnam quā nemo dinu
merare poterat ex omnibus pecca
tis ⁊ negligencijs que sub celo sunt
que ex commissione mali ⁊ omissi
one boni committim⁹ incessanter
quorum nulluz remanebit impuni
tum. Job. xx. Luet omnia que fe-
cit. Ecc̄iastici. xij. De omni erra-
tu ducet te dominus ad iudicium.
Si autem ante nos videmus mor
tem periculosam formidulosamq̄
sentenciā. De quib⁹ Ecc̄iastici. vij
Fili memorare nouissima ⁊ ineter
nū nō peccabis. Super quo dicit
Bern̄. Mortis horrorem iudicij tre
mendum valde discrimen ab ocu
lis cordis elongari nullatenus pa
ciaris. Si vero infra respexeris vi
des infernuz profundū faucibus hy
antem ⁊ dicentem. Affer affer infi
ge verubus bulientibus immerge
caldarijs. Si v̄o interi⁹ te aduer-

tas inuenies te obrutum defectibus infinitis. Si vero circumspexeris vides te posituz in mille periculis Hec omnia cum in corde hominis congesta fuerint nisi homo durior sit lapide timore replebitur vsqꝫ ad summuz. ¶ Facit autem timor domini quatuor fructꝰ que nos veraciter magnos faciunt. Timor em̄ domini interficit criminalia. nam inducit caritatem. sicut seta introducit filum qua adueniente expellitur peccatū. vt dicit̄ in. c. sicut seta. de pe. dist. ij. Scd̄o timor despicit temporalia per displicenciam. Tercio nō admittit carnalia per resistenciā Job. vj. Qui timēt dominū custodiunt mandata. que iubent mandata carnalia non admitti. Quarto est gracie xp̄i conseruacio. Est enim quoddam reclusorium ⁊ vas solidum in qua gracie que date fuerint conseruantur Eccīastici. xxxiij. Timenti deuz non occurrent mala sed in tentatione illum deus cōseruabit. Scd̄z qd̄ nos magnos efficit apud deuz est amor diuinus. Cum enim oēs asserant ꝙ caritas sit virtus maxima consequens est vt qui eam possidet magnus sit necesse est.

¶ Sunt tria in amore diuino propter que habentes eū magni fiunt Primo quia amor deū in se continet. qui cum adeo magnus sit. qd̄ scd̄m p̄s. Magnitudinis eius non sit finis. ideo qui per caritatem deum qui est maximꝰ in anima sua possidet necesse erit qd̄ ip̄e ex hospite suo magnus sit. Scd̄o quia caritas est quodāmodo oīs virtus. Aug. Quod mater charitas est custos omniū virtutum quia est datrix formarum. Sicut em̄ deus est summum bonum in se omnia ꝯtinens bona. sic charitas est virtus in se continens omnes virtutes. cōnexe em̄ sunt virtutes nec vna sine altera potest esse virtus sed vnaquaqꝫ vires sumit a caritate. Tercio quia per caritatem inhabitantem participamꝰ merita xp̄i. omnium sanctorum ⁊ merita vniuersalis ecclesie. p̄s. Particeps ego suz omnium timencium te ⁊ custodiēcium mandata tua. ⁊ quia talia magna st̄ necesse est nos magnos esse. Tercio magni erimus per humilitatis nitorem. quanto em̄ in oculis nostris erimus humiliores tanto coram deo sumus maiores. Hinc. j. Reg. xv. dicit̄ ad Saul. Nōne cum esses paruulus in oculis tuis caput in tribubꝰ israhel factus es. Quia vt ait ꝟitas Math. Omnis qui se humiliat exaltabit̄ Et in euangelio nostro. Qui voluerit esse maior fiat sicut minor. scz per humilitatem. ⁊ qui p̄cessor sicut ministrator ⁊c. Et math. xx Quicūqꝫ voluerit inter vos maior fieri sit vester minister. Quid autē sit in humilitate ꝓpter quod habētes eā tam magni estiment̄. dico ꝙ humilitas meret̄ graciā que miro modo magnificat habētes eaz. vt patet de btā virgine. Ideo dr̄ Jacobi. iiij. Deus superbis resistit humilibus aūt dat graciā. ¶ Sciendū aūt est ꝙ ad humilitatē quatuor gradibus siue exercicijs ascēdemus. Primo cū nos sp̄ ad meliores cooperamus quoꝝ vitā cū ꝯspicimꝰ q̄ lōge ē a nobis hūiliamur

ex hoc in oculis nostris. Hinc nūeri. xviij dicit. Vidimꝰ gigātes quorum ꝓparatione quasi locuste videbamur. Bernn. Elige tibi modo consilio hominem cuius vite exemplar sic cordi tuo insederit vt quociens eius recordatus fueris ad reuerenciam cogitati assurgas ⁊ tempm ordines ⁊ componas ac si presens sit. Scdo erimus humiliores ad malorꝝ ꝑpriorꝝ considerationez Cum enim mala nostra ⁊ defectus sint infiniti vt quorsum nos vertamus innumerabilia videamus Merito clamābimꝰ in celum dicentes. Circumdederūt me mala quorum nō est numerus. Hanc cautelam habuit Paulus qui cum innumera bona habuisset auertit se ab eis ⁊ intuitus mala sua vt in humilitate se conseruaret dicit. Ego sum minimus apostolorꝝ quoniā persecutus sum ecclesiam dei. Hic Grego. Cum bonū fratres agitis semper ad memoriam mala reuocate vt dum caute culpa inspicitur nunqꝫ incaute de bono opere superbiamus. Tercio humiliamur si occultum dei iudicium semper timeamus dicentes in cordibus nostris illud Ecclesiastici. ix. Sunt iusti atqꝫ sapientes ⁊ opera eorum in manu dei sunt. Et tamē homo nescit vtrum amore vel odio dignꝰ sit. omnia in futurum incerta sunt Quarto erimus humilimi cū iterū in altiorem statum sanctitatis per mori bona domini cōtemplamur in cuius comparatione esse bonum creature faulle ⁊ cineri comparat Ex quo fit vt quanto sanctiores magnalia dei contemplantur tanto erunt humiliores. Quod nobis pulchre per Ezech. describitur. j. c. vbi dicit. Cum audierunt animalia vocem de firmamento dimittebant alas suas. Quod exponens Gregoriꝰ dicit. Sancti viri quo altius apud deum proficiūt eo subtilius se indignos deprehēdunt qa duz ꝓximi lucidi fiūt quicquid cos in se latebat inueniunt ⁊ tanto sibi foras deformes apparent quanto minus pulchrum est quod intus vident. Quc omnia sanctus Bartholomeus fecit qui predictas conditiones habuit ideo merito apud deum magnus est vt patet in eius legenda quam si placet per partes applica re.

Sermo aliꝰ. lxxviij. de sancto Bartholomeo.

Acta est contencio inter discipulos Jhesu quis eorꝝ videretur esse maior. Lu. xxij. Ad experienciam audimus quando cordule simul ꝓcuriūt in lutina siue cithara dulces melodie ⁊ ꝓcordes reddūtur que faciunt alleuiationes etiā possessis a demonibus. Sicut legitur de Saul. j. Reg. xvj. Qui cum a spiritu maligno vexaret percuciebat Dauid citharam ⁊ ille melius ferebat ⁊ reuocillabatur. Quia vt dicit lyra super eodem loco. Melodia bene concordans attrahit ad se mentis intentionem sic ꝙ homines audiētes melodias ad alia nō sunt attenti. ⁊ sic potest alleuiare afflictionem a demone causatam Econtra autem si cordule simul dissonant discrepans sonus efficit

Spiritualiter sic est de hominib⁹ quando sunt cum illis cum quibus ꝓueniunt in moribus dulcem reddunt laudis ⁊ ꝓfessionis melodiã Si autem iungant̃ cum discordãtibus in moribus ⁊ in fide econtra reddunt ineptas ꝓtentiones ⁊ discordias. Figurã habem⁹ de sancto Petro hic cum iunctus esset petro⁊ alijs apostolis dulcem fecit sonum alte etiam ꝓfessionis quando dixit. Tu es ꝝpus filius dei viui Mathei. xvi. Sed cuꝫ iunctus fuit iudeis malis ĩ domo Cayphe distortum fecit sonum dicente euangelista ꝙ cepit anathematizare ⁊ iurare ꝙ non nouisset hominem Mathei. xxvj. Vide ꝗ dissonans voꝫ quem prius confitebatur deum et hominem. Hunc iam abnegando solum commemorat hominẽ. Sic apostoli quando fuerunt iuncti in humilitate dulcem fecerunt sonum confessionis. Iuncti autem in elatione dederunt sonum cõtentionis sicut dicit thema. Facta est ⁊c.

In quibus verbis duo tanguntur Primum est discipulorum cõtencionis carnalitas. scdm cõtentionis causalitas ibi. Quis eoꝝ videretur ⁊c. Circa primũ tria veniunt declaranda. Primum dicitur diuisiõis scdm abhominationis. tercium determinationis. Primum declarandum dicitur diuisionis. ¶ Vbi nota ꝙ triplex est contencio scilicet viciosa ⁊ fugienda. periculosa ⁊ metuenda. fructuosa ⁊ appetenda. Cõtencio viciosa est duplex. Vna est que fit contra deuꝫ. Alia que fit cõtra proximum. Prima viciosa scꝫ contra deum vt contradicẽtes voluntati dei. Tales fuerunt filij israhel. Deutro. xxj. Semper ꝓtẽtiosi fuistis contra dominum. Sed nõ est contra eum contendendum ꝓpter tria. Primo quia potẽtissimuꝰ non potest contendendo superari. nec homo potest ĩ hoc lucrari. Job xxix. Numquid qui contendit cum deo iam facile acquiescit. Et Job ix. Quis resistet ⁊ pacem habeat. quasi diceret null⁹. Scdo quia sapientissimus ideo opus suum non debet calumpniari. ps. Omnia in sapiencia fecisti. Tercio quia optimus nil mali fecit. Mar. vij. Bene omnia fecit. Dyonisi⁹. Optimi est optima facere. Ideo pueꝛb. iij. Non contẽdas aduersus dominũ cum ipe tibi nil mali fecerit. Hoc modo discipuli ⁊ ꝓsertim beatus Bartholomeus non contendit cõtra dominum. Applica hic legendam theatre de missione in Indiam. ¶ Alia est contencio viciosa que fit contra proximum ⁊ talis ẽ quadruplex scꝫ emulationis disputationis. litigationis ⁊ ostentationis. Prima dicitur emulationis que procedit ex inuidia quez habẽt ad inuicem aliqui erga suos videlicet predicatores ⁊ doctores ⁊ alios. Nam cum vident doctorẽ alio rum laudari magis ⁊ in opinione ꝗ suum. inuident ⁊ contendunt cõtra laudantes alios. Talis fuit cõtencio inter Corinthios ad fidez cõuersos quos Paulus repꝛehendit. j ad Corinth. dicens. Significatuꝫ est mihi de vobis fratres mei ab hijs qui sunt cloes quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico ꝙ vnusquisq; vestrum dicit. Ego

quidem sum Pauli. Ego autem Apollo. ego vero cephe. ego vero Christi. diuisus ē christus ꝛ. iij. c. dicit. Cum sit inter vos zelus ꝛ contencio. nonne carnales estis id est sensuales ꝛ bestiales. Estimabāt nanq; illi corinthij q̄ qui a meliore ꝛ maiore esset baptizatus ille maiorem graciam assequeretur quasi homines darent graciaz. ꝛ sic qui habebant affectionem ad vnum illum magis commendabant ꝛ cōtendebant contra baptisatos vel conuersos ab alijs tanq; a non sanctis ita hominibus ꝛ non tantam graciam conferentibus. inuicem debāt q; inuicem. Sz magnus error erat iste quia homines non sunt collatores sacramentalis gracie sed christus. ꝛ ideo paulus eos reduxit ibidem. iij. c. dicens. Quid ergo est apollo. quid autem paulus ministri ei⁹ cui credidistis. ꝛ vnicuiq; sicut dominus dedit. ego plantaui apollo rigauit sed deus incrementuz dedit. ita neq; qui plantat est aliq̄d. neq; qui rigat. sed qui incrementū dat deus. Similiter etiam contendebant romani ꝛ iudei cōuersi ad fidem. Dicat enim Jheronim⁹ in epistola ad Roma. Romani qui ex iudeis ꝛ gētibus crediderunt hij superba contentione volebant se alterutrum exaltare. nam iudei dicebant nos sumus populus domini quos ab inicio fouit ꝛ dilexit. nos circumcisi ex genere Abrahaz ꝛ stirpe sancta descendimus. nos de egypto signis ꝛ virtutibus liberati mare sicco pertransiuimus pede. nos per quadraginta annos experti sumus mirabilia magna dei nos soli digni fuimus accipere legē et vocem dei loquentis audire. nobis promissus est christus. ad quos ipse venisse testatur. Dicit em. Nō sum missus nisi ad oues que perierunt domus israhel. Cum vos canes potius q; homines nominauerit. Non est ergo equum vt vos hodie idola deserentes comparemini nobis. Econtra gentiles dicebant Quanto maiora circa vos dei beneficia narraueritis tanto maioris criminis reos vos esse mōstrabitis. Semper enim hijs omnib⁹ ingrati fuistis. naz ipis pedib⁹ quibus pertransistis mare postea ante ydola ludebatis. Mana vobis fastidium fuit ꝛ sepet in deserto cōtra deum murmurastis. Sepe deum ad iracundiam prouocastis. ꝛ adultimum Christum in lege ꝛ prophetis promissum occidistis. Nos nanq; vobis digniores sumus qui vt de cristo audiuimus mox in eū credidimus. Jdeo per prophetam de nobis dominus ait. Popul⁹ quē non cognoui seruiuit mihi. Vnde constat nos non ex industria ꝑ ex ignorācia deliquisse. Hijs ergo altricantibus apostolus medius inter eos omnes eoruz contentiones dirimens advnam concordiā eos adduxit ostendens nullos eorum meritis suis esse saluatos quia omnes iudei ꝛ omnes gentiles sub peccato tenebantur sed per dei graciā liberati sunt. Jdeo dicitur Ro. iij. Non enim est personarum acceptio apud deum. Et. iij. c. Non est enim distinctio, omnes enim peccauerunt ꝛ egent gracia dei. Et. v. c. Omnis qui credit in illum non

confundetur. Non est enim distinctio iudei ⁊ greci. nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Sic ⁊ discipuli ioh̄annis baptiste forte contendebāt de Johanne baptista ⁊ de Christo Johannis. iij. Sic ⁊ quotidie contēdunt aliq̄ de predicatoribus ⁊ doctoribus ⁊ de fundatoribus religionum ac de sanctis. Pro quibus facit exemplum illud quod ponitur ī legenda Johannis baptiste q̄ duo doctores erant famosissimi quorum vnus in magna deuotiōe habebat Johannem baptistam. Alius vero Johannem euangelistam. Cuz quilibet satis sanctum suum ⁊ altrum alteri preferret. tandem concluserunt se facere velle publicam disputationem ad probandum q̄s maior esset. sed nocte precedenti disputationem Johannes baptista apparuit suo deuoto. ⁊ Johannes euangelista suo reuelātes q̄ disputationem talem dimitterent quia ipsi bene concordabunt in celis ita ⁊ ipsi deberent concordari in terris ⁊ demum in supernis viderent h̄āc veritatem. ¶ Secunda contencio viciosa dicitur disputationis scilicet cū q̄s ī disputatiōe p̄tēdit. Tripliciter autem est viciosa talis cōtencio. Primo quia est contra doctrine ⁊ sciencie veritatem. Secūdo quia est contra modestie congruitatez. Tercio propter materie vtilitatem. Contencio primo modo quando scilicet est impugnacio veritatis aduertenter ⁊ modo inordinato ⁊ cum clamore ⁊ huiusmodi est peccatum mortale sc̄m sanctum Tho. sc̄da sc̄de. q. xxxviij. Et sic diffinit eam Ambrosius dicens. Contēcio est impugnacio veritatis cum confidencia clamoris Hoc modo contendunt cuz catholicis heretici. vnde hoc est peccatū mortale ⁊ ita non est licitum in disputatione contendere. Vnde ⁊ apostolus ad Gal. quinto ponit contenciones inter opera carnis. De quibus dicit q̄ talia qui agunt regnum dei non consequentur. q̄d̄ videtur intelligendum de reb⁹ importancie vt que pertinent ad fidē vel bonos mores vel determinata per ecclesiam vel pertinēcia ad doctrinas vtiles vel alia notabilia. Nam contencio que fit inter pueros etiam contra veritatem nō videtur mortale. Secundo modo cōtencio est peccatum quando etiaz fieret pro veritate ⁊ contra falsitatem sed modo inordinato ⁊ cū clamore. ira ⁊ huiusmodi ⁊ tunc videtur venale peccatum sc̄m sanctū Tho. vbi supra nisi forte tanta inordinatio fiat in p̄tendēdo q̄ notabile scandalum sequatur aliorum quia potest esse mortale. Vnde apostolus postq̄ dixisset. ij. Thy. ij. Noli contendere verbis. subdit causam. Ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audiencium. Subuersio autem importat notabile scandalum. Sed si fiat contēcio ad impugnandum falsitatem debito modo tunc nullum peccatum est sed laudabile. ⁊ sic catholici contendunt contra hereticos ad defendendum veritatem. ¶ Sed p maiori intellectu huius dubitatur

nunquid licitum est disputare cuz hereticis. Ad hoc respondet Alexāder de ales in scō q hereticus aut est ab ecclesia precisus propter pertinacem sententiam. aut non. Si primo modo tunc non est cum eo habendum concilium. Juxta illō ps. Non sedi cum concilio vanitatis. Et de hoc apostolus dicit ad Titum. iij. c. Hereticum hominē post primam ⁊ secundum correctionem deuita. Unde hereticī post damnationem nonvocantur ad concilium. Sicut patet. xxiij. q. j. c. maiores. Si vero hereticī adhuc sunt corrigibiles licitum est cōtendere ⁊ disputare cum eis vt ad fidem reuocentur. vel vt falsitas eoruz alijs manifestetur. Hoc autem intelligendum est de probatis in doctrina quia periculosum esset simplicibus cum hereticis disputare ꝛc. Et de clericis. quia laicis prohibetur sub pena excommunicationis de fide catholica disputare vt in. c. quicunq. §. inhibemus. de here. li. vj. Et in. c. sicut in vno. eo. ti. Et in. l. nemo. C. de sum. trinita. Tercio modo contencio est vitiosa propter materie inutilitatez vt cum fiunt contentiones de rebꝰ nullius vtilitatis vtruz sic vel aliter sint. Unde apostolus ad Titū iij. Stultas autem questiones et genealogias ⁊ contenciones ⁊ pugnas legis deuita. sunt enim inutiles ⁊ vane. Sicut est contencio de Maria magdalena si fuerit meretrix vel virgo corpore vel corrupta de Johanne euangelista si est in paradiso terrestri cum corpore vel in gloria vel in mundo corpus ei⁹ ⁊ huiusmodi. ¶ Tercia contencio viciosa dicitur litigationis scilicet cum aliquis in iudicio contendit. Et est viciosa dupliciter. Primo ratione iusticie. quia scienter litigat contra iusticiaz ⁊ sic est peccatum mortale. Secūdo ratione scā dali scilicet illius a quo petitur. et hoc intellige si est scandaluz pusillorum non phariseorum. Et tunc est phariseorum quando declaratē eis sua non esse que ab eis petunt. vel iniustam causam fouere ⁊ tamen ex malicia nolunt debituz facere sed turbantur ⁊ scandalizantur quia tunc non est necesse desistere. sed notata in. §. ergo. xiij. q. j. Alias autem quando subest causa debita licitum est in iudicio cōtendere ⁊ sua repetere q̄uis sit periculosum propter multa mala que ibi immiscentur scilicet odia. mendacia fraudes. periuria ꝛc. quare viris perfectis non competit in iudicio contendere. Unde Math. v. Et qui vult in iudicio tecum contendere ⁊ tunicam tollere dimitte ei ⁊ pallium. Non est tamen talis contencio prohibita. Alias ius canonicum ⁊ ciuile esset damnandū quia frustra esset institutus ordo iudiciarius in iure canonico ⁊ ciuili si non esset licitum ⁊ iustuz cōtendere in iudicio ob sua repetenda ⁊ propulsationem iniuriarum ⁊ obuiandum iniusticijs ⁊ calumnijs. Ideo dicit Gregorius. Non solum cura debet esse ne nostra subtrahantur. Sed ne rapientes nō sua semetipsos perdant. Quod

autez dicit apostolus.j. Cor.vj. Secularia iudicia si habetis omniuo peccatum est in vobis. Intelligitur de contentione iudiciaria. que fit apud iudices infideles. vt ibi dicitur per apostolum. hoc em̄ prohibetur videlicet infideles esse iudices in fidelium causis. Vel intelligitur de contentione iudiciali etiam apud fideles. sed cum fraudib⁹ mendacijs ⁊ iniusticijs. Vnde ibi dicit apostolus. Quare non magis fraudem patimini sed vos fraudatis. Vel quando in contendendo et repetitione suarum rerum scandalum sequeretur vt supra dictum est. Vnde dicit Gregorius. Dum pro terrena re pax a corde cum cristo scinditur apparet ꝙ plus res q̄ proximus amatur. ¶ Quarta contencio viciosa dicit̄ ostentationis De qua thema. Facta est contentio scilicet inter discipulos cristi q̄s eorum videretur esse maior. Cum enim fit contencio non cum intentione impugnandi veritatem sed ex titillatione quadam honoris vl̄ glorie. quomodo discipuli xp̄i ad inuicem contenderunt. sic contentio est peccatum veniale. Nam vt dicit sanctus Thom̄. scd̄a scd̄e. q. xxxviij. discipuli nō contendebāt cum intentione impugnandi veritatem quia vnusquisq; defendbat quod verum sibi videbatur ⁊ ideo talis contencio non fuit in eis peccatum mortale. Erat tamē in eorum cōtentione inordinatio. quia contendebant de eo de quo nō erat contendendum scilicet de primatu honoris. non dum enim erant spirituales sicut dicit glo. ibidem. vnde ⁊ dominus consequenter eos cōpescuit dicens. Reges gencium ⁊c. Nam tunc venialiter peccauerunt vnde tanq̄ carnales reprehenduntur. ¶ Scd̄a contencio dicit̄ periculosa ⁊ metuēda q̄ de⁹ ꝯtēdz cū venerit ad iudicium cum peccatoribꝰ Johelis .iij. Congregabo omnes gentes ⁊ ducam eos in vallem Josaphat ⁊ disceptabo cuz eis. ⁊ quomodo ⁊ de quo contendet habetur Math. xxv. Similiter sicut dominus cum dispensatore suo de ratione reddenda dicens. Redde rationem villicationis tue Lu. xvj. hec contencio est periculosa. Hoc considerās Job. xxxiij Nolo vt multa fortitudine mecum contendat ne magnitudinis sue mole me prema. quasi diceret. Si ita stricte cōputet quis subsistet. ideo ꝑ elemosinas ⁊ lachrimas pax componēda est. Math. v. Esto consenciēs aduersario tuo dum es in via ne forte te tradet iudici. In hac contencione erunt apostoli iudices mathei xix. Sedebitis super sedes iudicātes. xij. tribus israhel. Hos scabinos debem⁹ nobis facere amicos ⁊ placabiles dādo xenia elemosinaꝝ ⁊ orōnū iuxta dictū cōe. Munera placant hoīesq; deosq; p̄sertī in honore sctī Bartholomei. Applica ꝑtē legende de mgr̄o qui oī anno festū de sctō Bartholomeo celebrauit solēniter. ¶ Tercia ꝯtēcio dr̄ fructuosa et appetenda scz ꝯtendere ꝯtra mdm̄. carnē et diabolū Lu. xiij Cōtēdite ītrare ꝑ angustā portā. vbi Criß. sup math. Porta perditiōis est diabolus. porta vite xp̄us. p̄s. Hec porta dn̄i iusti intrabūt in eā

Sed arta quia pauci viuunt cristi
ane multi mundane. ido sicut du-
centes nauem sursum contra aquā
sic nos oportet contendere contra
mundum Mathei. xj. Regnum ce
lorum vim patitur ⁊ violenti ra-
piunt illud. Cirillus. Angusta etiā
porta erumnam ⁊ paciencia3 san
ctorum designat. Sicut enim pu-
gnarum victoria strennuiratē mi
litis attestatur. sic preclarum effi-
cit varia perpessio laboris ⁊ tenta
tionum. Sic contendit beat⁹ Bar
tholomeus pro vt in eius legenda
quam hic applica. ¶ Secundu3 de
clarandum de contentione viciosa
dicitur abhominationis. Est em̄
abhominabile hoc vicium propter
quatuor. Primo propter confusio-
nem. scd̄o propter honorationem.
tercio propter deriuationem. quar
to propter destructionem. Primo
propter confusionem. Contencio
nanq3 facit ipsos contenciosos ab
hominabiles et exosos hominib⁹.
similes canibus quantum ad actū
et demonibus quantum ad malici
am. quis enim non vituperabit ho
minem semper clamantem contē-
dentem. paratum ad omnia con
tradicere. sentenciam suam vera3
vel falsam superbe ⁊ pertinaciter
defendentem. Ideo Augustin⁹ ait
Nihil est ita simile artibus demo-
num sicut litigare. Et prouerbio7
xvij c. Semper iurgia querit ma
lus. Angelus autem crudelis mit-
tetur contra eum nam instigante
diabolo contentiones fiunt. Cui
summe displicet cōcordia hominū
Applica hic exemplum in vitaspa
trum de duobus germanis in here
mo qui cum in maxima cōcordia
vixissent nunq̄3 contentionis ver
bum habentes. vnus eorum insti-
gatus a diabolo quadam die dix-
it. Tantū est q̄ nō facim⁹ aliquā
contentionem. faciamus vnā ⁊c.
Vide in summa Antho. ij. par. ti.
iiij. c. ix. § ij. in fine. Scd̄o abho-
minanda est contencio propter ho
norationem. Est quidem homo
qui contenciones fugit dignus ho-
nore. Vnde prouerbio7. xx. Ho-
nor est homini qui separat se a cō
tentionibus. omnes autem stulti
miscent se contumelijs. Et paul⁹
ij. Thymo. ij. Seruum autem do
mini non oportet litigare sed man
suetum esse ad omnes. Quanti au
tem meriti sit apud deum non cō-
tendere clarum esse patet per illud
quod legitur in vitaspatrum q̄ o-
rante sancto Machario vox inso-
nuit ad eum dicens. Non dum ad
mensuram duarum mulierum ve
nisti qui habitant in proxima ciui
tate. Cunq3 quesiuisset macharius
et inuenisset eas conuersationē ea
rum interrogauit. Ipse vero dixe-
runt q̄ erant mulieres duorum fra
tru3. et per. xv. annos simul fuerāt
nec verbu3 cōtēciosum fecerāt nec
vnq̄3 aliqua earum dicto vel facto
aliā cōtristauerat. qd̄ audiēs Ma
chari⁹ bn̄ edificat⁹ recessit. Tercio
est abhominā̄da cōtēcio ꝓpt̄ deri-
uationē. ab illa siq̄dē sepe deriuāt̄
plurima scādala. odia. dissensiōes
rixe. qn̄q3 p⁹ multa v̄ba venit̄ ad
v̄bera. ꝓpterea dr̄ eccīastici. xj. Ab
vna scītilla auget̄ ignis et a dolo-
so auget̄ sanguis. et. xxviij. Lis fe
stinās effūdit sāguinē. Qr̄to ē abo

mūanda cōtencio propter destru
ctionē multa em̄ bona destruit ꝓtē
cio. Primo obnubilat intellectū et p
uertit iudiciū rōis. ido dicebat iob
vj. Rñdete obsecro absq; ꝓtētione
et loquētes id quod iustum est iudi
cate quasi diceret. q̄du ꝓtēditis
iuste iudicare nō potestis. Sēdo
corrumpit affectū iacobi. iij. Si ze
lū habetis animaꝝ et ꝓtētiones fūt
in cordibus vestris nolite gloriari
Tercio impedit profectū et subuer
tit corda audiencīū. ij. ad Thy. iij.
Noli verbis ꝓtendere. ad nihil em̄
est vtile nisi ad subuersionem au
dienciū. Quarto enervat caritatez
ij. Cor. vij. Ne sint inter vos ꝓtē
tiones ⁊c. Nota ibi pessimā seque
lam que tota est ꝓtra caritatem.
Quinto diuidit vnitatem. j. Cor.
j. Idipm̄ dicatis omnes et nō sint
in vobis scismata ⁊c. sequitur di
uisus est Christus. Sexto destruit
tocius operis bonitatē. Jacobi. iij
Vbi zelus et ꝓtencio ibi incōstan
cia et omne opus prauum. Dē em̄
opus quātūcunq; sit bonū de se si
per ꝓtentionē fiat fit prauū. Sicut
ipa p̄dicacio qua quidā ex ꝓtētiōe
xpm̄ annūciabāt. Sicut dicit ad
Phil. j. Ideo hortat aplus ibidez
ij. c. Nihil p ꝓtentionē neq; per ina
nem gloriam supple faciatis vt in
c. ꝓsuetudo. xxj. q. v. ¶ Terciū de
p clarandū de ꝓtentione dr determi
natiōis. Nam licet nō sit cum alio
quo ꝓtendēdum tamē sapiēs enu
merat tria genera hominū. Primi
sunt potētes. sēdi locupletes. terci
linguati. Primi cum quibus nō ē
ꝓtendendum sunt potentes. Dñ
Eccīastici. viij. Nō litiges cū po
tenti homine ne forte incidas in
manus illius. Potentes dicuntur
omnes superbi vel superiores dñi
prelati et parentes cum quibus nō
est ꝓtendendum. Secundi sunt lo
cupletes. Vnde Ecclesiastici vbi
supra dicitur. Nō ꝓtendas cum vi
ro locuplete ne forte ꝓstituat ꝓtra
tē tibi litem. Multos perdidit aur̄
et argentum et vsq; ad cor regum
se extēdit et puertit. Et licet pericu
losum sit cū talibus ꝓtēdere verbis
tamē periculosius ē litigare factis
O quot pauperes ꝓtenderunt cum
diuitibus in iudicio siue pro posses
sionibus ab eis occupatis siue pro
pecunijs et alijs rebus vsurpatis. et
tandem diuites prevaluerūt. Ido
dicit prouerbioꝝ. xix. Diuicie ad
dunt amicos plurimos a paupere
autem et hij quos habuerat separā
tur. Et ysido. in. c. pauper. xj. q.
iij. ait. Pauper cum non habet qd̄
offerat nō solum audiri contemni
tur sed et contra veritatem oppri
mitur. Cito violatur auro iusticia
nullamq; reus pertimescit culpaz
quaz redimere nummis estimat.
Tercij cum quibus nō est litigan
dum sunt homines linguati et si
ne ratione loquentes. Vnde Eccle
siastici. viij. Non litiges cum ho
mine linguato et nō strues in ignē
illius ligna. Sunt de hmōi genere
mulieres garrule et litigiose. Vix
vna domus reperitur in qua non
sit huius pestis macula. Contēdit
mulier nunc cum vno. nunc cum
alio. nunc cum viro. nunc cum so
cru. nunc cum nuru. nunc cum vici
na. Estq; contencio illi velud ci
bus. Be hac sapiens puerbioꝝ. xix

dicit. Tecta iugiter perstillācia litigiosa mulier. quasi diceret ꝙ qui habitat in domo perstillāte quādo vult declinare stillicidiū in vno loco inuenit in alio ita ꝙ nō inuenit requiem. Sic ⁊ ille qui mulierem habet litigiosaz in domo ipa equidem est venenum amarissimum turbans omnia bona. quia vt scribit̄ ꝓuerb. xvij. Melior est buccella sicca cum gaudio q̄ꝫ domus plena cum iniurijs. Inuehe ꝯtra mulieres propter quarum ꝯtentiones oriunt̄ odia. scādala ⁊ rixe int̄ patrem ⁊ filium. inter fratrē ⁊ fratrē inter vicinū ⁊ vicinū ⁊c̄. ⁊ quō tales debēt corrigi verbis ⁊ factis. Applica hic exemplū de quadā vetula in specu. exemploꝝ. di. ix. xciij.

¶ Scd̄z quod in verbis thematis tangitur est ꝯtentionis causalitas scilicet vñ ꝯtencio causetur vel originet̄. Et quantū ad hoc dico primo ꝙ ꝯtencio oritur a superbia et inani gloria. nam a Grego. ī moral'. ponit̄ filia inanis glorie. Ex eo vt dicit sanctus Tho. scd̄a scd̄e q. xxxviij. ar. ij. quia ꝯtencio est quedā discordia in verbis. discordāciū autem vterq̄ in suo sensu stat ⁊ vnus alteri nō acquiescit. proprium aūt est supbie ⁊ inanis glorie propriam excellēciam querere. Si aūt discordantes sunt aliqui ex eo ꝙ stant in ꝓprijs volūtatibus. ita ꝯtendentes sūt aliqui ex eo ꝙ vnusquisq̄ verbo quod sibi videt̄ defendit vt sic nō videat̄ minus bñ q̄ꝫ alius cognoscere illud quod ꝯtenditur. Et ideo sicut discordia quādā ꝯtrarietatē importat in volūtate ita ꝯtencio importat ꝯtrarietatez in locutiōe. Et quelibz orit̄ ex supbia ⁊ inani gloria. ꝓuerb. xiij. Inter superbos semper iurgia q̄ꝫ supbus nō vult habere similē. Scd̄o causat̄ ex auaricia iacobi. iiij. Vndiq̄ bella ⁊ lites ex ꝯcupiscēcijs vestris. Vñ Ambrosi. in. c. ira. xj. q. iij. Dñs misit apl'os predicare sine pecunia ⁊ virga vt remoueret̄ incētiuū litis ⁊ ī strumētū vliōis. Seneca. Si hec duo pronomina meū et tuū tollerēt̄ de medio oīa essent quieta. Tercio causat̄ ex ebrietate ꝓuerb. xx. Luxuriosa res vinū. tumultuosa ebrietas. Jhero. ⁊ habet̄ in. c. venter. xxxv. dist. Vbi ebrietas dñat̄ ibi furor. Quarto causat̄ ꝯtēcio ex praua opinione. ꝓuerbi. xvj. Homo ꝑuersus suscitat lites. scz qui opinionē suā vult p̄ferre alijs. ¶ Hic cadit dubiū vñ surrexit illa ꝯtencio discipl'oꝝ. Ad hāc questionē rñdēt aliqui ꝙ habuit ortū ex eo q̄ꝫ dñs qñ vocat⁹ fuit ad conuiuia deuotaꝝ mulierū vel etiam phariseoꝝ cum apostolis suis tunc deliciora cibaria apposuit btō bartholomeo tāq̄ꝫ magis delicate enutrito. quia dr̄ fuisse de regia stirpe ꝓcreatus scz filius Philippi regis Syrie et sic delicate enutritus fuit. cui nō compecijt cibus grossus pauperū et communis vt dicit August. in. c. nō cogant̄. xlj. dist. Nō cogant̄ diuites pauperꝝ cibis vesci vtant̄ ꝯsuetudīe īfirmitatis sue ꝫ doleāt se aliter sustētari nō posse. si ꝯsuetudinē mutāt egrotāt vtāt̄ p̄ciosis dēt paupib⁹ vilia. hec Augs. et sic dicūt hāc fuisse cām ꝯtētiōis discipl'oꝝ existimātes ex hoc sibi beatū bartholomeū tanq̄ꝫ nobilez

preferri in maioritate ⁊ honore q̄a reliquerat regias diuicias ⁊ xp̄m voluntarie secutus est in paupta-te. Audierant em̄ a xp̄o Math. xix Vos qui reliquistis omnia ⁊ secuti estis me ⁊c̄. Et ex quo beat⁹ bartholomeus plus ceteris dimiserat estimabāt eum sedem altiorē accipere. sed hac opinione tanq̄ apocripha dimissa q̄a ceteri apostoli plebei ⁊ de laboriosa piscatione veniētes ad xp̄m in delicijs non enutriti nō debuissent inter se ꝓpterea contendere si vidissent ꝙ dn̄s deliciora fercula beato Bartholomeo apposuisset. Ideo dicendū ꝙ duplex pōt esse causa huius contentionis. Primo em̄ potuit esse ista ꝯtencio pia ⁊ ex humilitate. quia audierunt illud Math. xj. ꝙ xp̄s dixit se in breui passurum ⁊ moriturum. ⁊ quia instabat dies passiōis eius ido quesierūt inter se quis aptior p⁹ mortē Cristi esse videretur ad tenendum eius locum. quā opinionem sequitur Beda in omelia. Non enim ē verisimile ꝙ imminente passione Cristi de maioritate cōtenderent. sic intelligendo ꝙ vnusquisq̄ maioritatem appeteret ⁊ se maiorem se ceteris esse putaret vel etiam in corde sentiret. sed estimo pia fide ꝙ pro tanto de maioritate fuit cōtēcio inter eos q̄ vnusquisq̄ se minimum reputabat ⁊ omnes alios sibi preferendos cēsebat. Isto modo fuit pia contencio inter Johannem baptistaz ⁊ xp̄m. Dicebat em̄ iohannes baptista math. iij. Ego a te debeo baptisari ⁊ tu venis ad me. Econtra dixit Jhesus. Sine mō. sic nos decz ⁊c̄. Sic etiā fuit pia ꝯtētio int̄ sctōs Bn̄dictū ⁊ maurum vt legitur. ij. dialogoꝝ. Similiter inter beatū Paulū primuz heremitam ⁊ Anthonium vt habet̄ in legenda beati Pauli. Scd̄o dicitur ⁊ verius ꝙ hec contencio processit ex elatione. nam audientes a Cristo discipuli Petro promissas claues regni celestis Mathei. xvj. Etiam Jacobum ⁊ Johannē ductos in montem transfiguratiōis domini Math. xvij. Et matrem ipsorum ip̄is pecijsse statum dignitatis Math. xx. Dolebant aliquē sibi preferri. ideo ꝯtendebāt de hoc. nec mirū quia adhuc carnales erāt ⁊ spiritum sanctum in tanta plenitudine nō duz acceperant sicut postea. Et huic opinioni ꝯcordat littera sequens ⁊c̄.

De sancto Bartholomeo sermo alius. lxxix. Wann. xiij.

ntrate per angustam portaz quia lata ⁊ spaciosa porta ducit ad perditionem Math. vij. In hijs verbis saluator nobis describit paucitatē saluandorum ⁊ multitudinez damnatorum quia stultorum infinitus est numerus ⁊ peruersi difficile corriguntur. Eccīastes. j. Quā angustā portam ⁊ artam viam perambulauit btūs bartholomeus per quam intrauit in regnum celorum bene ostendit ei⁹ vita strennuissima qua hic ī mundo contra hostes humani generis videlicet carnem. mundum ⁊ demonem triumphauit. ipse nanq̄ per multas tribulationes peruenit ad martirij palmam. per multas

abstinencias.per multas oratiões et vigilias quia cencies in die ⁊ cẽcies in nocte orando genua flectebat ⁊ extremas mundi partes In die quasi peregrinus ingressus vbũ dei predicauit.Et postq̃ multos suis sermonibus ad fidem conuertit per martirij palmam vitam finiuit.ecce q̃ angusta porta.ecce q̃ artavia p quã b.Bartholome⁹ ambulauit.In nullo enim a rectavia ducente ad beatitudinem declinauit.neq̃ a deytris prosperitatis.neq̃ a sinistris aduersitatis.igit̃ vt hũc sequamur hortatur nos saluator in verbis thematis dicens.Intrate per angustam portam.⁊ causam subiungit quialata ⁊ spaciosa porta ducit ad perdicionẽ vbi supra.Pro gracia Aue Maria.

Intrate per angust̃ portam ⁊c. vbi supra.Inverbis thematis duo nobis ostendunt̃ videlicet pauci tas saluandorum que est illorum qui intrant per angustam portaz siue viam.Et multitudo damnatorum illorum videlicet qui ambulant per viam latam siue portam spaciosam que ducit ad perdicionẽ

S ¶Circa primum est notanduz q̃ per angustam portam siue artam viam debemus intelligere in pro posito virtutes quibus castigatur et anyiatur corpus ne sensualitas rebellando rationi ipsaz deuincat vt sunt ieiunium.vigilia.continẽcia.temperancia ⁊c. Vnde super hoc verbo thematis dicit Crisost. Quid sibi vult saluator per hoc q̃ dicit.Intrate per angustam portam.Et respõdet.Diu docuit nos vt ieiunemus ⁊ orem⁹.quia ergo saluator bene scit q̃ omne illud q̃d est corpori nostro contrarium est angustavia.Et quia inter alia ieiunium.continencia ⁊ vigilie plus angustiant corpus q̃ animam.q̃ per illa ita homo angustiatur in corpore ac si de corpore aliquid abscinderetur.ideo illa dicitur angusta via.Et subdit.Alia tantum mente pati ⁊ facere possumus.sicut resistere inuidie.superbie.vel ire.sed non sic ieiunare.mane surgere ⁊ castitatem seruare.Sicut ergo magne virtutis est qui in corpore paciendo istis resistit.sic inter omnia peccata non soluit̃ aut maculatur anima magis q̃ p̃ ista videlicet.Gulam Luxuriaz.somnipigriciaz.Et sicut nihil immũdius istis vicijs sic nihil amabilius honestius casto homine.¶Quia castum hominem quasi omnis creatura diligit.Vnicornis enim quãdo castam virginem videt statim flectit ⁊ inclinat se coram ipsa.Et elephas similiter.Ex illis ergo patet q̃ quando saluator dicit.Intrate per angustam portam vult tantum dicere.Intrate in regnuz celorum ieiunando.delectationib⁹ carnalibus resistendo ⁊ vigilando De hac porta dicit propheta in p̃s. Hec porta domini iusti intrabunt in eam.Ex quo sequitur q̃ q̃diu homo non facit opera iusticie nõ est in via que ducit ad patriam. Hanc autem viam intrandi per angustam portam bñ docuit nos Cristus per ieiunium quadraginta dierum per multas abstinencias ⁊ vigilias.⁊ tandem in cruce p corporis extensionem.vbi porta

T

crucis sibi fuit tam angusta q̄ nō habuit locum in quez reclinaret corpus suum. Tam angusta vt vnꝰ pes alteri supraponeretur. ⁊ vno clauo ambo perforarentur. Ideo de eo dicit Bernhardus. Tu prius intrasti bone Jhesu per angustum foramen passionis vt membris tuis te sequentibus latum prebereris īgressum. Quare autem intrare debemus per angustam portam statim ostendit saluator cum subiūgit. q̄ angusta porta ⁊ arta via q̄ ducit ad vitam ⁊ pauci inueniunt eam. quasi diceret. Ad transeundum per angustam portam nos debet allicere amor vite eterne. Dicitur autem bene arta ⁊ angusta. quia non est declinandum de ea. neq̄ ad dextram neq̄ ad sinistrā Scōm illud Deutrono. v. Non declinabitur ad dexteram neq̄ ad sinistram sed per viam quam precepit dominus deus vester ambulabitis vt viuatis. Ille autem declinat ad dexteram qui eleuatur per prosperitatem. Ille ad sinistram qui frangitur impaciencia per aduersitatem. Et dicit saluator. Pauci sunt qui inueniunt eam. Quia multi vocati pauci vero electi mathei. xxij. Et omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt ⁊ non est qui faciat bonum non est vsq̄ ad vnum id est ad cristum. Ac si diceret. Nullus facit bonum nisi per Cristum cuz quo debet habere vnitatem caritatis. De hac angusta porta que ducit ad vitam scribitur vbi dicitur. Edificata est ciuitas ⁊ postea est in sublimi plena omnium bonoruz cuius introitus angustus est. a dextris ignis est. a sinistris aqua. semita vero vna sola. Scōm q̄ dicitur ecclastici. xv. Appposui tibi ignem ⁊ aquam ad quod volueris porrige manum. et sequitur. Ante hominē vita ⁊ mors bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi. Hec ciuitas quid aliud est q̄ vita eterna. Nam ī ea sola est plenitudo omnium bonorum. Et est in sublimi posita ⁊ eius introitus est angustus ad sensum supradictum. Et habet vnam solam semitam videlicet obseruanciam mandatoruz dei que est vita arta. arta quia ab hoc requiruntur omnes circumstancie inesse debite Scōm q̄ dicit philozophus. Bonuz vno modo. malum autem omnia pharie. Nam propter presenciam vnius circumstancie boni inesse debite non dicitur actus bonus. sed oportet q̄ omnes concurrant. sed propter defectum vnius solę actus dicetur malus. Introitus ergo ad hanc ciuitatem est angustus. sed post ingressum latitudo. Vnde ipse. Dilatasti gressus meos in semitis tuis ⁊c. Hoc considerans beatus Bartholomeus intrauit per angustam portam in regnuz celoorum. ymmo tam angustam q̄ propria pelle spoliatus est per angustiam porte sicut refert eius legenda. Cum enim venisset in indiam vbi est finis orbis intrauit in templum in qua ydolum Astaroth colebatur in quo ydolo demon erat. qui se infirmos curare dicebat. Illos autem curauit quos infirmos fecit. Cum autem templum eēt plenum infirmis. ⁊ ydolum nullum

daret responsum venerunt in aliã ciuitatem. vbi colebatur ydolum Berith. a quo querẽtes cur astroth non daret responsum. Respondit deus vester cathenis igneis ligat⁹ nec potest spirare. nec audet loqui propter presenciam Bartholomei apostoli qui est amicus dei omni potentis ⁊ ideo in hanc prouinciã venit vt omnes deos euacuet. At illi querentes signa quibus eũ nosscere valerent. Respondit pili eius nigri ⁊ candidi. Barba prolixa. Pallio induitur albo. viginti sex anni sunt ex quibus vestes ⁊ sandalia eius. nec veterascunt. nec sordidantur. cenies in die ⁊ cenies in nocte flexis genibus orat deum Angeli cum eo ambulant. qui nũq̃ eum esurire nec fatigari permittunt. omnia preuidit. omnium gẽtium linguas nouit ⁊ intelligit ⁊c. Cum autem per duos dies eũ querentes non inuenirent quadam die quidam demoniacus exclamauit dicens. Bartholomee apostole dei incendunt me orationes tue. Cui apostolus. Obmutesce ⁊ veni ⁊ exi ab eo statim. ⁊ statim liberatus ẽ Audiens rex regionis illius rogauit eum vt filiam suam lunaticam liberaret. cathenis ligatam propter eius honorem. quod ⁊ fecit. ydolum ibidem confregit. omnes infirmos arte diabolica vt supra curauit. regem conuertit cum vxore ⁊ liberis ac omni populo suo. et rex relicto regno discipulus apostoli factus ẽ Tunc omnes pontifices templorũ congregati ad astragem regẽ fratrem regis Polimij conuersi conuenerunt accusantes beatum Bartholomeum de deorum amissione. templi subuersione ⁊ regis per artem magicam deceptione. Tunc ille indignatus apostolum capi iussit et diuersis penis eum afflixit. Vnde quantum colligitur ex beato theodoro ⁊ beato Dorotheo ita passus fuit vt primum fustibus cederetur Deinde crucifigeretur caput habẽs deorsum ⁊ anteq̃ in cruce moreretur de cruce depositus fuit ⁊ ob maiorem cruciatum viuus decoriat⁹ fuit ⁊ postremo capite truncatus. Ecce q̃ per angustam portam b. Bartholomeus aplus intrauit ad vitam eternam. Si ergo volum⁹ esse participes sue beatitudinis oportet ⁊ nos hic per angustam portaz intrare hoc est corpus nostrum castigare ⁊ animam a vicijs ⁊ peccatis purgare vt supra. ¶ Circa secundum videlicet circa latã ⁊ spaciosam portam per quam multi intrant ad eternam damnationem est notandum scõm Nico. de lyra q̃ lata porta hic appellatur mortalis culpa. que bene dicitur lata. qa peccare contingit multis modis. Vnde per quamlibet precepti dei transgressionem intratur per hanc portam. quia peccatur mortaliter. sed non econuerso per quamlibet precepti obseruanciam intratur p angustam portam sed oportet q̃ homo obseruet omnia precepta diuina ⁊ nullum transgrediatur si vult intrare per portam que ducit advitam. Ideo bene dicitur angusta ex causis supra dictis. Sed lata porta multis modis intratur. ⁊ dicitur porta mortis. Vnde Job xxxviij. Numquid aperte sunt tibi

porte mortis ⁊ ostia tenebrosa vi-
disti. Et Mathei. xvj. dicit salua-
tor de ecclesia militante hoc est cō-
gregatione fidelium in fide ⁊ cari-
tate vnitorum. Porte inferi non p̄-
ualebunt aduersus eam. Hec porta
mortis est valde spaciosa via.
que dicitur voluptas seu delecta-
cio ducens ad peccatum sc̄m illd̄
iob. xviij. Vias meas in conspectu
eius arguam. Et in ps. Inquina-
te sunt vie illius in omni tempore
Qd̄ autez hec via siue porta ducat
ad perditionem patet Ecclesiasti-
ci. xxj. Via peccancium complan-
tata lapidibus ⁊ in finem illorum
inferi tenebre ⁊ pene. Et prouerbi-
orū xvj. Est via que videtur ho-
mini recta sed nouissima eius du-
cunt ad mortem illius. Et multi
sunt qui intrant per hanc viam. q̄
stultorum infinitus est numerus.
Ecclesiastes. j. Hanc viam se trā-
sisse deplangent finaliter damnati
dicentes illud Sapiencie. v. Er-
rauimus a via veritatis ⁊ iusticie
lumen non illuxit nobis. Et sequi-
tur. Lassati sumus in via iniquita-
tis ⁊ perditionis ⁊ ambulauimus
vias difficiles, viam autem domi
ni ignorauimus. Et sequit̄. Quid
profuit nobis superbia. aut quid
diuiciarum iactancia contulit no
bis. transierunt omnia sicut vm-
bra ⁊ tanq̄ nuncius precurrēs ꝛc.
Per hanc spaciosam portam ⁊ la-
tam viam ambulauit lucifer qua
si cum innumerabili exercitu quā
do ipse cuz suis complicibus eiect⁹
est de celo ysa. xiiij. Quomodo ce-
cidisti lucifer qui mane oriebaris
ꝛc. Per hanc etiam viam ambula
uerunt zodomite quando quinq̄
ciuitates ⁊ omnes circa regiones
cum habitatoribus suis igne ⁊ sul-
phure submerse sunt Geneß. xix.
Per eandem viaz ambulauit tpe
Noe fere totus mundus. qui dilu-
uio periit demptis octo animabus
scilicet Noe ⁊ vxore tribus filijs ⁊
vxoribus eorum Geneß. vij. Per
eandem etiam viam transierunt
chore Dathan ⁊ Abiron cum om-
ni sua familia ⁊ que ad eos perti-
nebant quos terra viuos deglutī-
uit ⁊ sic viui in infernum descen-
derunt ⁊ ducenti quinquagintavi
ri quos ocs ignis interfecit. Nu-
meri. xvj. Per eandem etiam vi-
am ambulauit Pharao cum om-
ni exercitu suo qui submersi sunt ī
mari rubro. Exodi. xiiij. Et ita
de alijs multis exemplificari pos
set in canone biblie. Quia ergo tot
demones ⁊ homines sine numero
ambulauerunt per hanc viam me
rito dicitur lata ⁊ spaciosa ducens
ad eternam damnationem. Dicit̄
etiaz bene lata ⁊ spaciosa quia mul
ti sunt qui hodie per eam ambulāt
quia omnes iudei omnes gentiles
⁊ omnes heretici ⁊ innumerabilis
exercitus cristianorum congrega
tus ex septem cuneis. videlicet sup
bis. auaris. luxuriosis. iracundis.
inuidis ⁊ accidiosis qui saltem fi
naliter in talibus peccatis moriun
tur. Sicut heu nostris temporib⁹
contingit. quia dato q̄ plures con
fitentur ⁊ ecclesiastica sacramenta
suscipiunt. tamen hoc raro proce
dit ex amore siue filiali timore qui
potius seruili timore. qui magis
respicit ad penam videlicet mort̄

et infernum q̄ ad dei offensam. quod videmus in multis quos deus premit ⁊ punit infirmitate. paupertate. aduersitate ⁊ tribulatione ⁊ cum laqueos illos euadunt deteriores fiunt. Hoc aduertens apostolus dixit nobis auisando. Videte quomodo caute ambuletis. non quasi insipiētes sed sapientes redimentes tempus qm̄ dies mali sunt. Ad Ephe. v. quasi diceret. Diligenter attendite ne a via angusta ⁊ arta que ducit ad celestia gaudia deuietis q: dies mali sunt. scilicet propter maliciam hominū ⁊ miseriam huius mundi vt dicit glosa. Et est Augustinus in de verbis euangelij. Si enim debite vt oportet flebilem. miserabilem ⁊ dānabilem mundi presentis cursum attendimus tunc oculo ad oculuz cernimus qm̄ dies mali sunt. quia vt dicit Johannes in sua canonica. j. iohannis. v. Quasi totus mūdus iam errat ⁊ in maligno positꝰ est. Et hoc bene cum dolore dicendum et audiendum est tam de capitibus q̄ de membris. ymmo de omni statu spiritualium ⁊ secularium. tam in senibus q̄ in iuuenibus. ymmo frater fratri fidem nō seruat neq̄ filius patri. Quod bene deplangit beatus Bernhardus dicens. Non est nisi turpis amor in hoc secl'o nec fides secura quia omnia que sunt contaminauit superbia. auaricia. ⁊ luxuria. Recessit enim lex a sacerdotibus. iusticia a principibus. consilium a senioribꝰ religio a clericis. amor a patribus fides a populo. reuerencia a subditis. castitatis amor a virginibus. pudicicia a coniugatis. ⁊ quid est nisi vt veniat anticristus. iam em̄ a multis Cristus ignoratur ⁊ a potentibus quasi peregrinus habetur. Hec Bernhardus. Caute ergo cuilibet est videndum vt ambulet per portam angustam. ne periclitetur ambulando per portam spaciosaz ¶ Dubitatur circa premissa ex quo superius dictum est q̄ lata est via que ducit ad mortem quia pro quolibet mortali in quo homo morit̄ finaliter damnatur. Cur ergo ē q̄ deus qui est misericordissimus pro transgressione vnius mandati nō deleti per penitenciam punit hominem perpetua damnatione cum tamen aliqua peccata valde breuiter et cito fiunt. Respondetur q̄ iuste et rationabiliter deus hoc facit ex pluribus rationibꝰ infra dicendis. si bene consideramus naturam peccatorum. Vnde dicit beatꝰ Augustinus. xxj. de ciuitate dei. Nullꝰ extitit gentilium legislatorum qui censeret tam cito nocencium finiēda esse tormenta q̄ cito factum est homicidium vel adulterium vel sacrilegium aut aliud quodcunq̄ scelus magnum. quia malum non temporis longitudine. sed iniquitatis magnitudine meciendum ē Hec ibi. Et post plura concludit q̄ nihil irrationabile potest homo allegare ex hoc q̄ deus cuius iusticia est ineffabilis pro peccato breui tempore commisso det longe durationis suppliciuz. aut etiam eternam infligat penam. Talia enim egre ferentes non considerant maliciam peccati mortalis. Quod secundum Wilhelmum parisiensem

in de fide ⁊ legibus multis rebus comparatur. Ex quibus nunc elicitur q̄ digne eterna pena punitur vt patet infra. Primo ideo quia peccatum est vulneracio spiritualis anime que est perpetua. Vnde in ps. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee. Ecce quomodo mortale vulnerat animam quia dicitur de sanguinibus. Sicut ergo nemo miratur q̄ ex breui vulneratione corporali quis perpetue in hoc mundo vita corporali p̄ mortem priuatur. sic nec miretur q̄ per mortale crimen quis eternaliter coram deo maneat mortuus. Secundo peccatum mortale est quidam casus voluntarius in profundum. De quo Cristus ait (Mathei. xv. Cecus si cecco ducatus prestet ambo in foueam cadunt. sed in ictu oculi quis se precipitare potest in foueam q̄ proprio conatu nunq̄ exire potest. Non ergo miretur peccator q̄ nunq̄ liberabitur qui se voluntarie in foueam damnationis per peccatum precipitauit. ex qua propria virtute non valet resurgere. Tercio peccatum mortale est trāsgressio precepti sub morte interdictam. ergo transgressor debet pati penam a legislatore institutam. quam bene scivit. nichilominus tamen peccauit. Vnde (Mathei. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Ac si diceret Non intrabis si precepta nō seruabis. Nullus enim miratur q̄ pro transgressione humanorum legum temporaliter factatum fur latro ⁊ alij malefactores reipublice perpetue puniuntur hic suspendio. vel similī. Vnde sicut dicit Augustinus vbi supra. Et secundum Tullium leges infligunt malefactoribus octo penas videlicet damnum rerum. vincula. verbera. talionem. ignominiam. exilium. seruitutē ⁊ mortem. Et tamen quamlibet istarum penarum contingit per homines iuste perpetuo infligi pro temporaliter commisso. cur ergo non similiter pro peccato mortali fieret.

Quarto peccatum mortale est contractus quidam ⁊ emptio infernalium tormentorum. necnon ⁊ venditio qua breui precio voluptatis seipsum tam in anima q̄ in corpore vendit fatuitas ⁊ insania peccatorum. Vnde tales venundati sūt vt facerent malum. nulli enim dubium quin ex venditione ⁊ emptione quantumcumq̄ breui tempore fiant. ius perpetuum rei empte acquiritur emptori. Ideo dixit Helias ad Achab regem. iij. Regum xxj. Venundatus es vt faceres malum. Quinto peccati mortalis perpetracio ē luminis gracie extinctio ⁊ lucerne que lucet in cognitione ⁊ ardet in amore. Cum ergo nemo ex seipso possit ista reaccendere perpetue nisi Cristus. secundum illud Johannis. j. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Idcirco ad illud periculum se proijciens merito punietur perpetue. Sexto quicūq̄ addit supra peccatum suum impenitenciam seu contumaciam addit de iure etiam penam. ⁊ iustissime. quantum durat in vno quoq̄ dei iniuria tantum in eo durare de

bet ⁊ pena. sed existentes in inferno super peccato suo addunt impenitenciam ⁊ contumaciam perpetue. ergo non solum iuste perpetue puniuntur extensiue sed etiam intensiue deus penam eorum augere posset imperpetuum. Septimo secundum Augustinum de ciuitate dei libro. xvj. Dignus est pena eterna qui in se perimit bona eterna. sed peccator mortalis est huiusmodi. quia peccator ad perpetuuz seruicium graciarum actionis tenetur deo exhibendum de quolibz membro vel dono q̄ corporis q̄ anime quod sibi deus graciose cōtulit. Hec autem omnia diabolo tradidit per peccatum ⁊ deo recepit ergo perpetuo puniri debet. Si em̄ in humana pollicia qui furat̄ cappam certam meretur penam. qui furatur centum florenos maiorez meretur. ergo qui perpetuum censum deo recipit quem habet in mēbris anime ⁊ corporis vt quem in patria lete deo reddere deberet de membrorum obsequijs semper punire debz. Octauo qui peccat ī simplicem proximum eum ledendo alapa meretur penam. qui in principem maiorem vt dicitur. v. ethicorum. ergo qui in infinituz bonuz peccat infinitam quodammodo penam meretur. De quolibet enim peccatore dicitur illud p̄s. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores prolongauerunt iniquitatem sibi. Ergo domiuꝰ iustus cōcidet ceruices peccatorum. Nono qui perdit ex sua negligencia aliquod donuz. vt exempligracia florenum suum vel domini sui meretur certam penam. qui vero perdit decem florenos plus demeretur. ergo qui perdit infinitum bonuz puniri debet perpetua pena vt peccator facit. Deus enim est infinitum bonum. ⁊ est nostrum per graciaz ⁊ gloriam. secundum illud Gen̄. xv. quando deus dixit Abraham. Ego sum merces tua magna nimis. Hanc autem mercedem nouit beatus Bartholomeus ⁊ peccati maliciā ergo magis elegit qualescunq; sustinere penas in presenti q̄ tanta mercede priuari. Cum autem magni fuerit meriti hic in mundo in miraculorum operatione quāte putatis iam sit potencie apud deum in precum suarum impetratione. Digne ergo nobis est honorandus ⁊ implorandus vt pro nobis oret ⁊ hoc deo placet. Quia vult deus honorari in sanctis suis Vnde legitur de sancto Bartholomeo ꝙ cum imperator quidā Fridericus nomine Bn̄uentum destrueret ⁊ omnes ecclesias que ibi erāt dirimi mandasset ciuitatem totaz intendens transferre ad alium locum vir quidam inuenitt viros albatos ⁊ fulgentes qui videbant̄ aduiuicez loqui ac si aliqua tractare vellent. qui cum vehementer admirans interrogaret qui essent. vnus ex eis respondit. Iste est sanctus Bartholomeus cum ceteris sanctis quorum in hac vrbe ecclesie habebantur qui insimul conuenerunt vt tractarent quali pena esset plectendus qui eos de habitacluis suis eiecit. Et iam inter eos

inuiolabili est sentencia firmatuz vt ille sine mora ad iudicium dei accedat de hijs omnibus respon surus in iudicio. Post modicuz ve ro tempus dictus imperator miserabiliter vitam finiuit. Ecce quā tum placet sanctis eos honorare īstructuris ecclesiarum ⁊ antiquas ecclesias conseruare ⁊ dotare. Sed heu nunc antique ecclesie sanctorū desolantur ⁊ noue quandoq; ad sola somnia eriguntur. ymmo quandoq; ad ficta miracula mendacijs plena ⁊c. sicut in multis locis iam patet. Imploremus ergo sanctum Bartholomeum vt nobis diuinum impetret auxilium ad obtinendum secum gaudium sempiternum Amen.

In die natiuitatis beate virginis Marie sermo sequitur. lxxx.

Bene omnia.

fecit Mar. vij. Ex quo deus auctor omnium ⁊ gubernator habet omnia necessaria ad opus ideo omnia facit bona ⁊ bene. Habet enim potenciaz cuit omnia sunt subiecta. Juxta illud Luce. j. Non est impossibile apd deum omne verbum. Secundo habet sapienciam a quo omnia sunt inspecta. Juxta illud apostoli Hebre. iiij. Omnia nuda ⁊ aperta sūt oculis eius. Tercio habet clemenciam a quo omnia bona sunt volita. Juxta illud ps. Omnia quecūq; voluit fecit. Et ideo dicitur gene. j. c. Vidit deus cuncta que fecerat ⁊ erāt valde bona. Et nō solum bona facit sed bene. Secūduz quod in themate dicitur. Bene omnia fecit. Et licet bene omnia fecerit tamen pre ceteris puris creaturis bene fecit beatissimam genitricem suam. Et hoc quantū ad tria. ¶ Primo quantum ad conceptionem primariam. Secundo quā tum ad compositionem corporeaz. Et tercio quantum ad conditionem precipuam. Primo quantum ad conceptionez primariam bene fecit eam deus quia eam in conceptione sanctificauit. Vbi nota scdz doctores in tercio. dist. iij. q; beata virgo Maria tribus vicibus ē sanctificata. Primo in eius conceptione hoc ē in natiuitate in vtero. Secundo in eius ex vtero natiuitate Tercio in filij eius in vtero incarnatione. Per primam sanctificationem fuit ab originali peccato preseruata vel scdz alios statim emūdata. quam sanctificationem hec sola virgo inter puros homines legitur recepisse habundancius. Qd ostendit Bernhardus in sermone presentis festiuitatis determinās quomodo beata virgo sit nata dicit. Proculdubio mē domini sancta anteq; nata. Et in epistola ad Lugdunen. canonicos dicit se sentire firmiter cum ecclesia in vtero eā accepisse vt sancta prodiret non minus q; Jheremias aut Johannes baptista. qa quod paucis mortalium concessum est phas non ē suspicare tante virgini non esse collatum. et sequitur. Ego puto q; copiosior sanctificatiōis benedictio in eam descenderit que non solum ipsius sanctificaret ortum. sed et vitā deinceps ab oī pctō seruaret īmunē. ¶ Quare notat qdā doctor

ps Sanctificavit vocavit sanctificavit

vbi supra q triplex ē sanctificatio Prima est communis. que fit per sacramentum baptismi. Et hec remouet culpam ⁊ confert graciam reliquit tamen fomitem ⁊ pronitatem ad peccandum. Et talis satisfacio est in baptizatis. Secunda ē specialis que fit per graciam spiritussancti. Et hec remouet culpaz ⁊ pronitatem peccandi mortaliter Et talis sanctificatio fuit ī Jheremia ⁊ Johanne baptista. etiam in vtero. qui post hoc aliquando licz raro peccauerunt venialiter ex speciali dei custodia. vt communiter dicunt doctores in tercio disti. iij. Tercia est specialissima que fit per graciam singularem totius trinitatis. Et hec preseruat a culpa originali vel sēm alios remouet culpam originalem ⁊ pronitatem ad peccandum tam mortaliter q̄ venialiter. Et talis fuit sanctificacio beate virginis in eius prima natiuitate. Ex quo sequitur q hec virgo ab exordio sui esse recepit fecundas omnium virtutum radices ⁊ seminaria. recepit enim a patre potenciam naturalem ad opera virtutis contra peccatum infirmitatis. A filio recepit castitatem contra peccatum cecitatis. A spiritussancto recepit instinctum habitualem ad omne opus bonū contra peccatum impietatis. Ex his radicibus patet in ea fuisse plenitudinem gr̄e adhuc ea in vtero matris existēte. Ideo dicit Hyldefonsus toletanus ep̄us. Beata virgo maria nisi in vtero sanctificata esset minime eius natiuitas colenda esset. tunc autem quia auctē totius eccl̄ie veneratē ꝓstat eā a pct̄o originali immunē fuisse per quā nō solū maledictio matris Eue soluta est verum ⁊ benedictio condonata est. Ex quibus possumus colligere q beate virginis in puritate nulla creatura pura comparari potest Ideo bene dicitur de ea. Cañ. iij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Et vere sine macula quia est supra omnem creaturam puram purissima. ¶Sunt em̄ quedam res que non habent puritatem in se nec alijs possunt dare sicut terra. Quedam habent in se puritatem sed alijs non possunt retribuere sicut bissus. Quedam habēt in se puritatem ⁊ alijs possunt cōferre sicut aqua que in se est pura ⁊ alia purificat. Juxta illud Ezech. Effundam super vos aquam mūdam ⁊ mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis vestris. Talis fuit virgo beata que fuit munda in se ⁊ nos purificauit. Nam ante eius natiuitatez totus mundus erat caliginosus. In cuius signum dicit Exodi. x. Facte sunt tenebre palpabiles super vniuersam terram egipti ꝑ ipsa sua puritate has tenebras effugauit. Et ideo dicit Anßhelm⁹ Decebat vt ea puritate niteret qua maior sub deo neqnit ītelligi. Secundo dico q gloriosa virgo Maria est sēda vice sanctificata in ei⁹ exutero materno progressione. nā vt dicit quidaz doctor q virgo gloriosa speciali priuilegio hodie ī sua natiuitate predotata sit. sic videlicet cum ipsaz exterius lumen solis tetigit mox graciam veri solis sentit ipsam interius illuminasse.

et speciali gracia dotasse. Quia per eam omnis ⁊ omnium lux processit in mundum. nisi enim sic fuisset quare celebrior esset dies natiuitatis virginis ex vtero die conceptionis. Ideo hodie canit ecclesia. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo. ex te enim ortus est sol iusticie Cristus deus noster ⁊c.

Et iterum. Hodie nata est beata virgo Maria ⁊c. Cuius vita gloriosa lucem dedit seculo. Et rursus Natiuitas est hodie sancte marie virginis cuius vita inclita cũctas illustrat ecclesias. Dicant ergo omnes cristifideles. Hec est dies quã fecit dñs ⁊c. De ista sancte virginis natiuitate loquitur Damascenus li. iiij. sentenciaꝝ. c. vj. dicens Joachim igitur honestaꝫ ⁊ laude dignã Annã in matrimoniũ duxit. Sed quemadmodũ vetus Anna sterilis existens per votũ ⁊ repromissionẽ Samuelẽ genuit. Ita et hec per preces ⁊ repromissiones a d̃o dei genitricẽ parturit. Tercio dico ꝙ hec virgo gloriosa tercia vice est sanctificata in filij dei in eiꝰ vtero incarnatione. quod beatus expressit angelꝰ Lu. j. Spiritussanctus superueniet ĩ te ⁊c. In hac sanctificatione est penitus in bono cõfirmata ita ꝙ nullo modo amplius peccare poterat quia in prima ⁊ secunda fuit gracia plena. In illa vero supplena. Qd̃ iterũ ostẽdit ãgelus Gabriel ip̃aꝫ salutãdo cũ dixit

D Aue gr̃a plena dñs tecũ. ¶ Nã vt dicit Fulgenciꝰ in quodã ser. ꝙ triplex ẽ sctĩtas. prima in p̃caunedis malis. scd̃a in pagẽdis bonis. tercia ẽ p̃clara in opibus p̃claris. ⁊ in pregustandis eternis delicijs. Primã habuit btã virgo maria ab eiꝰ natiuitate. scd̃am in eius adolescẽcia. terciã in filij dei ꝯceptione ex q̃ nobis omnibus eius interuenientibus meritis salus aucta est. ¶ Secundo deus eã bene fecit quantum ad ꝯpositionẽ corporeã. Fuit nãq̃ bene ꝯposita quantũ ad humores ⁊ quantum ad partes essenciales ⁊ quantũ ad mores. Primo quantũ ad humores. nã omnis homo ex q̃tuor humoribus naturaliter componitur ex quibus ad diuersitates inclinat̃. Nã colera ĩclinat ad iracũdiã. sanguis ad luxuriã. flegma ad pigriciam ⁊ melancolia ad tristiciã. Sed corpus eiꝰ sic fuit bene dispositum ac diuina virtute complexionatũ ꝙ nõ fuit in ea inclinatio ad aliqd̃ viciũ. In cuius signũ dicitur. iij. Reg. x. Fecit sibi rex salomon thronũ de ebore grandem. Scd̃o bñ fuit ꝯposita quantũ ad partes essenciales. quelibet em̃ ꝑsona ꝯponit̃ ex corpe ⁊ anima inter que est continua pugna quia caro vult delectari in tẽporalibus ⁊ sensibilibus. Anima vero in spũalibꝰ et celestibus. Et hec est pugna a q̃ procedunt omnia mala. Propter quod clamat apostolus ad Rom̃. vij. Video enim aliam legem in membris meis repugnantem legimentis mee. Infelix ego quis me liberabit de morte corporis huius ⁊c. Sed beata virgo fuit bene cõposita quia nulla fuit in ea pugna Nam fomes fuit in ea extinctus. ita ꝙ non potuit inclinare ad malũ. In cuiꝰ signũ dr̃ gen̄. vij. ꝙ oĩa

animalia fuerunt pacata in archa Noe. Per archam enim in qua humanum genum fuit saluatum significatur beata virgo. que fuit habitaculum saluatoris in qua omnes motus fuerunt pacati et rationi subiecti. Tercio fuit bn̄ composita quātum ad mores. Fuit enim quoddā exemplar siue speculuz omniū mulierum. Videmus nanq; q̄ omnia que fiunt fiunt ad exemplar vt patet in artibus. Nam scriptores et pictores califices ac singuli artifices in operibus artis ad exemplar respiciunt. Propter quod dixit dominus ad Moysen. Exod. xxvij Omnia fac scd̄m exemplar quod tibi in monte monstratum est. et philozophus. vij. methaphisice dicit q̄ domus facit domū id est domus que est in lapidibus fit ad exemplar domus q̄ est in mēte artificis Et scd̄m hunc modum dn̄s posuit btām virginem tanq̄ quoddaz vniuersale exemplar. ad quod omnes xp̄iani debent vitam in moribus regulare. et in eaz tanq̄ in qd̄dam speculum mundissimuz inspicere. nam in ea nihil inordinatuz īuenit̄. Propter qd̄ de ea dicit Ambro. Quando ista prouocauit parentes. derisit pauperes. fastidiuit inopes. nam nihil procax in v̄bis nec toruum in oculis. nihil vere cūdum in facie non incessus solucior non sexus fragilior vt ipsa species corporis simulachrum esset mētis et figura p̄bitatis. ¶ Hic cadit dubium qualis tamen fuerit beata virgo in corpore dispositionis. Solucio qualis fuerit in corpore in euāgelio non legitur. sicut nec de xp̄o Racio quia cum Cristus et mater eius sint dati in speculum saluos fiendi noluerunt a talibus laudari quorum inordinatus appetitus est multis causa pereundi. Potest tamen per locum a maiori inferri. Nam vt dicit Damascenus. Virgo beatissima a nullo illustrium vincitur. nam quicquid pulchritudinis fuit in aliquo sanctorum ip̄i non fuit negatum vt dicit Albertus supermissus est. Et sanctus epiphanius in tractatu de venerabili Maria dicit q̄ fuit lōgitudine trium cubitorum. longas manus et longos digitos habens. mediocris nasus. longo vultu. frumenti coloris in cute id est albi et rubei. crinibus subnigris. flaueis occulis. nigris supercilijs. que omnia ostendunt eius pulchritudinem. Fuit etiam hebraicis litteris instructa modice loquele. magne obediencie. sine risu. sine perturbatione. sine ira discrete salutans que omnia eius excellentem virginitatem demonstrant. Et ideo per excellenciam singularem virgo virginum vocatur. Vnde et Ambrosius in libro de virginitate ipsam vocauit imaginem virginitatis quasi ad eius virginitatem aliarum virginum castitas debeat regulari. et ob hoc hic virgines mente et corpore specialiter diligit et custodit. ¶ Vnde refert Gregorius. iiij. dialogoruz. c. xviij. q̄ quadam nocte per visionē cuidā puelle apparuit et coeuas ei puellas ī albis vestibus ondit. q̄ bus cū illa se admiscere vellz ꝑ nō auderz req̄sita ē a b. maria an ī ꝯsorcio illaꝝ vellet viuere. et cuz diceret

illa volo. moy mandatum recepit vt nil vltra leue ⁊ puerile ageret. a risu ⁊ iocis abstineret. sciens p omnia q̄ inter eas̄dem virgines die tricesimo viueret. Post q̄ visionē puella in cunctis suis moribus fuit mutata. Parentes vero eius que fierunt ab ea causam ⁊ ipa respondit de visione ⁊ quo die veniret ad obsequium Marie. Deinde febrire cepit ⁊ die. xxx. hora mortis sue beatam virginem cum puellis quas prius viderat ad se venire vidit. Cui se vocanti respondit. Ecce o domina venio in qua voce emisit spiritum cum sanctis virginibus ī eternum victura. ¶ Tercio de⁹ eā bene fecit quantum ad ꝺitiones precipuas. nam in ea fuerunt quedam nobiles conditiones que non fuerunt communicate alicui creature. nam ibi fuerunt cōiuncte nature. coniuncte mensure ⁊ virtutes precipue. Primo fuerunt coniuncte nature. Est enim quedam natura pure corporalis sicut est natura elementorum ⁊ quedam celestis sicut natura celorum. ⁊ quedaz pure spiritualis sicut animaruz ⁊ angelorum. ⁊ quedam supernaturalis sicut diuina natura. coniunxerat ⁊ vnierat a principio deus corporalia. sicut in mixto quod componitur ex quatuor elementis. Et coniunxerat elementalia ⁊ celestia in vno mundo qui componitur ex creaturis inferioribus ⁊ celestibus Item coniunxerat creaturam corporalem ⁊ spiritualem. videlicet corpus ⁊ animam in vno homine indiuiduo. Restabat ergo ad perfectionem omnium q̄ coniungerē tur in vna persona natura corporalis ⁊ spiritualis ⁊ diuina. Et hec coniunctio facta est in vtero virginali in filij dei conceptione. In quo est natura corporalis. id ē caro. ⁊ spiritualis id est anima. et diuina scilicet filij dei persona. Hec enim est mulier que tria fata fatine miscuit. vt dicitur Geñ. xviij. videlicet nouum. antiquum et eternum. Nouum quantuz ad animā Antiquū quantum ad corpus q̄ sūt de stirpe Adam assumptum. Et eternum quantuz ad diuinitatem que sunt corpori et anime vnita. ¶ Jtē coniuncte fuerunt in ea mensure. Est enim triplex mensura in genere. videlicet eternitas. q̄ caret principio et fine. et est mensura trinitatis que est eterna. Sc̄da est euum. que habet principium ꝫ caret fine et est mensura angelorum ⁊ animarum. Tercia est tempus que habet principium et finem. Et hec est mensura corruptibilium. Hee tres mensure fuerunt coniuncte ⁊ vnite in vtero virginali. nam ibi fuit tempus quantum ad corpus quod habuit principiuz generationis ⁊ finem corruptiōis. quia mortuum fuit. Fuit ibi euum quantum ad animaz que de nouo fuit creata. sed quantum ad finez fuit ꝑpetua. Fuit ibi eternitas quātum ad diuinam personam. que ē eterna. Fuerunt ibi coniuncte virtutes. ¶ Sunt nanq̄ tria genera virtutum. scz morales. cardinales et theologice. Quedam enim sunt per quas ordinat̄ homo ad seip̄m sicut virtutes morales. Et iste fuerūt in beata virgine genitrice dei

coniuncte. Declara de singulis p ut scis. Quedam sunt per quas ordinatur homo ad seipm ⁊ ad proximum ac deum vt sunt virtutes cardinales quatuor. Et iste fuerunt in beata virgine coniuncte ⁊ vnite nam in ea fuit temperancia per quam omnia delectabilia moderauit. Fuit in ea fortitudo per quam periculà mortis sustinuit. Propter quod iuxta crucem domini in passione firma permansit. Ideo dicit Augustꝰ. ꝙ animaꝫ pro filio ⁊ si nõ posuit tamen exposuit. Cupiebat enim sicut dicit Ambrosius eleuatis in cruce manibus celebrare cuꝫ filio sacrificium vespertinum ⁊ humane redemptionis consumare misteriuꝫ. Item fuit in ea iusticia Nam vnicuiq; reddidit quod competebat scõm propriam dignitatẽ Dicitur enim ꝙ quicquid lucrabat in tres partes diuidebat. vnam sibi ⁊ filio ad sustentandam corporalem vitam. Et secundam ministris ecclesie. Et terciam pauperibus tribuebat. Fuit etiaꝫ in ea prudencia per quam in omnibus quod melius erat eligebat. Propter quod canit de ea. Virgo prudentissima quo p grederis. Tercio sunt virtutes diuine ⁊ theologice. per quas homo ordinatur immediate ad deum. Et iste fuerunt in beata virgine Fuit enim in ea fides per quam tẽdebat in primum verum. Et spes per quam tendebat in summũ ardium. Et caritatem per quam tẽdebat in summum bonum. Et propter hoc fuit vas aureum ornatuꝫ omni lampade pretioso id est vniuersitate omnium virtutum. Et ideo dicit de ea Bernꝰ. Virgo regia gemmis ornata virtutum gemino mentis ⁊ corporis pariter decorata specie sua pulchritudine. Cuius cuiũ in se prouocauit affectum ita vt regis animum in sui concupiscenciã inclinaret ⁊ celestem nuncium ad se desuper⁹ adduceret. ¶ Hic cadit dubium vbi ⁊ quando nata sit beata virgo Maria. De primo dicit Jhero. in eius historia ꝙ fuit ex stirpe Dauid ortunda in nazareth nata. Jherosolimis in templo nutrita. Pater eius Joachim ⁊ mat eius Anna vocabatur. domus paterna ex Nazareth. maternum genus ex Bethleem. erat vita eorum simplex ante dominum. ⁊ viginti annos sine prole duxerunt castuꝫ coniugium. Vouerunt tamẽ si deus eis daret sobolem ipsam suo seruicio manciparent. pro eo templũ domini per singula festa frequentabant. Et ysachar pontifex cum oblationibus inter ciues eum astãtem sprent. ⁊ quia non genuisset semen in israhel improperabat. sic confusus ad pastores declinauit. vbi angelus sibi prolem nasciturã promisit. ⁊ similiter Anne. ⁊ ambo sibi in porta aurea Jherusalem obuiauerũt monitu angeli. concepit ergo Anna ⁊ peperit filiam quam iuxta preceptũ angeli vocauit mariam. que dum trium annoꝝ esset ablactata est ⁊ eam in templo cuꝫ aliis virginibus educandam relinquerunt. Quando aũt nata sit deboc scribit Vincen. in spe. li. xij. c. clxiij. ꝙ anno imperij Augusti cũ citer. xxviij. nata est virgo beata Tamen quoto anno mũdi precise

aut hora quota diei sit nata hoc ignorat. Et factū est hoc nō sine cā ꝑ ne daret nobis occasio errandi putantes q̄ virgo Maria sit virtuosa facta sub stella sicut errant vani hoīes qui imaginant q̄ quilibz nascatur sub una stella ⁊ scdz qualitatem istius stelle viuat ⁊ operet. Et sic ex suggestiōe diaboli credūt eis talia opera esse naturalia ⁊ non esse peccata vel nō ita magna. alias deus non ꝑmitteret eos ad ista tentari taliter. non considerantes q̄ per liberum arbitrium omnib⁹ istis resistere potest. Exemplifica de istis qui sunt inclinati ad furtū vel mendacium. Dicit tamen Johannes beleth in summa sua q̄ illud festum quandoq̄ non fuit celebratum sed quodā tempore vir sanctissimus deuote orabat. Et dum sic deuote oraret audiuit angelos in celo canere. ⁊ hoc idem cōtigit pluribus annis eadem nocte. illo ad dñm orante vt huius rei causam sibi ostenderet. reuelatū est ei angelos sic gaudere in celis quia tali nocte que erat octaua mensis septembris nata est virgo Maria in terris. Et ob hoc papa instituit. viij semptembris festū natiuitatis virginis Marie celebrari. Confugiat igit quilibz hac die natiuitatis ad eam ⁊ dicamus. Te inuocamus in ꝓmissa o Maria de qua natus est Jhesus qui vocat ypus. neq̄ alia laus tibi dari potest nisi quod ex te natus est ypus. Tu hodie ex regali ꝓgenie exorta refulges tuis ꝓcibus nos adiuuari mente ⁊ spiritu deuotissime poscimus. fac nos obsecram⁹ in hac sacratissima natiuitate tua peccatis mori ⁊ deo viuere. fac vt renascatur in nobis per gracia Jhesus qui vocatur ypus vt cum illo viuere valeamus eternaliter. Quod nobis ꝑstare dignetur qui viuit ⁊ regnat cuz patre ⁊ sancto spiritu in sempiterna secula seculorum Amen.

Alius sermo de euangelio in die natiuitatis beate virginis Marie lxxxj.

Liber generationis Jhesu ypi mathei. j. Ubi supplendū est scz. Hic est liber generatiōis. q. d. Liber generationis Jhesu ypi hic est. vel hic est liber generatiōis scz talis Jhesu ypi quia in eo geneologia Jhesu ypi a Matheo describitur. Generationē vero eternam Jhesu ypi describit Johānes in ꝓncipio sui euangelij cū dicit. In ꝓncipio erat verbum ⁊c. Sed spūaliter iste liber est beata virgo Maria cuius hodie natiuitatez colim⁹ ¶ Que ꝓparat libro ꝓpter tria. q̄ liber scribitur. deinde illuminatur. Et tercio legit. Primo iste liber scriptus est. Quis fuit scriptor habetur Johannis. viij q̄ Jhesus qui inclinans se digito suo scribebat in terram. Et quid est inclinare ihesum ypm nisi humiliare ⁊ descēdere in istum mundum. ⁊ scripsit suo digito in terram id est spiritusctō cooperante in beata virgine conceptus est. Secundo liber illuminat. Sic ista virgo gloriosa fuit illuminata quando de se genuit veraz lucem que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum

vt dicit Joh. j. Ita etiã canit eccla Quando nata est virgo sacratissima tunc illuminatus est mõs nr̃e. Tercio liber legitur. Sic in isto libro legere debent virgines mulieres ⁊ peccatores humilitatẽ. Vnde in cantico eius. Quia respexit humilitatẽ ancille sue. Item mundiciaz ⁊ castitatẽ. quia nec prima similez visa est nec habere sequentẽ qz virgo est ⁊ mater. Ideo bñ dicit sanctus Mathe⁹. Liber generationis Jhesu xpi nr̃e. ¶ In hoc sermone declarandum erit de triplici libro pcioſissimo ⁊ nobilissimo ihesu xpi. quoz quilibet deuentissime ẽ btã virgo Maria. Primo btã virgo Maria est pcios̃issimus liber creationis ihesu xpi. Et hoc triplici de causa videlicet propter maiorem excellenciaz. maiorẽ admirationẽ ⁊ singularẽ hereditationẽ. Primo Maria dicit liber creationis ppter maiorẽ excellenciã. Vbi pono hãc conclusionẽ. Maiori cũ excellencia ⁊ dignitate creauit de⁹ virginẽ gloriosam q̃z creauerit angelos ⁊ totũ orbem. Hec conclusio pbat triplicit sz auctoritate. rõe ⁊ exemplo. Primo auctoritate. Audi ppheta. Elegit dñs syon id ẽ virginẽ ⁊ pelegit sibi sz p̃ predestinationẽ eã in habitationẽ sibi. ß nec angelos nec totũ orbẽ hac rõe creauit. ergo maiori dignitate ⁊ excellẽcia ipam creauit. Scdo Eccliastici. xxiiij. Qui creauit inquit me requieuit in tabernaculo meo. quasi dicat virgo. creator me⁹ q̃ creauit me filius meus requieuit in tabernaculo meo sz p carnis assumptionẽ. ß non sic creauit angelos nec totũ orbẽ. Scdo p hanc conclusio rõe. Cũ em̃ de⁹ hec oĩa que conspicim⁹ creare vellet dixit et facta sunt. mandauit ⁊ creata sũt Fiat inquit lux. ⁊ facta ẽ lux. quo noĩe vt Aug. exponit angeli intelligunt. Cũ vero ad hoĩs creationez deuenisset nõ dixit ß mirabiliter accessit pater et filius et spũssctũs ⁊ ad inuicẽ dixerũt. Faciam⁹ hominẽ ad ymaginẽ ⁊ similitudinẽ nr̃am Ad ymaginẽ quidẽ quãtũ ad aiaz qz sicut de⁹ ẽ ĩ essencia vn⁹ ⁊ trin⁹ in psonis ita animã trinã fecit in potencijs sz intellectu. memoria ⁊ volũtate. et vnã ĩ essencia. Et addit summa trinitas. Et similitudinẽ nr̃am quã sz habitur⁹ ẽ sz filius eternus aliqñ incarnãd⁹ et hoc quantũ ad corpus. nõ em̃ talis creatus ẽ hõ ppter hominẽ ß ppter verbum. Et hõ creat⁹ fuit hõ qz verbũ futurũ erat hõ. Ita exponit Bruno sup Geñ. Nunc cõsidera an de⁹ tã excellenti mõ venit ad hoĩem creare quẽ casurũ p̃uidebat. quantũ miro credis mõ q̃n venit tps vt massa ista fieret qua incarnandũ erat verbũ. materiã illã carneã ꝯcipi ⁊ generari faceret. Et quanta cũ excellencia credis ad virginis creandã aiam attẽderet. Certe sola trinitas animã creauit et materiã illã oĩ labe et infectione sublata miro mõ ꝯcipi fecit vt nihil pulchrius dici et fieri possz. Audi Anßhel. Decuit inquit vt ea puritate qua maior sub celo nequit intelligi virgo illa niteret. Et ps. Sãctificauit tabernaculũ suũ altissim⁹. Tercio p̃bat exemplo. Si enim dñi terreni domos quas inhabitare volunt sibi mira excellencia ornant et speci

osas faciunt. quanto magis dom⁹ illa in qua rex regū ⁊ dn̄s domiuā ciū habitare debebat mira debebat excellencia fabricari. Inde Arphaxat gloriabat̄ in potentissima sua ciuitate. Judith. j. Scd̄o Maria ē p̄ciosissimus liber creationis ꝓpter maiorē admirationem. Vbi pono hanc ꝯclusionem. ꝙ maiorē admirationem hūanis mentibus reliq̄t de⁹ in creando virginē q̄ꝫ reliq̄rit ī creando angelos ⁊ totū orbez. Probat̄ hec ꝯclusio auc̄te rōe ⁊ exēplo Primo rōe. In creatione angeloꝝ ⁊ totius orbis nihil deo de potencia eius tam absoluta q̄ꝫ ordinata repugnans fuit qm̄ vt dictū est supra dixit ⁊ facta sunt. ꝫ in creatiōe virginis deo scd̄m potenciā ordinatā multa repugnancia fuerunt. ergo admirationem maiorem reliq̄t deus in virginis creatione q̄ꝫ angelorū ⁊ tocius orbis. Maior hui⁹ rōis satis nota est. ꝫ minor ꝓbat̄. naz ī creatione virginis ab eterno decreuit ꝙ sꝑ virgo esset nec tn̄ remaneret infecunda. Remaneret quidez virgo an̄ partū. in partu ⁊ p⁹ partū qd̄ de potencia ordīata fieri nō poterat. Itez ab eterno decreuerat ꝙ hec bn̄dicta v̄go sine virili semine ꝯciperet nō hoīem sed deū ⁊ hominem. Et hec de potencia dei ordinata erant impossibilia. Natura em̄ nō patit̄ ꝙ virgo ꝯcipiat sine virili semine. cum in semine virili consistat virtus formatiua. Item non patit̄ ꝙ generetur deus. ⁊ tamen gloriosus de⁹ de potencia sua absoluta omnia predicta in gloriosa virgine perfecit. quoniam ⁊ virgo deum genuit ⁊ virgo semper fuit atq̄ꝫ permansit. Scd̄o probatur hec conclusio auctoritate Ezech. xliiij. Conuerti inquit me ad vnā portaz sanctuarij exterioris que respicit ad orientem ⁊ clausa erat. et dixit dn̄s ad me. Hec porta clausa erit ineternū ⁊ non aperietur ⁊ vir non transiet per eam quoniam dominus deus israhel ingressus est ꝑ eam id est ingredietur accipiens p̄teritum pro futuro more prophetarum. Hec porta virgo gloriosa ē porta quidem huius seculi per quaz ingressus est deus in hunc munduz vt omnes illuminaret. Et ꝑ quaz accessum habemus ad deum vt ait Bern̄. Et clausa erit ineternum q̄a virgo ante partum. in partu. ⁊ p⁹ partum quod mirabilius est q̄ꝫ creando angelos ⁊ totum orbez. Tercio probatur hec conclusio exēplo. Nam sancti angeli tantam virginis dignitatem mirantur ⁊ contēplantur. Can̄. vj. Viderunt eaz filie syon id est angeli. Syon enim speculacio interpretatur. ⁊ angeli semper speculantur faciem patris qui in celo est. ergo a forciori humana natura debet illam admirationem summā ꝯtemplari. Inde ip̄a ait Lu. j. Beatam me dicent om̄es generationes. Et id̄o loquente ihesu ad turbas extollens quedaz mulier vocem de turba dixit Lu. xj. quare ⁊c̄. Tercio propter singularem hereditationez. Vbi pono hāc ꝯclusionem. Cum Maria ratione creationis sit filia primogenita ante omnem creaturam merito constituitur heres xp̄i in toto regno celesti. ¶ Pro veritate huius conclusionis nota ꝙ principalis rō quare

creatus est homo est vt regnū eternū possideat. Audi Greg. in moralī. Ad hoc inquit erat homo positus in paradiso vt se ad conditoris sui obediencia vinculis caritatis astringeret et ad celestem angelorum patriā sine carnis morte transiret. Hec ille Sed constat illum in obediēcia corruisse ergo merito priuat hereditate. Sic enim iura volunt q̄ quicūq; parentibus suis manus iniecerit, aut graues aut inhonestā iniuriā eis ingesserit merito exhereditetur et possit alius heres instituī. vt in aut. vt cū de ap. cog. §. cās. coll'. viij. et in. c. quitanallis. vbi bona glo. de iureiuran. Sed primus hō quantā deo iniuriam intulerit peccando nosci. ps. Hō cū in honore esset nō intellexit compatus ē iumētis insipientibus et similis factus est illis. ergo merito priuat hereditate et dz alius heres instituī.

¶ Hoc p̄supposito pbo auctoritate rōe et exemplo. Et primo rōe sic Ille merito regni celestis dz heres instituī in quo nulla fuit causa exhereditationis. Sed in virgine nulla fuit causa exhereditationis ergo merito illa debz heres instituī Consequencia nota cuz maiori apud omnes iuristas. Minor patz nunq̄ enim fuit aut nunq̄ erit creatura sic suo obediens creatori sic reseruans honorem, sicq; voluntati diuine conformis sicut gloriosa virgo. ergo ipsa nullo pacto debuit exhereditari. Patet cōsequencia quoniam nulla alia de cā priuatus fuit primus homo hereditate nisi q̄ illa nō seruauit. Antecedens patet per Ambro. li. de vginitate. Quid inquit nobilius dei matre, q̄d splēdidius ea, quam splendor elegit. Quid castius ea que corpus sine corporis contagione generauit, et vt de ceteris eius virtutibus taceam, virgo erat nou solum corpore sz̄ et mente, corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legēdi studiosior etc. Quid enim in singulis morum que digna fuit ex qua filius dei nasceret. Hec ille Secundo hec conclusio probatur auctoritate Ecclesiastici. xxiiij. Ego ex ore prodiui primogenita ante omnem creaturam. Et ibidē Ab inicio et ante secula creata sum et. Et in hodierna lectione misse puerb. viij. Dñs possedit me ab inicio viarum suarum anteq̄ quicq̄ faceret a principio. Intellige predicta non tempore sed dignitate et p̄electione. Ex quibus formo hanc rationem predictam confirmantē nullus primogenitus dz iure suo priuari causa legittima nō obstante. sed virgo est oīm primogenita ergo iure suo priuari non debet. primogeniti autem iure fiunt heredes Gen. xxv. ergo ipsa pre omni creatura primogeniti obtinuit dignitatem. ¶ Pro quo nota q̄ in veteri testamento et hodie primogeniti p̄cesserunt in multis, in quibus sēdz spirituales p̄rerogatiuas virgo gloriosa primogenita fuit. Primo sē priores in sede. Gen. xliij. Sederunt coram Joseph primogenitus iuxta primogenita et minimus iuxta etatem suam. Sic Maria primo fuit vnigenita in sede quia super omnes creaturas i celesti thro no est exaltata. vt canit ecclesia.

ps. Astitit regina a dextris tuis ⁊c. Eccliastici. xxiiij. Ego in altissimis habito. Scdo primogeniti sunt in dignitate successores. vnde primogenitus regis rex est. Gen. xlviij. Ruben primogenitus meus maior imperio. Sic Maria est primogenita in dignitate. Hester. ij adamauit eam rex super oēs mulieres ⁊ posuit dyadema regni super caput eius. Tercio primogenitus pocior est in hereditate. Gen. xxv dixit Jacob ad Esau. Vende michi primogenita tua ⁊c. Sic maria est primogenita in hereditate. Ecclesiastici. xxiiij. Et in hereditate dñi. id est filij mei. qui est dñs dominancium morabor. Quarto primogenitus est in veneratione nobilior. Gen. xxvij. Tu es Esau primogenitus meus. Qui respondit. Ego sum. Et pater ad eum. Incurruentur ante te filij matris tue. Sic Maria est primogenita in veneratione. ⁊ merito quia mater dei. ⁊ ideo sicut bonus filius honorat eam. Ecclesiastici. xxv. Obuiabit illi quasi mater honorificata. Quinto primogenitus est in benedictione maior. Gen. xxvij. Qui benedixerit tibi sit benedict⁹ ⁊ ipe Sic Maria est primogenita in benedictione. lu. j. Beatam me dicēt omnes generationes. Et Judith xiij. Nō recedet laus tua de ore hominum. Septo investe delicacior Gen. xxvij. Vt sensit odorem vestimentorum ⁊c. Et loquitur de vestibus Esau. Sic Maria est primogenita in veste delicata quoniam iam duplici gloria scilicet corporis ⁊ anime est ornata. Apoc. xij. Mulier amicta sole ⁊ luna subpedibus eius ⁊c. Tercio hec conclusio probatur exemplo. Pre nimia enim claritate ⁊ hereditate celi angeli dicebant adseinuicem. Canti cor. iij. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatib⁹ mire ⁊ thuris. Et dicitur sicut virgula fumi. Sicut fumus in modum virge formatus in terra oritur leuiter exalans sursum versus celum tendit. Sic gloriosa virgo in terra orta secundus carnem leuiter exalans id est sine peccato viuens celos ascēdit. Propterea dicitur q virgula fumi generata est ex aromatibus mirre ⁊ thuris. non ex vaporibus terrestribus quia virgo lasciua non fuit. nec ex vaporibus ignis resolutis quia virgo superba non fuit. ꝫ ex aromatibus mirre ⁊ thuris. mirre id est integritatis carnis. quia mirra a putrefactione preseruat. ⁊ thuris id est deuotionis mentis. quia thus in sacrificijs offertur. ps. Ascendat oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo. ¶ Secundo Maria est liber nobilissimus generationis Jhesu cristi. Vbi pono hanc conclusionem. Virgo gloriosa secundum carnem est nobilior persona siue creatura omnibus creaturis que in humana creatura fuerūt sunt aut possint generari. Hec conclusio probatur auctoritate et ratione. Primo auctoritate Mathei. j. Quadraginta duo nobiles viri fuerunt a quibus descendit beata virgo secundum carnem. Vnde sicut ait math. j. Omnes ita generationes ab Abraha vsq; ad Da

uid generationes.xiiij.⁊ a Dauid vsq̄ ad transmigrationem babilonis generationes.xiiij..⁊ a transmigratione babilonis vsq̄ ad cristum scilicet inclusiue generationes.xiiij..Ex quibus verbis patz ꝙ virgo fuit secundum carnem primo ex quatuordecim patriarchis. Et ex quatuordecim regibus. Et ex quatuordecim ducibus ⁊ principibus prout enumerantur in hodierno euangelio.Lu.quoq̄.iij.c.describens nobilitatem originis sue exordiens ab Adam ⁊ Eua vsq̄ ad xp̄m deū geneologiam suam ꝓtraxit. Scd̄o probatur conclusio ratione.habemus nanq̄ ꝙ dominus noster Jhesus xp̄us. qui sine matre fuit in celis. ⁊ sine patre in terris totam a matre virgine hūanitatem accepit ⁊ dignitates q̄ humanitatem sequuntur scilicet consanguinitatis ⁊ cognatiōis vt diceretur filius dauid ⁊ habere fratres ex nobili parentela totuz hoc a benedicta matre accepit.ꝙ etiaz esset vltimus dux.vltimus rex vltimus patriarcha tocius populi israhel.vnde hoc habuit nisi a virgine gloriosa vt ex hoc manifeste clarescat ꝙ omnis nobilitas corporalis concessa humano generi in adā a deo principaliter data est vt descenderet per multas generationes et per virginem matrem terminaretur in cristo.Ex quibus patet ꝙ tanta fuit hec nobilis parentuz dignitas ꝙ tota nobilitas iudeoruz exhausta est ⁊ in Cristo ⁊ Maria eius matre gloriosa terminata.ex qua postea omnis dignitas ⁊ nobilitas cristianorū ortum sumpsit. Hoc etiaz manifesta experiencia mōstrat ꝙ post xp̄m nunq̄ habuerunt aliquem patriarcham.regem vel ducem sicut in primis.Et etiā publice attestatur vt verificet̄ qd̄ ipse de se ait Apoc.ij.Hec dicit primus ⁊ nouissimus.Primus scilicz quem deus in populo participare nobilitatem intendebat.Et nouissimus scilicet patriarcha rex ⁊ dux in populo illo.Et vt etiam illud Gen̄.xliiij.verificaretur.Non auferetur sceptrum de Juda ⁊ dux de femore eius donec ⁊c̄.Et illud Danielis.xix.Cum venerit sanct⁹ sanctorum cessabit vncio vestra.Totam ergo nobilitatem Cristus secundum carnem traxit de beata v̄gine.ex cuius nobilitate consequēter tota creatura nobilitata est scz corporalis.rationalis.intellectualis.sensitiua.vegetatiua ⁊c̄.⁊ id̄o omnis creatura est ei obligata qm̄ ip̄a fuit nobilissima quam nobilitatem omnibus communicauit.

¶Hic postq̄ dictum est de nobilitate virginis.Est dubium de pulchritudine eius exteriori scilicz corporalis scilicet qualis fuerit in dispositione corporis.Pro quo ponitur ista solutio Bonauē.ī quarto di.iij.dicit ꝙ ī scripturis iudeoꝝ ī ueni ꝙ v̄go Maria erat corpe pulcherrīa ⁊ tn̄ nūq̄ fuit hō tā carnal' tā libidinosus q̄ ip̄az desiderarz.et scd̄z Bern̄.fuit hoc ꝓpter tria.Primo ꝓpt̄ imp̄ssionē ⁊ irradiationē. qr non apparebat concupiscibilis sicut mulier maritata non apparet concupiscibilis viro suo.nam ex fa

S

alium preparati. Item non debet esse clericus, nam clericis in sacris religiosis ⁊ clericis in minoribꝰ beneficiatis nō licet practicare medicinam nisi gratis, ⁊ vbi periculum non immineat, in. c. multa ne. cle. vel mo. Cirurgiam vero que indiget incisione vel adustione sēm glo. in. c. ad audienciā de falsa oīno exercere nō debent, vt in. c. sententiā ⁊ in. c. super specula, ne cle. vel mo. de homici. tua nos. Scōa condicio dicitur peritie, naz requiritur ꝙ medicus sit peritus in arte ita ꝙ a peritis talis facultatis cōmuniter reputetur ydoneus. Alias vbi ex ignorancia notabili in curis suis nocent infirmis semp peccant mortaliter contra illud preceptum. Non occides. de pe. disti. j. homicidium. Ideo vulgariter dicitur imperitus exercitus. imperitus medicus tortuosum faciunt cimiterium. Nec excusantur ex hoc ꝙ illud non intendunt quia voluntarie se ponunt ad illud vnde hoc sequitur, ymmo etiam si sequatur sanitas non excusantur a peccato quia exponunt se periculo peccati mortalis scilicet operi vnde potest sequi notabile nocumentum proximo. Est ergo medicus in culpa quando intromittit se de eo quod ignorat vel ad ipsum non spectat vel quando dat medicinam quam dubitat esse nocuam. Similiter est in culpa licet peritus quando non sequitur traditionē artis sue sed fantasiam sui capitis vel experimenta noua non rationabilia. Tercia condicio dicitur diligēcie. Nam vt dicit Antho. de butri. in c. tua nos. de homici. Medicus debet in medicando omnem diligenciam adhibere, quod tunc dicit̄ facere quando diligenter reuidet libros sequendo traditiones artis ⁊ ꝙ visitet infirmum personaliter, ⁊ ꝙ dictā suam ⁊ regimen dictet sibi, ⁊ ꝙ diligenciam adhibeat in medicinarum confectione nisi sit certe expertus de solercia ⁊ fidelitate aromatorum qui multa sophisticā aliquando in eis ponūt. Et debet esse diligens vt q̄z citius potest curet infirmū, vnd̄ si ex industria obmittit debitam medicinam et cito curatiuam vt dimittendo cuz in infirmitate amplius lucretur grauiter peccat et furatur quod sibi lucratur. Quarta conditio dicit̄ preceptionis. p̄cipitur em̄ medicis in. c. cum infirmitas. de peni. ⁊ remiss. vt cum eos ad infirmos vocari contigerit ipos ante omnia moneant ⁊ inducant ꝙ vocent medicos animarum id est sacerdotes q̄ bus confitean̄ ⁊ sacramenta percipiant, alias incurrunt penam suspensionis ab ingressu ecclesie. ⁊ secundū Hostiē. mortaliter peccant nec potest per contrariam consuetudinem abrogari quia non ꝙsuetudo sed corruptela est. Excusaretur tamen medicus in casu repentino qui indiget celeri remedio. qui non ante ipsum infirmum induceret ad confessionem. Et dicit Pan. in. d. c. ꝙ non sufficit admonere sed debet inducere cum effectu. ita ꝙ vocetur sacerdos. nbilominus si infirmus nollet confiteri nō credit ꝙpter hoc medicus debz desistere a medicamine quia si in ta

li infirmitate decederet desperatus moreret. vbi aūt de periculo euaderet posset adhuc ꝯuerti. Et intelligit hoc p̄ceptum nō de omnibus īfirmitatibus ꝫ de periculosis ⁊ dubijs licet sit optimum ꝙ medici inducant in omni infirmitate. Itez precipitur medicis ꝙ non dent cōsilia. medicinas ⁊ remedia pro salute corporis contra salutem aīaꝝ vt procurando aborsum vt occultetur peccatum mulieris p̄gnantis aut ꝙ egrotus cognoscat mulierez extra matrimoniū. vel ꝙ inebrietur et huiusmodi. vt in d. c. cū infirmitas quia huiusmodi sunt contra diuina p̄cepta. Exemplum de Jonadab qui tale consiliū dedit Amon vt cōcūbereret cum sorore sua thamar. ij. Reg. xiij. Item p̄cipit medicis ꝙ non inducant debiles sine rationabili causa ad frangendum ieiunia ecclesie. vel ad comedendū carnes diebus prohibitis quia imputaretur eis ad peccatū. in dubio tamen infirmus excusat medici cōsilium sequēdo. Quinta conditio dicitur auisationis. medicus eniz p̄noscens mortem infirmi secundū artem medicine debet eum vel parentes vel confessorem de hoc auisare vt sibi prouideat de sacramentis vel de testamento ⁊ huiusmodi

V ¶ In hoc tamen dubio vtrum medicus teneatur mortem infirmo nunciare quam p̄noscit cito venturam. distīguit Jo. de nea. in quot li. ij. sic. Aut medicus probabiliter credit ꝙ talis prenūciatio erit multum vtilis anime infirmi vtputa quia confitebitur cum sit in peccato mortali ⁊ ordinabit testamentum ex quo euitabuntur multe lites ⁊ sic tenetur per se vel per aliuz manifestare aliter peccaret mortaliter. quia damnificat ꝓximum īdirecte cum non impedit damnuz eius cum potest. Idem dic si est in dubio an sit vtilis aut non. Si vero ꝓbabiliter credit ꝙ talis annunciacio non erit vtilis infirmo. puta quia iam ordinauit facta sua ꝫ forte erit pocius damnosa corpori tunc non tenetur ei dicere de necessitate precepti licet sit melius dicere quia melius se disponet. ⁊ bonum anime semper est preponenduz bono corporis. ¶ Scd̄m declarandū de medico corporali dicitur honorationis. Debemus em̄ honarare medicuz iuxta illud sapiētis. Honora medicum propter necessitatem. Ecciastici. xxxviij. Vbi nota ꝙ medicus est honorandus triplici honore scilicet subueniencie. obediencie ⁊ reuerencie. Primo honore subueniencie vt datur sibi sallariū vt inde sibi subueniatur de labore suo quod iuste petere potest vt patet Lu. x. Dignus est operari⁹ mercede sua. ⁊ in. c. non sane. xiiij. q. v. dicit August. ꝙ potest illud exigere ab inuito quod intelligenduz est si potest. nam pauperes nō valentes soluere gratis debet mederi ⁊ sallarium expectare a deo. ⁊ non se ab eoꝝ cura retrahere. quia hoc esset indirecte occidere. Nam dicit Simachus papa in. §. j. lxxxiij. dist. Mortem enim probatur languentibus inferre qui hanc cuz potest non excludit. quinimo ⁊ medicinas pro eis soluere si valeat et ipsi infirmi non habeant faculta-

tem. Tenetur em̄ medic⁹ in tali ca
su de labore suo facere elemosinaꝫ
Si vero egrotus diues est. non te
netur cū nemo cogatur de suo face
re beneficium. x. q. ij. p̄caric. sed q̄d
si diues sit tamen ex auaricia non
vult soluere medico debet ne medi
cus eum mori permittere. Respon
det̄ ꝙ nō sed debet ei medicinas ⁊
alia necessaria facere suis expensis
quas postea repetere pōt cuꝫ san⁹
effectus fuerit quia vtilit̄ gessit ne
gocium eius. ff. de nego. gest. l. pō
ponius. Et si moriatur repetat ab
heredibus quia sufficit si vtiliter ce
pit gerere licet euētus non sit secut⁹
y l. sꝫ an vltro. eo. ti.. ¶ Scd̄o infir
mus debet honorare medicū hono
re obediencie. debet em̄ obedire me
dico in licitis ⁊ honestis. Sed an
infirmus peccet nō obediendo me
dico. Respondet̄ scd̄ꝫ Inno. ꝙ nō
quia nec prelatus eius est nec talis
cuius mandatis tenet̄ obedire nō
potest em̄ ei precipere cum nō habe
at iurisdictionem super eum sꝫ cō
sulere seu hortari. Exhortacio autē
liberam voluntatem excitat. dist.
iiij. §. fi. bonū est tamen ꝙ ei obe
diat ⁊ credat ꝙ dicit philozoph⁹
primo posterioꝝ. Cuilibꝫ ī arte sua
perito credendum est. Et scd̄ꝫ Ar
chi. flo. Si infirmus scienter vl' ex
ignorancia crassa sumit cibum vl'
potū nociuū peccat qꝛ dꝫ corpus su
um scd̄m caritatem diligere de pe.
di. ij. corpus. ⁊ mortale esset si ex
hoc mors sequeret̄. ꝫ si nō crederet
cibum vel potū mortiferum q̄uis
crederet infirmitatem aliqualiter
augeri non peccaret mortaliter vl'
saltem ita grauiter sicut in priori
casu. Seruitores aūt infirmorū si
dant eis aliquod nociuum ex certa
sciencia vel crassa ignorancia pec
cant magis ⁊ minus scd̄m nocum̄
tum ⁊ intencionem. faciunt enim
contra caritatem ꝓximi. de pe. di.
ij. ꝓinde. Tercio medicus debet ve
nerari honore reuerencie. Eccīasti
ci. xxxviij. Disciplīa medici exal
tabit caput suū id est faciet euꝫ ho
norari ⁊ reuereri ⁊ in medio mag
natum collaudabit̄. Quilibꝫ em̄ be
neficiatus debet honorare suuꝫ be
nefactorem. Et cum dicitur Ec
clesiastici. xxx. Non est census sup
sanitatem cum hoc beneficium re
cipiat per medicum. debet eniꝫ ho
norare reuerendo in. tanto honore
et reuerencia habiti sunt medici ab
omnibus vt primos inuētores me
dicinē artis scꝫ Appollinē ⁊ Escu
lapiū homines vt deos colerent et
haberent quasi quoddā diuinū me
dicinam reputantes. Scd̄s medi
cus spiritualis est sacerdos. Medi
cina spiritualis est penitencia ⁊ a
lia sacramenta. vt Leo papa in. c.
multiplex. de pe. dist. j. Per penitē
cie medicinam spes vite reparatur
eterne. Ille ergo medicus spūalis
nō solū sanat infirmos sꝫ etiā ꝑ pe
nitencie ⁊ ꝯfessionis medicinā re
suscitat mortuos in peccatis. p̄s.
Nunq̄d mortui suscitabūt ⁊ ꝯfite
bunt̄ tibi. ¶ Debꝫ aūt medic⁹ spūa z
lis habere ī se tres ꝯditiones si me
dicina spirituali vicꝫ penitencie et
confessionis curare vult infirmuꝫ
peccatorem. Primo anime sanctifi
cationem. hoc est ꝙ confessor sit cō
sciencia preditus. vita probatus.
sanctitate ornatus. Quod probo

tripliciter ratiõe. auctoritate ⁊ exẽ
plo. Ratione sic. ille debet esse bo
ne ⁊ honeste vite cuius misterio iu
stificantur impij. reconciliant̃ rei
sanant̃ infirmi. ceci. surdi atq; le
prosi. acq; resuscitant̃ mortui. sed
tales sunt sacerdotes curam aĩaꝝ
habentes. ergo debent esse bone et
honeste vite. Vñ August. sup. ps.
xxvj. ait. Talem oportet esse dñi
sacerdotem vt quod popul⁹ pro se
apud deuz nõ valet ip̃e pro nobis
mereatur quod poposcit impetrare
quia scriptũ est. Si peccauerit po
pulus orabit pro eo sacerdos. si au
tem sacerdos peccauerit quis ꝓ eo
orabit q. d. nemo. Preterea iste de
bet esse bone vite ⁊ honeste qui vicẽ
xp̃i gerit in terris. qui arbiter est ⁊
medius extitit inter peccatores et
deũ ꝫ talis est sacerdos qui quicq̃d
in foro penitencie ꝓnunciat claue
nõ errante deus in celesti consisto
rio auctoritate sua ꝯfirmat dicen
te dño Math. xvj. Quodcunq; li
gaueris ⁊c. ergo dz ee bone ⁊ hone
ste vite. Preterea sacerdos in ꝯfes
sione dz aĩas instruere. docere. ar
guere ita ⁊ a peccato reuocare. sed
malus ⁊ in peccatis inuolut⁹ quõ
ista facere poterit. iuxta illud Ec
clesiastici. iiij. Qui sibi neq̃ est cui
alij bonus erit de anima sua mo
dicum curans de aliena multomi
nus curabit. Amplius quõ audebit
alium arguere de crimine de quo
ipse conscius est. cum dicat Jhero
ni. in transitu suo. Quomodo p̃di
cabit auarus de paupertate. luxu
riosus de castitate. inuidus de ca
ritate. q. d. non est possibile. Secũ
do hoc idem ꝓbat̃ auctoritate. Di
citur em̃ de medicis spũalibus. j. pe
tri. iiij. Sicut boni dispensatores
multiformis gracie dei. ⁊. j. Coꝝ.
iiij. Sic nos existimet hõ vt mini
stros xp̃i ⁊ dispensatores misterio
rum dei. Et Aug. in. c. qui vult de
pe. di. vj. Sacerdos itaq; cui om̃is
offertur peccator. ante quem statu
itur omnis languor in nullo coruz
sit iudicandus que in alio iudicare
est paratus. Judicans em̃ alium q̃
est iudicandus seip̃m condemnat.
Et in li. scdo contra Petilianum
ait. Vt sit quisq; fidelis sacerdos
oportet vt non solo sacramento ꝫ
iusticia quacunq; induat̃. scriptuz
est. Sacerdotes tui induãtur iusti
cia. Hec ille. Tercio hoc idem pro
bat̃ dñi exemplo Joh. viij. dũ iu
dei mulierem adulteram adduxis
sent ad euz vt caperent eum suis ĩ
sidijs dixit eis. Qui sine peccato ẽ
vestrum primus in eã mittat lapi
dẽ. ⁊ qꝛ omnes cognouerunt se esse
in peccato nullus eã lapidare pre
sumpsit. Ex quo dat̃ intelligi ꝙ q̃
vult alios corrigere ⁊ eis pũiam
iniungere prius ab omni peccato
mortali se dz mundare. Debet igi
tur confitens egrotus talez eligere
medicum spiritualẽ vt possit a cõ
fessione bene sanatus ⁊ mũdatus
recedere. Hãc ꝯditionẽ habuit bea
tus Matheus post suã ordinatio
nem in spũalem medicũ. Fuit em̃
sanctissime vite vt patet in eius le
genda. Vñ Crisost. sup Math. di
cit. Matheus sctõꝝ quidẽ p̃cipue
tñ pctõꝝ euãgelista fuit qui nõ so
lũ sermõe ꝫ etiã ip̃a vite sue corre
ctiõe pctõrib⁹ euangeliũ p̃dicauit.
¶ Predicauit aũt euangelium xp̃i ⁊

iuxta mandatū eiusdē quadruplici
ter. Primo sapienter omnia figmē
ta demonū detegendo. nā magi vo
lebant tanq̄ dij adorari ⁊ ideo du
os dr acones ignem spirantes mi
serunt. sed beatus Matheus signo
crucis demones fugauit. Scd̄o di
screte quia cum ei optio daretur vt
aut Ephigenam virginē regi vxo
rem daret aut mortem subiret. pre
dicauit discrete ne virgo alteri q̄
deo in sponsaz copularetur magis
eligens mori q̄ virginem violari
Tercio fideliter quia honorem do
mini sui sibi noluit vsurpare. nec
sacrificium quod sacerdotes ydo
lorum sibi impendere volebant ac
ceptare. sed docuit soli deo esse sa
crificandum. ⁊ omnia que attule
rant respuit ⁊ inde ecclesias edifica
re precepit. Quarto constanter q̄a
nec ꝓmissionibus potuit emoliri.
Cum rex dimidiū regni sui sibi da
re ꝓmitteret nec minis terreri nec
supplicijs superari sed missam de
uote ꝑficiens mortē accepit. Secū
da ꝯdicio spūalis medici ē intelli
gencie illuminationē scz vt sit suf
ficienter sciētific⁹ ⁊ doct⁹. Qd̄ ꝓba
tur rōe aucte ⁊ exēplo. Primo rōe
sic. Judiciaria nanq̄ ꝑtās ⁊ medē
di pericia hoc expostulat vt qd̄ iu
dicare ⁊ curare dz agnoscat. Cum
aūt ꝯfessor sit iudex ⁊ medicus spi
ritualis ꝯgnoscere dz qd̄ iudicat ⁊
curare intendit ß hoc fieri nō ꝑt si
ne sciencia. Hinc Aug. in. c. q̄ vult
de pe. di. vj. ait. Caueat iudex spi
ritualis vt sicut non ꝯmisit crimē
nequicie ita nō careat munere sciē
cie. ꝑterea vt dictū ē ad sacerdotes
ꝑtinet instruere subditos suos in le
ge. Juxta illud Aggei. ij. Interro
ga sacerdotes legē. ß nullus artem
aliquam docere ꝑsumit nisi prius
ipe didicerit. vt in. c. Cū in mgr̄m
de elec. l. di. ordinationes. lxj. dist.
miserū. Difficilior autem ars nul
la est vtiq̄ aīarū regimine ⁊ con
scienciarū examine. vt in. c. cum
sit. de etate ⁊ qualitate ordinando
rū. Patet ergo ꝙ nullus sacerdos
debet presumere alios in confessio
ne docere nisi prius didicerit. igit̄
debet esse doctus. Scd̄o idem ꝓba
tur auctoritate. Nam Leuit. x. di
xit dn̄s ad Aaron. Preceptū ē sem
piternum in generationes vestras
vt habeatis sciencia discernendi ī
ter sanctū et ꝓphanum. inter pollu
tum ⁊ mundum docentes oēs fili
os israhel oīa legittima mea. Itez
Math. ix. dixit disciplis suis dn̄s
⁊ cōsequenter oībus sacerdotibus.
Vos estis sal terre quod si sal eua
nuerit in quo salietur. Propterea
Augu. in d. c. qui vult sic ait. Qui
vult ꝯfiteri peccata sua vt inueni
at graciā querat sacerdotē scientē
ligare ⁊ soluere. ne cū negligens cir
ca se extiterit negligat̄ a deo. quia
si cecus cecū ducit ambo in foueaz
cadūt. Math. xv. Lu. vi. xxxviij.
dist. que ipis. ⁊ in. c. post trāslatio
nē de renun. ⁊ ī d. c. cū sit. Tercio
hoc idē ꝓbat̄ exemplo. Sicut em̄ ī
lege veteri officiū sacerdotis erat
iudicare de lepra corpali ⁊ non le
pra ⁊ differencijs lepre. ita ꝙ vnus
quisq̄ leprosus vel mundus iudica
batur arbitrio sacerdotis vt patet
Leuit. xiij. Sic sacerdos inquan
tum confessor est de lepra spiritua
ali. igitur ⁊c. Hanc conditionem

habuit beat⁹ Mathe⁹. fuit em̄ val
de doctus in lege dn̄i vt patz ex ei⁹
euangelio. ¶ Qd̄ est valde ꝯmēda
bile ꝓpter quatuor. Primo rōe p̄fi-
guratiōis. nā inter q̄tuor euāgeli
stas Matheus fuit p̄figurat⁹ ī for
ma hoīs vt patz Ezech. j. ⁊ Apoc.
iiij. In principio em̄ euangelij sui
oñdit xp̄i incarnationē. in medio
p̄dicationē. ī fine passionē. Scd̄o
rōe instructionis. Fuit em̄ ꝑ xp̄m
immediate instruct⁹ Joh. xv. Oīa
que audiui a p̄re meo nota feci vo-
bis. qui etiā omnia miracula xp̄i
vidit. Tercio ratione reuelationis
Fuit em̄ a virgine in specialē fami
liarem assumpt⁹ que suā geneologi
am sibi reuelauit ⁊ cubiculū suū in
uiolatuz Ideo tanq̄ fidelis notari
us ait. Liber generatiōis Jhesu xp̄i
⁊c. Et iterū. Cū esset despōsata. j.
c. Quarto rōe opatiōis. nā beatus
Barnabas illud euāgeliū in mag-
na reuerencia habuit q: ip̄m secuz
portauit vt a demonibus ꝓtegeret̄
sup infirmos posuit vt sanarent̄.
secū in sepulchro poni iussit vt secu
rius moreret̄ vt dicit Johānes cō-
sobrinus barnabe. Eciā eccīa val
de frequenter recitat euangeliū be-
ati Mathei. Vñ Beda in omelia
hodierna Licet aūt Paulus eccīam
dei supra modū expugnauerit. Da
uid adulteriū ⁊ homicidiū ꝑpetra-
uerit. Mathe⁹ turpibus lucris inhi
auerit tñ istoꝝ pnīa valde deo pla
cuit vt nō solū dn̄s coꝝ culpis igno
sceret ꝫ in eis etiā dona sua multi-
plici⁹ cumularet. nā seuissimū ꝑse-
cutorē fecit fidelissimū p̄dicatorem
Adulterū ⁊ homicidā fecit ꝓphetā
Lucris inhiantē ⁊ cupidū fecit apo
stolū ⁊ euangelistā. Ideo ergo ho
rum triū dicta nobis frequenci⁹ re
citant̄ vt nullus qui ꝯuerti volue-
rit desperet de venia quando tan-
tos in culpa tales ꝯspicit fuisse in
gracia. Tercia ꝯdicio quā dz habe
re medicus spūalis est prudēcie di-
scretionē siue discussionē. Debz em̄
ꝯfessor esse prudens ⁊ discretus ī ex
aminatione ⁊ discussione ꝯsciēcie
peccatoris. ¶ Ad cuius euidenciam
nota q̄ triplex p̄t esse talis exami-
natio. prima dr̄ negligens. scd̄a ī-
ficiens. tercia diligens. Prima dr̄
examenatio negligens qñ scz con-
fessor non curat examinare diligē
ter ꝯsciencia cōfitentis. ꝯtra quos
Dauid. p̄s. Defecerunt scrutates
scrutinio Et tñ hoc necessariū est
ꝯfessori ⁊ ꝯfitenti ꝓpter tria. Pri-
mo ꝓpter ignoranciā. quia pecca-
tores ignorant que di sunt. Cōtra
quos Aug. Nō omnis ignorās im
munis est a pena. ille em̄ ignorās
pōt excusari a pena qui quod disce
ret nō audiuit. illis aūt hoc igno-
sci nō poterit qui habētes a quo di
scerent operam nō dederunt. Pro-
pter hoc igit̄ dz ꝯfessor penitentem
examinare. vel etiā forte q: nō in-
telligit illud vel aliud esse pctm̄. idē
si ꝯfessor audiuit aliquid de penitē
te. vel sciuit per probabilē ꝯiectu-
rā dz penitenti ad memoriā reuo-
care. q: potest timere ne penitens
sup hoc habeat ignoranciā crassaz
que nō excusat scd̄m wilhel. Scd̄o
necessaria est examinatio ꝓpter ne
gligenciā. nā hoīes multi reperiun
tur circa salutem suā negligentes
Vnde August. in omelia super il-
lud. Vtinam calid⁹ esses ⁊c. Sūt

quidam iusti intra sanctā eccīam constituti qui vitam ob omni crimine custodiunt ꝫ tñ in agendo q̄libet bono non resurgunt, ⁊ hij tales nec frigidi sunt nec calidi. quia non sufficit mala cauere nisi studeat quis bona facere. Huius ꝯditionis sepe sunt penitentes qui sine examinatione cōsciencie sue ad cōfessionem accedunt. quod quidem euacuare consueuit fructū ꝯfessionis. in quo si deficiunt a ꝓuido cōfessore per examinationē adiuuandi sunt. Tercio necessaria est examinacio ꝓpter verecundiam. Sūt em̄ plerique tam femine q̄ mares q̄ pocius omitterent ꝯfiteri q̄ ore ꝓprio manifestare peccatū qd̄ quidē ex supbia ⁊ hypocrisi originē habz ⁊ ideo ꝯfessor discretꝰ a penitēte ingenioso oēz noxā ⁊ verecundiā debet remouere. Vnde Augu. in. c. j. de pe. di. vj. ait. Diligens inquisitor ⁊ subtilis inuestigator sapienter ⁊ quasi astute interroget a peccatore quod forsitan ignorat vel ex verecūdia velit occultare. Secunda examinacio dr̄ inficiens. Sunt nanq̄ plura que ꝯfessor in speciali minime querere dz. vt impertinencia ⁊ aliena a statu penitētis. Itē peccata inconsueta ⁊ enormia ꝯtra naturā ne addiscat confitentē que non nouit. ⁊ ne ip̄e cōfessor inquinetur. In generali tñ ⁊ quasi de longinquo. ⁊ per quasdaz circumlocutiones p̄t de talibus inquirere vt si fecit qui confitet̄ intelligat ⁊ si non fecit non addiscat Tercia examinatio dicit̄ diligēs. quia sicut confessor debet vitare ī examinando extremitates ita debet habere interrogationes mediocres que sunt inter nimiū ⁊ non satis scz faciendo cuilibet penitēti interrogationes generales scz vtrum preterito anno sit confessus ⁊ an ī tegraliter sit confessus. ⁊ vtrū cōpleuerit penitenciam. vtrū eucharistiam in mortali perceperit. Postea querat de transgressione decez preceptorū. septem capitaliū viciorum. Generaliū eccīe mandatorū. ⁊ de abusione quinq̄ sensuuz. et de circūstancijs peccatoꝝ ⁊ hmōi. Ad hec em̄ tenetur confessor. vt in c. omnis. de peni. ⁊ re. §. sacerdos autem. vbi dicitur. Diligenter inquirens ⁊ peccatorum circumstancias ⁊ peccati quibus prudenter intelligat quale ei consiliū debeat p̄bere ⁊ cuiusmodi remediū adhibere ⁊c. Hanc ꝯditionē habuit biūs Matheꝰ nā totā ethiopiā ad fidē ꝯuertit ⁊ ip̄os per sacramenta baptismatis penitencie ⁊ confessionis sanauit. ⁊ in eccīa que intra triginta dierū spaciū ꝯsumata fuit trigītatribꝰ annis sedit. Vñ Beda in omel'. Qualis nanq̄ factꝰ sit docz ip̄a gens Ethiopū quā de vltimis terre finibꝰ ad eccīe sctē societatez p̄dicando ꝯuertit ablutamq̄ fonte baptismatis de fusca formosaz reddidit qz nigredīe vicioꝝ illā exuit ⁊ ornatu v̄tutū illā decorauit. hec ille. Tercius medicꝰ dr̄ celestis siue supnatural' ⁊ h ē filiꝰ d̄i. de quo ip̄e ait. Nō ē opꝰ valētibꝰ medicꝰ ⁊c. vbi thema. ⁊ Aug. Tūc venit de celo magnꝰ medicꝰ qñ p totū mdm magnꝰ iacebat egrotꝰ. ¶ Hic celestis medicꝰ sanauit b. mathcū prīcipalit̄ a tribꝰ īfirmitatibꝰ q̄bus añ suā ꝯuersiōz laborabat. prima fuit

terrena cupiditas. Ideo dicit. Vidit Ihesus hominē ꝛc. nō virū ab humo. Gen. j. Fotmauit deus hominē de limo terre. Matheus em̄ diligendo terrena terrenus factus est. Talis vnusquisq; ē qualis sua dilectio. si terram amas terra es. ꝛ bene auarus homo terra dicit̄ naz sicut terra est frigida sic auar⁹ nō habet calorem caritatis. Augusti. lxxxiij. qōe. Venenum caritatis auaricia. Vbi auaricia regnat caritas locuz non habet. Item terra claudit animalia venenosa. ꝛ sic auaricia alia peccata. j. Thym̄. v. Radix oīm malorum cupiditas quia nullū malū est quod nō interduz oritur ex auaricia vt dicit sanctus Tho. scda scde. q. cxix. Item terra includit in se infernū. Ihero. super Jonam. Quomodo cor est ī medio aīalis ita infernus ī medio terre. et sic auaricia quia dicit Tullius. Tota vita auari plena ē miserie et doloris. Eccīastici. v. Omnibus diebus vite sue ꝯmedit in tenebris et in curis multis erumna atq; tristicia. Ab hac infirmitate curauit eū celestis medic⁹ et cū qui prius fuit auarus statim factus ē liberal'. fuit em̄ magna liberalitas beati Mathei circa xp̄m q: statim fecit ei ꝯuiuiū magnū ī domo sua vt habet̄ Lu. v. ¶ Fuit em̄ magnū quadrupliciter. Primo rōe voti q: cū magno affectu et desiderio ip̄m recepit. Scdo rōe misterij q: illud fuit indicatiuū magni misterij. qd̄ exponit glo. sup Lu. d. Qui domicilio xp̄m recepit maximis īterno delectatiōibus exuberanciū pascit̄ voluptatū. itaq; dn̄s libenter īgredit̄ et in eius qui crediderit recumbit affectu. Tercio rōe docum̄torū q: ibi magna documenta exhibuit xp̄s q: dicit se venisse ad medendū et sanandū vt in themate. Itē ad miserendū cū ait. Misericordiā volo et nō sacrificiū. Etiā ad vocandū cū ait. Non veni vocare iustos sz pctōres ad penitēciā. Quarto ratione inuitatorū. q: magni discūbētes inuitati sunt scz xp̄s. discipl'i eius et pharisei. Scda infirmitas bteati Mathei a qua sanauit eum celestis medicus erat accidia. ideo dicit sedentez id est bono opere torpentem. Leo papa. Non torpentibus sz laborātib⁹ dat̄ p̄miū. nam tria sunt loca scz celū infern⁹ et terra. Celū deputatū ē ad quiescendū math. xix. Sedebitis sup sedes ꝛc. Silr Math. viij. Multi veniūt ab oriēte et occidēte et recūbēt cū abrahā ꝛc. Infern⁹ deputat⁹ ē ad iacendū ꝓuerb. xiiij. Jacebunt mali ante bonos ꝛ impij ante portas iustorum. ysa. xiiij. Subt̄ te sternet̄ tinea et opimentū tuū erūt vermes Mund⁹ deputat⁹ ē ad opandum Job. v. Nascit̄ hō ad laborādū sicut auis ad volādū. p̄s. de accidiosis. In laborib⁹ hoīm nō sunt et cū hoīb⁹ nō flagellabunt̄. glo. sz cū demonib⁹ Tercia īfirmitas mathei erat q: curis secularib⁹ insudabat Ideo dicit in theloneo. quod raro fit sine peccato quia communiter tales summunt vltra precium constitutum vel etiam a quibus non est accipiendum vt a clericis vt habetur in. c. quāq̄. de censi li. vj. Ab istis duabus infirmitatibus sanauit celestis medicus btm̄ Mathcū

Nam em̄ qui antea fuit accidiosus fecit frequentem in seruicio dei. et eū qui curis secularibus insudabat fecit diligentē ac feruentez in cura aīaꝝ fideles erudiendo. ¶ In sua eruditione ostendit se habere q̄druplicem dignitatem. Primo angeli in eo ꝙ multa predicauit de gloria paradisi terrestris a quo homo eiectus fuerat. ⁊ ꝑ xp̄m ad paradisuz celestem esset reuocatus quasi ipse esset angelus cherubin in illo collocat⁹. Scd̄o apostoli quia inter. xij apostolos cōnumiratus est vt patet Math. x. Lu. vj. ⁊. Mar. iij. c. Tercio euangeliste quia fuit p̄figuratus inter quatuor āīalia oculis vndiq̄z plena deū assidue laudancia. Apoc. iiij. Quarto martiris ꝓ fide xp̄i moriendo ⁊ ꝓ eius veritate sanguinem suū fundendo. ita ꝙ iste quatuor ꝓprietates in nullo sil' inueniunt̄. Cherubin fuit angelus ꝫ nō apl's nec euāgelista nec martir. Petrus fuit apl's ⁊ martir sꝫ nō euangelista. Johannes fuit apl'us ⁊ euāgelista sꝫ nō martir. Stephanus fuit martir sꝫ nō apl's nec euāgelista. Mathe⁹ aūt fuit angelus. apl's. euāgelista et martir vt patz in eius legenda ⁊c̄.

In die sancti Michaelis sermo lxxxv.

Angeli eorū ī celis sꝑ vidēt faciē p̄ris mei qui ī celis ē math. xviij. c. Circa festiuitatē sctōꝝ angeloꝝ quā hodie sctā mr̄ eccīa pagit notandū ē ꝙ licz sint eq̄les hoībus ⁊ hoīes eq̄les angelis in gloria immo aliqui hoīes excellūt angelos in gl'ia vt bt̄a virgo maria de qua canit̄. Exaltata es sancta dei genitrix sup̄ choros angeloꝝ ad celestia regna. Tn̄ angeli sunt supiores hoībus in natura. ⁊ ideo sicut honoram⁹ sctōs ita honorare debemus solēnitatē angeloꝝ istoꝝ. ip̄i em̄ angeli sunt nr̄i custodes ⁊ defensores. amatores ⁊ doctores. nā sicut eūtib⁹ ad bellū ꝓuidet̄ de exp̄to mgr̄o sciens oīa necessaria debellanti oñdere caute aggredi. dimicari. ictos cauere. Sic misericors deus ꝯgnoscens fragilitatē hūanā esse inexpertā ⁊ ineptū ad debellādum ⁊ resistendū pericie ⁊ astucie sathane ne ab eo fallatur ⁊ vincat̄ dedit hōi angelū bonū mgr̄m exp̄tū scientē oīa necessaria pro hūana salute. Vnde secundum Jheroni. in omelia huius diei. Non posset tuta esse humana infirmitas inter tot ⁊ tantas hostis insidias nisi sanctorum angelorum muniretur auxilio. Scd̄m igitur magistruz scd̄o libro sentenciaꝝ dist. xj. Quisquis electoꝝ habz angelū bonū ad sui ꝓfectū atq̄z custodiā specialiter delegatū. Ideo dicit saluator. Angeli eoꝝ id ē paruuloꝝ ⁊ alioꝝ hoīz quibus sunt ad custodiā deputati sꝑ vident faciē ⁊c̄. In quib⁹ verbis ad ꝯmendationē angeloꝝ sctōruz tria tangunt̄. primo eoꝝ nobilitas siue dignitas q̄ angeli. scd̄o ip̄orū vtilitas. q̄ angeli eoꝝ in celis. tercio p̄dictoꝝ felicitas q̄ semper vident faciem patris ⁊c̄. ¶ Quantum ad primum de dignitate et nobilitate angelorum nota secūdū Damasce. li. ij. c. iij. ꝙ angelus est sꝑ substancia intellectualis

mobilis. arbitrio libera. incorpo/
rea deo ministrans scdm graciam
non natura immortalitatem susci
piens. Cuius substancie speciem ⁊
terminum solus qui creator est no
scit. Ibidem. Angeli sunt quedam
lumina intellectualia ex puro lu
mine lumen habencia. non lingua
id est non auribus indigencia sed
sine sermone ⁊ sine voce voluntа/
tes suas ⁊ intelligencias sibi inuicē
tradencia ⁊ exprimencia loco cor/
porali non contenta. triplicē dimē
sionem nō habencia sed intellectu/
aliter assunt ⁊ operantē vbicunq;
fuerit eis imperatum. ¶ Ex p̄dictis
B trahitur q; de⁹ nature angelice sex
nobilitates ꝓtulit. Primo claritа/
tem siue speciositatē in suo aspectu
nam in aspectu hominū nihil clari
us est sole. Angelica tm multo cla/
rior est natura. Vnde scdm Anß/
hel. Si vnus angelus staret in ce/
lo ⁊ essent tot soles quot sunt stelle
claritas vnius angeli extingueret
omnes istos soles sua claritate. si/
cut mō claritas solis claritatē om
niū stellaꝝ. ⁊ tm transcēdit pulchri
dutinē solis qui ip̄m intuitiue vidz
quantū sol trāscedit pulchritudinē
terre ⁊ incomperabiliter. Et ista
nobilitas est omnibus ꝓcreata. lu/
cet angeli qui ruerunt sint per ha
bitus viciosos obnubilati ⁊ depssi
Dicit em dyoni. q; demones habēt
organa splēdidissima sz p habitus
viciosos depssa. sicut si sol cū cal/
dare nigro esset detectus. In ange
lis aūt bonis tanq; in speculo claro
⁊ mō relucēt oīa inferiora. ⁊ ideo
Dyoni. in li. de diui. no. vocat an/
gelum speculū splendidissimū. Se
cundo dedit eis fortitudinē. Habz
em angelus in suo actu fortitudinē
naturaliter ꝓcreatā. nam p solum
celi tactum facit frondescere arbo
res ⁊ germinare cuncta. vnus em
angelus voluit totum firmamen
tum ⁊ singuli singulos celos ⁊ pla
netas. Ecce fortitudo angeli. Cuz
sol sit tam magnus ⁊ quelibit stel
la firmamēti q; excedit multū ter
ram. Legit etiam. iiij. Reg. xix.
q; vnus angelus in vno exercitu i
terfecit cētū octoginta quinq; milia
Tercio dedit eis immortalitatem
Sunt em angeli immortales non
quidē ex ꝓpria natura sz ex volun
tate diuina. Quarto dedit eis alti
tudinē sui intellect⁹. quicūq; enim
duo specula contra se tenet mutuo
tunc ymago ⁊ quicqd ē in vno re
splēdet in alio. Quapropter diuinū
speculū in quo cuncta relucente rea
ta repcutit et relucet i angelica na
tura que est etiā specularis. sic cog
noscunt a quo sunt facti ⁊ ad quid
et ad cunctas res creandas et crea
tas. Quinto dedit eis libertatē vt
facere possint quicquid velit. Hāc
libertatem deus primo cum gra/
cia decorauit. q; scdz Aug. xij. de ci
ui. dei. Erat simul de⁹ ꝓdēs natu
rā et largiēs grāz. Et li. de grā di
cit q; aī casuz et ꝓfirmationē grāz
habuerūt. licz mgr in scdo di. xij. di
cat malos grāz nō habuisse. tm do
ctores cōiter tenēt q; ab inicio oēs
angli boni creati sē sz statī p⁹ par
vulā morulā lucifer auersus a⁹ deo
puertēs se ad sua naturalia splēdi
da amorē cepit inordinatum et su
perbuit Ideo cum suis sequacibus
cecidit De quo dicitur ysaie. xiiij.

Quomō cecidisti lucifer qui mane oriebaris. In delicijs in paradiso fuisti dei ornatus omni lapide p̄cioso. qui traxit secum terciā partez stellarum cū cauda sua. O quot sūt hodie similes qui inordinata dilectione quam habent ad se vel ꝓpt̄ decorē faciei aut corporis siue vestimentorum ornatū auertentes se a deo alios trahunt secū ad eternaz damnationē. Angeli vero boni adherentes summo bono amorem cōcipientes ordinatū ad deum ꝓpria coguitione in suis naturalibus viluerunt ⁊ se humiliauerunt ⁊ graciam ꝯfirmationis meruerunt. Sexto dedit eis in corporeitatem ⁊ inde habent agilitatem. velocitatem ⁊ simplicitatem. ideo in ictu oculi sunt p̄sentes in sacramento altaris scd̄m Grego. ⁊ vltra mare ⁊ alibi valde cito quia a corpe nō retardātur vt aīe. ¶ Hic cadit dubium an angeli omnia p̄dicta habeāt equaliter. Solucio dicendū ꝙ nō. quia sunt impares in natura ⁊ specie differentes ⁊ gr̄a. ⁊ ideo ordo ē in eis positus vt vnus p̄sit in nobilitate alteri. vnde scd̄m nobilitates tres ierarchias deus ex eis ordinauit ⁊ in qualibz ierarchia tres choros siue ordines ⁊ sic sunt nouē ordines angeloꝝ in tribus ierarchijs. ⁊ notat sctūs Tho. in prima parte. q. l. ꝙ angeli differūt nō solū nūero vt Martinꝰ a Petro vt quidā asserebāt scz ꝙ oēs angeli vniꝰ ierarchie vel saltē vnius ordinis differrent nūero ꝫ ꝯuenirent in vna specie. sicut oēs hoīes sunt eiusdē speciei humane ⁊ vnius. sz differunt etiā in vno ordīe vnus ab altero specie sicut ouis a capra. equꝰ a leone. Et ꝙ hoc nō sit possibile etiam duos angelos ne dū omnes vnius ordinis esse vnius speciei probat sanctꝰ Tho. ibidem sic. Ea que ꝯueniūt in specie ⁊ differunt nūero tantuz ꝯueniūt īforma et distinguuntur materialiter sz angeli nō sunt ꝯpositi ex materia et forma qz sunt incorporales et immateriales vt dicit Dyoni. vnde sequit̄ ꝙ impossibile est duos angelos esse vniꝰ speciei. sicut esset impossibile dicere ꝙ essent plures albedines separate cū albedines nō sint plures nisi scd̄m ꝙ sūt in pluribꝰ subiectis. Ex hoc ꝯp̄hendi potest mirāda speciositas et ꝑfectio talis collectionis angelorū. nā minimus angeloꝝ est ꝑfectior scd̄m naturā quolibet hoīe. et q̄libet angelus addit vnū gradū ꝑfectionis naturalis sup aliū immediate inferiorem quia species reruz sunt sicut nūeri scd̄m philozophuz viij. methaphisice. In quibus quilibet numerus addit vnam vnitatē super immediate precedentem. Sicut ternarius addit vnum ad binarium. Ita quilibet angelus cuz sit alterius speciei ab alio addit maioris perfectionis gradum naturalē et sic etiam maiorem graduz glorie. Cum igitur sint de infimo ordine adminus tot numero quot homines in mundo. quia quilibet habet vnum ad sui custodiam vt infra dicetur. Si ergo dicamus exempli gracia per vnum numerū ꝙ sint mille milliones tunc vltimus angelus illius ordīs erit in tot gradibus maioris perfectionis plusq̄ primus. ⁊ sic discurrendo per alios

D ordines superiores. ¶ Scdo in verbis pmissis tāgit angeloꝝ vtilitas quia angeli eoꝝ id est omnium nostrum ⁊ ido a nobis honorandi qꝛ deputati sunt ad nostrā vtilitatez et custodiā. ps. Angelis suis mandauit de te vt custodiant te ⁊c. Bern. in sermone huius diei. Benignus es dñe qui non es contentus nostra fragilitate muroꝝ ꝫ ipis hominū custodibꝰ angelicā custodiā superponis. vnde ⁊ primo homini datus fuit angelus in custodiam. quia imminebat sibi periculum a diabolo vt patuit. Item ⁊ virgini Marie ⁊ omnibus sanctis viatoribus. vnde ⁊ de prīcipe apostoloruz historia dicente ꝙ petrus esset pulsans dixerunt alij. Angelus eius ē Act. xij. Nec infideles. nec ipe anticristus priuant custodia angelorum. non em̄ priuantur auxilio toti generi humano concesso diuinitus scilicet custodia angelorum ꝑ quam ⁊ si non iuuantur ad hoc vt bonis operibus mereantur vitam eternam tamen iuuantur ad hoc ꝙ a quibusdam malis retrahantur quibus ⁊ sibi ⁊ alijs nocere possent sicut per bonos angelos arcentur demones ne nocere valeant quātū vellent. Cristus autem etiam inquantuz homo non habuit angelū sibi ad custodiam specialiter deputatum. Ratio quia immediate regulabat a vbo dei. tum etiā qꝛ cōprehensor vnde nō indigebat qꝛ iā erat in termino. ⁊ si viator erat ratione mortalitatis. superior tamē angelis. vnde non decebat eos habere vt custodes sed vt ministros Sicut habetur Mathei. iiij. Tūc accedentes angeli ministrabant ei ¶ Sunt autem angeli nostri nos custodiendo tripliciter scilicet in īgressu. in progressu. ⁊ ī egressu. Primo in ingressu quādo homo ingreditur munduz per manifestationez Et hic est dubium quando incipit angelorum custodia. Ad hoc est cōmunis doctorum sentencia angelos tunc ad hominum custodiā deputari quando natus est homo immediate. Hoc ostēdit mgr ī scdo dist. xj. Et allegat Jhero. sup themate dicens. Magna est dignitas animarum vt vna queqꝫ habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Sed diceres quare existentibus in vtero nō datur angelus ad custodiam p̄sertim cum incipiunt anima rationali informari dicit sanctus Tho. prima parte. q. cxj. ar. v. ꝙ cum tales sint adhuc aliquid matris custodiunt ab angelo mr̄is. Exēplū fructus sup arborē existētes sunt aliquid arboris si quis ergo arborē in custodiā hz patet ꝙ etiā fructꝰ dat illi in custodiā. Et licet angeli ad custodiā hoīm principaliter deputent vt illos instruāt ⁊ illuminēt ⁊ pueri mox nati nō sint capaces horum. tn̄ illi sunt effectus vltimi Et sunt alij effectus preuij qui pueris cōpetūt scz arcere demones ⁊ alia nocumenta corporalia ⁊ spūalia ꝓhibere. Scdo angeli sunt nr̄i ⁊ nos custodiūt in ꝓgressu qn̄ scz ī mdo ꝓgredimur ꝑ ꝯuersatōz vicz qn̄ hoīes ꝑueniūt ad vsum ratiōis. ¶ Et hoc quintupliciter scz p̄seruādo. reuocando. ꝓmouēdo. intercedendo. offerendo. Primo p̄seruā-

dó siue ꝓtegendo tam a malo culpe q̃ pene. ⁊ primo pene. nã demones ⁊ homines querunt hominib⁹ iuferre nocumenta temporalia. ꝫ angeli boni ĩpediunt ⁊ ab hijs nos preseruant ⁊ ꝓtegunt. ps. Immitit angelos dñs in circuitu timenciũ eum ⁊ eripiet eos. Exemplũ habemus de hominibus Exod. xiiij. vbi angelus dñi astitit visibiliter inter castra egiptiorũ ⁊ populũ israhel ⁊ israhel ab egiptijs protexit ita vt dicerent egipcij. Fugiamus israhel quia dñs pugnat pro eis cõtra nos. Ad idem legit. ij. Mach. ix. Cum magna pugna esset inter Judã Machabeũ ⁊ Thymotheuz apparuerunt aduersarijs quinq; viri de celo in equis frenis aureis decorati ducatũ iudeis p̃stantes. ex q̃bus duo Machabeũ mediũ habentes incolumẽ seruabãt. in aduersarios aũt tela ⁊ fulmina iacebant ⁊ interfecti sunt viginti milia quingenti ⁊ equites sexcenti. De demonibus patet nã cũ naturaliter corporale nõ agat in spũale ⁊ inimici tenebrarum sint spũales necessario oportet cũ nos ex corporeitate spiritib⁹ resistere nõ valem⁹ ꝙ de⁹ ꝓuiderit de spũali subsidio scz angelica custodia vt precipiant malis angelis nobis nocere volentibus ne malũ inferant. iuxta illud Apock. vij. Nolite noceret̃ re mari ⁊ arboribus clamabat angelus ascẽdẽs ab ortu solis habẽs signũ dei viui ad q̃tuor ꝑtes mdi quatuor angelis id ẽ demonijs. Terra sunt pueri nouiter de terra nati. Mare st̃ adolescentes iuuenes quasi mare ĩ ꝯcupiscencijs feruidi ⁊ instabiles Arbores sunt senes in vita ꝓlõgati. Exempluz Thob. vj. vbi dicit̃ ꝙ Sara septez viros habuit quos omnes diabol⁹ occidit. Thobias vero solus adiutorio angeli raphael euasit. Itez scd̃o angeli p̃seruãt mlt̃o magis a malo culpe hoĩes mlt̃ tiplicit̃ vl̃ ĩmittẽdo tribulatiões ⁊ alia impedimẽta. vel tollendo malas fantasias viciorꝫ ⁊ instigando ad resistendũ tentationibus timore vel amore. Exemplũ habemus de Balaam Nũeri. xxij. Cui apparuit angelus cũ euaginato gladio terrens eũ ne malediceret populo dei vt intendebat. Et de angelo Michaele altricante cum diabolo de corpore Moysi ne inueniret̃ a iudeis vt per ip̃m ydolatrarent ꝫ nõ permisit archangelus vt auferret illis occasionẽ illius supstitiõis Scd̃o angelus per sui custodiam reuocat a malo ꝯmisso nõ quidez cogẽdo vel infundẽdo grãz ꝫ instigando interius ⁊ persuadendo ad penitenciã ⁊ aliqñ per aliquã tribulationẽ. Exemplũ habemus de dauid. ij. Reg. vl. Cui apparuit angelus percuciens gladio pestis populũ. qd̃ videns ꝯpunctus ꝯfessus est peccatũ suũ dicens. Ego sum qui peccaui ⁊c̃. Vel cũ suggerit menti peccatoris bonas rep̃sentationes vt ꝯsideret suã ingratitudinẽ erga deum de dei beneficijs ⁊ suã maliciã vt inducat ad ꝯtricionẽ. Exẽpluz habemus Judi. ij. Angelo dñi apparẽte ⁊ rep̃hendente populũ israhel de sua p̃uaricatiõe recolẽdo beneficia eis a deo concessa eleuauer̃t vocẽ ⁊ fleuerũt. Suadẽt etiã ad cõfessionẽ sciẽtes necessitatẽ ⁊ vtilita

ei⁹. in cuius figura habet̄ ysa. vj. ꝙ seraphin angelus purgauit labia ysa dicēs. Ecce mūdaui labia tua scz inducendo vt bñ ꝯfitearis. ⁊ sequit̄. Auferet̄ a te iniquitas tua. Demū inducit ad satisfactionē. in qua p̄cipuū est vitare occasiōes peccatoꝝ ne recidiuet. vbi est magna difficultas. precipue acquisita ꝯsuetudine. vñ ⁊ quasi per quandā violenciā oꝑtet ꝓcedere sibi ipi. Qđ figuratū extitit Geñ. xix. in eductione quasi violenta facta Loth ab angel' a sodomis. ¶ ꝙ si pctōr maneat obstinatus ⁊ nō assentit bonis instigatiōib⁹ angeli nō tamē angelus ex toto dimittit custodiā quin adhuc in multis adiuuet eū scz ne occidat̄ a demone ⁊ alijs. ß scđm quid deserit eū id est ꝑmittit eū cadere in aliqđ malū culpe vel pene nō impediendo quin cadat secūdū ordinē diuinoꝝ iudicioꝝ. Et scđm hoc dr̄ Jhere. lj. in ꝑsona angeloꝝ. Curauimus Babilonē ⁊ nō est curata. dimittamus ergo eam id est aīam ⁊c̄. Et ideo dicit Bonauē. in scđo dist. xj. ꝙ angeli obstinatos deserūt quantū ad actuz bonū qm̄ frustra esset act⁹ eoꝝ ß nō quantū ad actū malū qm̄ sꝑ hoīez ne labat̄ in peius se retrahūt. quāto em̄ q̄sq̄ peior est tāto ad malū ꝓnior. ⁊ quāto ꝓnior tāto magis īdiget retrahente. ⁊ hāc custodiā sꝑ habent qm̄ adhuc obstinat⁹ dū aura potit̄ mortali ꝯuerti p̄t. ⁊ ꝑcōsequens ex toto angelus eū custodiendo nō derelinquit. Tercio ꝓmouendo nā ꝑ custodiā angeli quis ꝓmouet̄ in bono. ⁊ hoc ꝯfortando in magnis tribulationib⁹. In cui⁹ exemplū Cristo ihesu in agone posito oranti apparuit angelus de celo ꝯfortans eū. Lu. xxij. Vel pigriciā ⁊ tepiditatem excitando. Vñ zach. iiij. dr̄. Angel⁹ dñi excitauit me quasi hominem qui excitat̄ a somno. Itē ⁊ ad affectum terrenorū contemnendū. In cuius figurā angelus armatus qui apparuit iosue in campo iericho in adiutoriuz suum dixit ei. Solue calciamentū de pedibus tuis id est affeci⁹ a terrenis remoue Josue. v. vel etiā reuelando ei diuina misteria aut agenda. sicut Joseph apparuit angelus in somnis ne dimitteret mariā ꝯiugem suam. Math. j. Et postea nato paruulo ihu vt fugeret in egiptū. ⁊ postea mortuo Herode vt rediret Mathei. ij. Quarto ītercedendo nā angeli iuuāt suis intercessionib⁹ sibi ad custodiā deputatos. Quia dicit Bern̄. sup Cañ. Discurrit angelus medius inter dilectū ⁊ dilectā vota offerens ⁊ referens dona. excitat illaz. placat illum. Cui ꝯsonat Aug. in soliloq̄o Angeli adiuuāt laborātes. ꝓtegūt quiescentes. hortant̄ pugnantes. honorāt vincentes. ꝯgaudēt gaudētibus. ꝯpaciunt̄ pacientib⁹. Quinto offerendo. nā angeli bona nr̄a deo offerunt ⁊ de⁹ ꝑ ip̄os vota nostra ⁊ desideria acceptat. Recte sicut sol vt ait Auicen. sursuz fert vapores ⁊ inflāmat ip̄am terram mediantibus stellis suā virtutē participans influensq̄ eisdē. ita angeli ferūt sursuz orōes nr̄as ⁊ alia opa bona scđm ꝙ dixit Raphael Thobie. xij. Qñ orabas ⁊ elemosinas faciebas obtuli orōnē tuā corā dño.

Et cristus verus sol influit virtutem ⁊ graciā hūanis mediantibus angelis. Ideo dicit Augu. li. solilo. Diligunt angeli ꝯciues suos ꝑ quos sue ruine scissuras restaurare expectant. ido magna cura ⁊ vigilāti studio assunt nobis oībus horis et locis succurrentes ⁊ ꝓuidenies necessitatibus nr̄is ⁊ solliciti discurrentes inter nos ⁊ te dn̄e ⁊ gemitꝰ nostros et suspiria referentes ad te vt impetrent nobis facilē tue benignitatis clementissime ꝓpiciationem ⁊ referant ad nos tue gracie benedictionem. ¶ Tercio angeli sūt nr̄i ⁊ custodiunt nos in egressu qn̄ mdm egredimur ꝑ migrationem. Et primo qn̄ hō incipit agonisare ⁊ aīa migrare de corpe hoī seruiendo cōsolādo ip̄z. ⁊ diabolū tunc maxime hominē infestantē fugando. Figurat̄ Gen̄. xxij. vbi cū Jacob timuit Esau tūc habuit angelos se iuuare paratos quos cum vidisset dixit. Castra dei hec sunt. O q̄ magna erit cōsolatio cū homo xp̄ianus in agone videbit angelos occurrere ⁊ demones effugare. Secūdo custodit aīam postq̄ ē egressa de corpore eam ad vitā eternam portando si ē aīa bn̄ ab oībus purgata. Exod. xxiij. Ecce ego mitto angelū meū qui custodiat te in via ⁊ inducat in terrā quā ꝓmisi patribus tuis. Et Lu. xvj. Factū est vt moreret̄ mendicus ⁊ portaret̄ ab angelis in sinū Abrahe. Si aūt aīa cū gr̄a hz adhuc aliq̄d purgandū angelus associat eū ad purgatoriū ⁊ cōfortat eā ad pacienciā Teste Damasc. li. v. qui ait. Hoc ip̄m fitmit̄ impterriteq̄ teneamꝰ q̄ aīe ad purgatoriū nō a demonibus ꝫ a cūctis angelis deducant̄ et dū ꝯgruit angelus orat deū ꝑ ea vl̄ suffragia facta ꝑ ea replicat deo. ⁊ ideo angelus portans Abacuc cum prandio ad Danielē clausum ī carcere leonū Daniel. xiiij. significat angelū instigantē hominē ad faciendū suffragia mortuorum quasi prandiū portando. confortans incarceratos in purgatorio. Postq̄ aūt aīa nūc est purgata tūc portatur ab angelis de purgatorio ad celum. Ideo canit eccīa. Mitte arch angelū sanctū Michaelē vt ille dignet̄ eas eripe de manu inferni ne absorbeat eas tartarus ꝫ signifer sctūs Michael representet eas in lucē sanctā. Si aūt aīa cū mortali egredit̄ rapiūt eā demones ⁊ ducūt eā cū multis cōtumelijs ⁊ tormentis ad infernum. ⁊ tūc verificatur illd̄ ysa. xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. dimittentes eā demonibus. Hec tn̄ est locutio impropria qm̄ in angelis nō sunt ꝓprie hmōi passiōes fletꝰ ⁊c̄. Sz angeli hoīem in vniuersali cōsideratū scd̄m naturā vellēt nō damnari. ⁊ hoc dt̄ dolor in eis. Sz cōsideratis circūstancijs hoīs puta pctīs ꝯmissis volunt ip̄m puniri et derelinqui scd̄z q̄ exigit ordo diuine iusticie cui se cōformāt. Cōcludit̄ ergo q̄ ꝓpter p̄dicta bn̄ficia q̄ angeli nobis exhibent in ingressu. in ꝓgressu ⁊ egressu maxime teneamur eis seruire et eos honorare. Ideo Bern̄. In om̄i loco in quouis diuersorio angelo tuo reuerēciā exhibe. nā ad hoc obligamur. Beda li. de ritu gētilium Vnusquisq̄ nouerit se obligatū vt

veneret̃ angelorꝝ collegiũ. Rõ Augu. li. lxxxiij. questionũ. Quicq̃d fuerit diuiui muneris hoc virtute angelica mittit̃ fidelibus vniuersis

I ¶ Tercio in verbis p̃missis tangit̃ angelorꝝ felicitas cũ dr̃. Semp vident faciẽ p̃tis ⁊c̃. Istud videre nõ est aliud nisi facie ad faciẽ diuinã essenciã ꝯtemplari. in qua vident quõ ⁊ in quibus d̃i debeãt exeq̃ voluntatẽ. nec minus ꝯtemplant̃ qñ in ministeriũ nr̃m mittuntur. De quo Greg. Licet ad nos speciali p̃sencia foris exeũt. tñ ibi vñ recesserãt ꝑ internã ꝯtemplationẽ seruãt nec sic a diuina visione foris sunt vt interne visionis gaudio priuarẽtur. ⁊ ideo dr̃ in themate. Semper vident ⁊c̃. Vbi nota scd̃m doctores ꝙ ad visionẽ beatã quatuor requirunt̃. Primo ꝙ sit apta. scd̃o iocunda. tercio plena. quarto ꝙ sit secura et eterna ⁊ si aliquod illorꝝ defuerit visio beata non erit. qꝛ scd̃z Bohec. li. ij. de ꝯsola. psa. ij. Btitudo est status oĩm bonorꝝ aggregatione suauissima plenissima ⁊ securissima ꝑfectꝰ. vt ergo nihil desit beatitudini angelorꝝ vident deũ visione clarissima suauissima plenissima ⁊ securissima. Primo vident deũ visione clarissima ⁊ apta nullo enigmate obumbrata. j. ad Corinth. xiij. Vidẽt deũ facie ad faciem. ⁊ hoc est clare ⁊ aperte sicuti ẽ patet. Si em̃ sic nõ viderent nõ essent beãti. qꝛ adhuc deũ in seip̃o videre appererent quare eorꝝ appetitus saciatus nõ esset. O felix igitur visio o desideranda ꝯtemplacio illã summã essenciã reuera in seip̃a videre q̃ oĩs esse cã extitit. De hac visione refert Aug. quẽdã ph̃m dixisse. Tã delicata est visio diuina vt quicquid haberi possit illa nõ habita nõ facit hominẽ beatũ ꝫ miserũ. Scd̃o angeli vidẽt deũ visiõe iocũdissima. j. petri. j. Vidẽtes exultabitis leticia inenarrabili qꝛ exponi nõ p̃t. quid em̃ valeret deũ videre et nõ de visione gaudere. ĩmo quõ posset summe delectabile videri ⁊ in eo nõ delectari. Dicit enim Ambro. in exame. Tunc aquila ẽ in summa delectatione dũ aspicit solem in rota. Ita etiã absq̃ summa delectatione nõ p̃t videri diuina essencia. ⁊ si sic delectat videre solẽ iuxta illud Eccĩastes. xj. Dulce lumẽ ⁊ delectabile est oculis nostris intueri solẽ. quantũ credis delectat videre solẽ creantẽ. Tercio vidẽt angeli deũ visione plenaria. si em̃ illud bonũ nõ esset summũ angeli ex toto appetitu nõ ꝑficerent̃. ꝫ sp̃ magis appetere possent id̃o necesse est vt sit plenissimũ. Quare dixit dñs ad Moysen Exod̃. xxxiij Ego ostẽdã tibi oẽ bonũ. Et p̃s. Dñe apd̃ te ẽ fons vite. Fõs em̃ hꝫ habundanciã aquarꝝ vt sit principium fluuiorꝝ. ⁊ cum ex plenitudine aquas tenere nõ possit eas ad remotissima loca diffundit. Sic etiã tãta ẽ illa gloria vt redũdet in corpa vt sint ip̃a plurimũ gl̃iosa. Quarto angeli vident deũ visione pacifica. quid em̃ valeret si esset visiõis serenitas ⁊ serenitati adesset iocunditas ⁊ iocũditati societas si nõ esset ibi optata securitas. Ideo dicit̃ ysa. xxxij. Sedebit ppl̃us meꝰ in pulchritudĩe pacis. in tabernacul̃ fiducie. in req̃e opulenta ⁊c̃. ¶ Hic

R

est dubiũ cũ eccĩa hodie pagat solẽ nitatẽ ⁊ memoriã oĩm angeloruz cur vulgariter hec dies dr̃ dumtaxat festũ scti Michaelis. Solutio hoc ẽ ꝓpter quedã officia que hz et habebit p̃ alijs nobiliora. ⁊ ꝓpter quasdã apparitiones in hac die per eum factas. Primo cũ dracone et angelis eius pugnauit ⁊ ipos de celo eiecit victoriam fecit magnam. Apoc. vij. Factũ ẽ p̃liũ magnũ. vt hodie legit̃ in missa. Scd̃o ipe cuz diabolo altricat⁹ est de Moisi corpore ⁊ ꝙ diabolus eius corpus ꝓdere voluit vt ipm ꝓ deo iudeoꝝ populus adoraret. Tercio ipe sanctorũ aĩas suscipit ⁊ in padisum exultationis ꝑducit. Et ideo dr̃ habere officiũ põderãdi aĩas scd̃z picturas laicoꝝ Daniel. v. Appẽsus es ĩ statera ⁊ inuent⁹ es minus habẽs qd̃ dr̃ de Nabuchodonosor supbo. Quarto ipe hz officiũ principandi ⁊ impandi. prius em̃ fuit princeps synagoge. vt habet̃ Danielis. x. Princeps ꝑsarũ restitit mihi viginti ⁊ vno diebus. Et ecce Michael vn⁹ ex principibus primis venit in adiutoriũ meũ. ß postq̃ synagoga xp̃m crucifixit transiuit ad ecclesiã ⁊ fact⁹ ẽ princeps ⁊ signifer populi xp̃iani. Ideo at testat̃ Danielis. xij. c. tpe antixp̃i ꝯsurget ⁊ ꝓ electis tanq̃ defensor ⁊ ꝓtector astabit. Quinto ipe ad diuinũ imperiũ antixp̃m existẽtẽ in mõte oliueti p̃potenter occidet vt dicit glosa Daniel. xj. ⁊. ij. ad Thessal. ij. Sexto in voce ipius Michaelis archangeli mortui resurgent. vt. j. ad Thessal. iiij. Septimo ipe crucem clauos. lanceã ⁊ coronã spineaz in die iudicij ostendet. Octauo ideo qꝛ hodie in mõte gargano apparuit ⁊ eccĩam a se dedicatã reuelauit Et de quintuplici apparitiõe vide in eius legenda ⁊c.

In die Michaelis et angeloruz sermo alius. lxxxvj. Wañ. xv.

Actũ ẽ preliũ magnũ in celo Michael et angeli ei⁹ p̃liabantur cũ dracone Apoc. xij. ⁊ in epl'a hodierna. Quãuis hec v̄ba ad lr̃az intelligant̃ de p̃lio angeloꝝ facto in celo in primordio creatiõis celi et terre. Attamẽ exponi possunt de p̃lio qd̃ ꝯtinue fit in eccĩa militãte q̃ celũ dr̃. in hac em̃ ꝯtinue ꝓ bonis preliant̃ angeli boni ꝯtra malos. Ideo hodie agim⁹ festũ oĩm angeloꝝ tanq̃ eoꝝ qui nos in via salutis dirigunt custodiunt ⁊ defendũt Nõ em̃ possum⁹ singulos honorare quia multi sunt nobis ⁊ incogniti. Ideo eccĩa statuit hodiernã festiuitatẽ vt oẽs sil'illos honorem⁹ et eis aliq̃d seruicij ex bñficijs nobis exhibitis repẽdamus et ipos ꝑ nr̃am ꝯuersionẽ letificem⁹. gaudẽt em̃ de ꝯuersione nr̃a qꝛ ꝑ nr̃am cõuersionẽ maloꝝ reparat̃ ruina. de quo eis gaudiũ crescit et nr̃a salus illis innotescit. ideo ꝓ nr̃a ꝯuersione angeli custodes nr̃i ꝯtinue p̃liãtur ꝯtra diabolũ draconẽ venenosissimũ quẽ sp̃ vincũt dũmõ nos cũ illis pugnamus et diabolo resistimus faciẽdo qd̃ in nobis ẽ. De hoc p̃lio pauca dicere ꝓposui. ꝓ gr̃a dicam⁹ Aue Maria. Factũ ẽ p̃lium magnũ in celo ⁊c. vbis. Exponẽdo v̄ba thematis de prelio militã-

tis eccīe duo in eis nobis sunt cōsi-
deranda. Primo gloriosum p̄liū fi
deliū militanciū hic in via ꝯpugnā
ciū ꝯtra diabolū carnē ⁊ mdm. ⁊
hoc cū dr̄. Factū est p̄liū magnū in
celo. Scdo angeloꝝ nobis assistē-
cium auxiliū cū subiungit̄. Micha
el ⁊ angeli eius p̄liabant̄ cū draco-
L ne. ¶ Circa primū est notanduz ꝙ
de triplici p̄lio possunt intelligi hec
verba. Factū est p̄liū magnū in ce
lo. Primū fuit in celo empirreo in
inicio creationis āgeloꝝ qn̄ lucifer
dixit illd ysa. xiiij. In celū ascēdā
id est in diuinitatē vel ꝯtra diuini
tatem. qꝛ aliud celū supra se nō ha
buit cū esset in celo empirreo. vel ī
celū id est ꝯtra deū qui est celū celo-
rū. Dixit em̄ in corde suo ysa. vbi
supra. ⁊ ero similis altissimo id est
vt nō sim subditus deo. sciuit eniz
bn̄ ꝙ impossibile erat sibi simplici-
ter coequare deo. ß in hoc appecijt
eq̄litatē dei ip̄e lucifer ꝙ nulli volu
it subeē ß alijs p̄esse. ⁊ ideo mox fa
ctū est p̄liū stantib⁹ angelis bonis
et cadētibus malis in aerē istū ca-
liginosum. Hoc p̄liū nō fuit aliud
nisi ꝯuersio bonoꝝ ad deū ipsum
laudantes ⁊ ei gr̄as agētes de do-
nis naturalib⁹ a deo tā excellenti-
bus datis sibi. ⁊ auersio malorū a
deo nō agenciū grates deo ß supbi
enciū ex ꝯsideratione suoꝝ natura
liū tā excellenter sibi a deo datorū
Ex quo patet ꝙ incautū est ꝯside
rare ꝓpriā excellenciā ex quo ange
li per hoc ceciderūt. Scdm p̄liū est
in celo eccīe militantis qꝛ draco ille
iniquus postq̄ cecidit de celo em-
pirreo. hic in mdo in eccīa militā
te hoīes impugnat ne ascēdant ad
gloriā quā ip̄e amisit. Et ideo di-
cit Ambro. sup hoc verbo psalmi.
Ineternū dn̄e verbū tuū ꝑmanet ī
in celo. qꝛ sathanas de celo cecidit
quo cecidit nisi in terrā. ideo hic a-
dulteria. homicidia ⁊ ebrietates ha
bundare ceperūt ⁊ oīa mala. ¶ Di
cit̄ aūt eccīa militās celū quadrupli M
ci rōe. Primo ꝓpter celestē ꝯuersa
tionē scdm illud apl'i ad Phil. iij.
Nostra aūt ꝯuersacio in celis est.
Audēt em̄ dicere hic in terris san-
cti viri hec verba apl'i. Nostra cō-
uersacio in celis est. qꝛ sancti viri
habēt ibi thesaurū suū vbi habent
cor suū. cor aūt eoꝝ semp dirigitur
ad celestia. Ido dicit saluator ma
thei. vj. Vbi est thesaur⁹ tuus ibi
est cor tuū. immo scti viri nō soluz
habent cor ad celestia sed ⁊ aures.
os ⁊ oculos. qꝛ libenter de celestib⁹
loqui audiunt. loquunt̄ ⁊ interro-
gant ⁊ in altū oculos suos eleuāt
cū desiderio illuc veniendi. Scdo
eccīa militans dicit̄ celū ꝓpter ce-
lestē originē. qꝛ ip̄a quātū ad gra-
ciā ⁊ virtutes infusas de celo descē
dit. scdm illud Apoc. xxj. Vidi ci-
uitatem sanctam Iherusalem no-
uam descendentem de celo. Est er
go in terris celum in quo posite st̄
virtutes celestes. Tercio eccīa mi
litans dicitur celum ꝓpter celestem
sublimitatem. Celum enim mate-
riale est locus sublimis ⁊ multum
a terra remotus. sic in eccīa militā
te sunt quidam perfecti quidaz im
perfecti. quidam medij. perfecti to
taliter eleuantur a terra ad celestia

illa desiderando ⁊ terrena despiciẽ
do. Imperfecti sunt qui adhuc ter
renis incumbunt ⁊ terrena contra
deum nimis diligunt. De quibus
dicitur in ps. In celum posuerunt
os suum et oculos suos statuerunt
declinare in terram. Medij sunt q̃
nec omnia terrena deserunt, nec eis
nimis incumbunt sed ea retinẽtes
modeste ⁊ rationabiliter illis vtã
tur. De quibus dicitur. j. ad Cor.
vij. Qui habent vxores tanq̃ non
habentes sint, ⁊ qui vtunt̃ hoc mũ
do tanq̃ non vtant̃. Isti nec om
nino sunt in celo nec omnino sunt
in terra. sed inter celum et terram
De quibus dicitur Ezechiel. viij.
Eleuauit me spiritus inter celum
et terram. Quarto ecclesia militãs
dicitur celum propter celestem cla
ritatez. Sicut enim in celo sunt tri
plicia corpora. quoddam enim cor
pus est quod illuminat sed non il
mĩat̃ vt sol. quoddã quod illumi
nat ⁊ illuminatur vt luna ⁊ stelle
Quoddam quod illuminatur sz nõ
illuminat sicut firmamentum. ita
triplex est differẽcia in ecclesia mi
litante Prelati nanq̃ sunt sicut sol
qui alios debent illuminare sed ipi
a nullo ĩ terris illuminari. per stel
las intelliguntur doctores inferio
res qui a summis prelatis debent
illuminari et sumere sapienciam ⁊
in alios effundere per doctrinam.
Per firmamẽtũ intelliguntur boni
laici simplices qui a prelatis ⁊ do
ctoribus doctrine lumen recipiunt
sed alijs non infundunt. scd̃m illd̃
Daniel. xij. Qui autem docti fue
rint fulgebũt quasi splendor firma
menti. et qui ad iusticiam erudiũt
multos quasi stelle in perpetuas
eternitates. Ex illis patet quomo
do quadruplici ratione ecclesia mi
litans dicitur per comparationez
ad superiora. In hoc ergo celo eccle
sie militãtis fit prelium magnum
quia fideles in hoc mundo varijs
telis impugnant̃ a diabolo. a car
ne. ⁊ a mũdo. quantumcũq̃ em̃ hõ
sit sanctus in hoc mũdo et xp̃us in
eo habitat tñ aduc draco ille ãtiqu⁹
eũ impugnare nõ cessat. totis viri
bus ip̃m in peccatũ ꝑtrahẽdo quan
tũ sibi possibile est et a deo ꝑmittit̃
Sed cõtra illũ draconẽ ꝓ hoĩe pug
nãt angeli boni custodiẽtes. Arma
aũt fideliũ ꝑ que pugnare debẽt cõ
tra diabolũ sunt xp̃i p̃cepta. ⁊ diui
nus timor Vñ Ambro. sup illo ps.
Immittit ãgel⁹ dñi ĩ circuitu timẽ
ciuz et eripiet eos. Sepe dixisse me
memini qꝛ tumult⁹ bellicos timere
mĩme debeamus. nec quãlibz copi
osa hostiũ multitudĩez formidare.
potẽtior em̃ est xp̃us ad protegen
dum famulos suos q̃ diabolus ad
instigãdos inimicos. Ait em̃ ꝓphe
ta vbi sup̃ Immittit ãgelus dñi ⁊c̃
quod si angelus domini timentes
eum de periculis eripit. non potest
timere draconem illum qui timue
rit saluatorez. nec potest hostis im
petuz metuere. qui xp̃i precepta ser
uauit. ¶ Et subiũgit Ambrosius
Arma autem nostra quibus nos
saluator instruxit hec sunt. Oratõ
misericordia atq̃ ieiuniũ. Ieiuniũ
em̃ meli⁹ q̃ mur⁹tuet̃ misericordia

facili⁹ lib erat q̄ rapina. oratio lō
gius vulnerat q̄ sagitta. sagitta
em̄ nō nisi ꝓspectū ꝑcutit aduersari
um orō aūt lōge etiā positū vulne
rat inimicū. Sic nanq̄ Helizeus
ꝓpheta cū eū vellet rex syrie capti
uare ac sue subdere ditioni. et cuz
multis eū armatoꝝ cinxissz agmi
nibus nō est territ⁹. nō ē turbatus.
ꝫ annūcianti puero ait. Noli time
re plures em̄ nobiscū sunt q̄ cū illis
O fides sancti ꝓphete nō timet ad
uersarios quos ꝓspicit qm̄ scit an
gelos secū esse quos credidit nō me
tuit terrenas insidias quia celestia
adesse sibi nouit auxilia. Plures ī
quit nobiscū sunt q̄ cū illis vt habe
tur. iiij. Reguz. vj. Ecce mira res
plures e celo defensores meretur
sanctitas q̄ in terris oppugnato
res adduxit improbitas. Ex quo
sequit̄ ꝙ diaboli aduersantes ma
gis sanctitate meritoꝝ q̄ fortitu
dine bellatorū vincunt̄. immo nō
solū diaboli ꝫ ipius membra hic vi
delicet insidiantes inimici. Sicut
Helizeus hostes suos nō armis su
pabat ꝫ orōe vincebat et exercitū
inimicorū cecabat. Cum em̄ mini
stro suo ad depllendū timorez plu
res adesse dicerz defensores nec me
tū ꝑ hoc abesse auferre posset tunc
orauit ad dn̄m dicens. Dn̄e aperi
oculos eius vt videat. et apti sunt
oculi eius et vidit montē plenum
equitanciū eis auxiliancuz et illi
erant angeli auxiliantes. Hec am
bro. sentēcialitet. Si ergo hō vult
vincere aereas potestates vincat
in se primū ꝓprias voluptates vt a
se peccatorū vīcula studeat ammo
uere. quomodo em̄ homo pugnare
potest cum ligatus sit. quomodo
potest alium vulnerare cum gladi
us sit in collo ipius. quō exibit in
campuz ꝯtra hostes crudelissimos
pugnaturus cum intra se tanq̄ in
ciuitate hostem dolosissimū pacia
tur carnem scilicet aduersariā per
quam victus est. Necesse ergo ē pri
mum aduersum se pugnare et car
nem suā vincere ieiunijs. abstinen
cijs et disciplinis et tandē tela con
tra diabolū emittere. Idem vult
Aug. in li. de ciui. dei. Terciū preli
um erit in fine mundi. qn̄ sicut di
cit Grego. in omelia quadā. Anti
quus hostis ī sua virtute relinquet̄
extremo supplicio puniēd⁹ cū Mi
chaele archangelo pugnaturus aut
preliaturus. De quo p̄lio dicitur in
scd̄a dn̄ica aduentus dn̄i qn̄ videli
cet post sentenciā finalis iudicij di
aboli cū oībus damnatis ꝑ ange
los bonos trudent̄ in eterna suppli
cia inferni. hec de prima ꝑte quan
tū ad p̄liū in eccīa militante. ¶ Cir
ca scd̄m videlicet auxiliū angelo
rum assistencium est notanduz ꝙ
signanter michael archangelus ex
primitur in verbis thematis. quia
ip se specialiter pugnat pro nobis
stans in campo ecclesie tanq̄ prin
ceps ecclesie militātis qui quondā
erat princeps synagoge. Michael
enim interpretatur quis vt deus.
Cum ergo inuadunt hostes ecclesi
am mox astat Michael percuciēs
et dicens. Quis vt deus. nōne ego
sto pro filijs dei in ecclesia. Ego
custodio. ego defendo campum ec
clesie quis est ex aduerso qui vt de
us potest resistere diuine potencie.
q̄si diceret. nullus vtiq̄ p̄t resistere

sed tota ptās demonū nō ē tāte vir
tutis ⁊ potencie quāte musca respe
ctu potencie diuine ⁊ bonoꝝ ange
loꝝ nobis auxilianciū. Sicut ergo
Michael olim defendit sinagogaz
scdm illud Daniel. x. Nemo ē ad
iutor meꝰ in oībus hijs nisi micha
el princeps vester. ita nūc defendit
ecciam. ex quo em̄ synagoga dn̄m
crucifixit datꝰ nūc est nobis in pre
positū eccie. Michael ergo nobis
assistit maxime isto tpe piculosissi
mo sicut bn̄ scriptū ē de eo Daniel
xij. In tpe aūt illo ꝯsurget Micha
el princeps magnꝰ qui stat ꝓ filijs
ppli dei. Hoc dictū est Danieli de
die nouissimo qui fuit vir desideri
oꝝ castus hūilis ⁊ māsuetus. patz
ex eo qd sequitur. Veniet tp̄s quale
nō fuit ab eo ex quo gentes esse ce
perunt vsqꝫ ad tp̄s illud ⁊c. Mich
ael em̄ sicut luciferū de celo eiecit ī
principio mdi. ita antixp̄m iussu
dei interficiet in fine mdi. ⁊ ad eiꝰ
vocē vt multi volūt doctores cir
ca di. xliiij. iiij. sentēciaꝝ oēs mor
tui resurgēt. Ecce quante potēcie
est btūs Michael. Digne ergo ho
die cū oībus angelis est speciali ho
nore a nobis ꝓsequendus. Cauen
dū ergo hodie singulis ne aliqd in
honestū tractent in festiuitate oīm
angeloꝝ ne se vlciscant. sicut patz
de quodam qui hodierna die sub
missa iuit ad siluā ⁊ quāto cito ad
domū redijt mox oculus eius fuit
scissus vnꝰ ⁊ alter omnino elapsus
Ecce quō angeli illū punierūt pro
violatione festiuitatis eorundē ꝑ
transitum ad siluā quanto magis
si quis in eorū festo fornicat. ludit
coreisat vel inebreat ⁊c. ¶ Pro quo
notandū scdo ꝙ sicut diabolus qui
dicitur draco magnus habet septē
capita id est septē vicia capitalia
sicut patet Apoc. xij. ita angeli bo
ni īpugnāt oīa ipius diaboli capi
ta siue membra maxīe dūmō sper
pinūt eoꝝ ꝯsilia. Primū caput ē su
perbia. Hoc caput impugnant an
geli boni quia adiutoriū angelorū
est contra multos supbos quos an
geli boni non adiuuant sed ꝓster
nunt ⁊ impugnant. Exemplum
illius habemus in dauid numeran
te populum ꝓpter cuius superbiaz
dominus interfecit septuaginta
milia viroꝝ pestilencia infra tres
dies quos interfecit angelus domi
ni. ij. Regum. iiij. Itē de senache
rib rege assiriorum qui cum contra
iudeos exercitū ꝯgregasset ⁊ super
ba mandata regi iuda per supbuz
Rapsacen nūciasset quasi deridēs
deū angelus dn̄i vna nocte ꝑcussit
oēm exercitū eius ⁊ interfecit centū
⁊ octogintaquinqꝫ milia pugnato
rū vt habet ysa. xxxvj. ⁊ xxxvij.
Similiter habet Act. xij. de He
rode superbo quem percussit ange
lus domini. eo ꝙ non dedisset ho
norem deo et consumptus a vermi
bus expirauit. Merito a vermibꝰ
consumitur qui ex eo quod vermi
um cibus erit non humiliatur. se
cundū illd. j. Machabeoꝝ. ij. Glo
ria eius stercus ⁊ vermis. Et bern
hardus dicit. Post hominem ver
mis. post vermem fetor et horror.
Ex hijs patet quomodo caute si
bi cauere habent superbi qui deo et
prelatis suis sunt inobedientes ne
ab angelis occidantur. Vitet er
go hō superbiam qui vult vitare

ram angelicam. Scdm caput diaboli ē auaricia. Hoc caput et oēs auaros impugnāt angeli vt supra patet in senacherib qui amore diuiciarum obsedit Jherusalem. De quo dicit Grego. Nunquid iustuz iudicium est ꝙ populus regis senacherib per angelum interficit̄ et regi qui culpabilior erat parcit̄. nunquid angelus nō audebat percuttere regem. Et subdit. Certe reuera iustum iudicium ꝙ auarus ille primo in cooperatoribus auaricie sue punitus est. et postmodum ab illis propter quos parentes diuicias inhiant ad infernum missus est dū a proprijs filijs interfectus ē. Hoc bene attendere deberēt illi qui sepe maxima sollicitudine diuicias cumulant propter liberos suos qui tādem iusto iudicio a liberis suis percuciunt̄. dū hij quibus bona reliq̄runt tpalia male consumunt ⁊ ex hoc parentū relinquenciū in inferno penas augmentant. Jta etiaz Gyezi percussus est ab angelo lepra ꝓpter auariciā. iiij. Reg. v. dū a Naaman syro leproso ꝑ Heliseum mundato recepit duo talēta argenti ⁊ duplicia vestimenta. Jta diues epulo ꝓpter auariciā ⁊ tenacitatē suā ꝑcussus ē ⁊ ab āgelis malis id est demonibus in infernum deductus. ⁊ Lazarus a bonis in sinum Abrahe Lu. xvj. Fugiat ergo auariciā qui effugere vult percussionem angelicam. Jtem de Helyodoro qui voluit spoliare thesaurū templi Jherusalem. ij. Machab. iij. Tercium caput diaboli est luxuria. Hoc caput ⁊ omnes luxuriosos similiter angeli impugnant. patet hoc ex generali diluuio vbi totum mundum angeli perimerūt propter luxuriam preter octo animas videlicet Noe ⁊ hijs qui ad eū pertinebant. Geñ. vij. Sic et propter peccatum zodomiticum angelus domini percussit quinq̄ ciuitates sulphure et igne. Geñ. xix. Venerunt enim duo angeli zodomaz ingressi in domum Loth. Jlli angeli venerunt bonos ⁊ castos saluare ⁊ luxuriosos damnare. Patz etiam in senibus duobus impudicis qui volebant commisceri Susanne Daniel. xiij. Jtem de septez viris Sare virginis sancte quas angelus percussit ⁊ demonium interfecit propter luxuriam. Thobie iij. Castitas enim est res angelica Fugiat ergo luxuriam qui vult vitare siue effugere iram angelicam Quartum caput diaboli est ira. Hoc etiā caput angeli impugnāt. Patz illud de Nabuchodonosor rege qui furore plenus tres pueros ī fornacem mitti iussit. sed angelus domini per flammam ministros regis excussit Daniel. iij. Sic etiā sepe demon vexat illos qui grauiter irascuntur ⁊ a demone obsidentur. Sicut patet in Saul rege. j. Regum. x. quem inuasit spiritus domini malus. Quintum caput diaboli est gula. Hoc caput etiaz impugnant angeli. Patz hoc in peua gule primoruz parentum qui eiecti sunt de paradiso ⁊ per ministeriū angelorum vt dicit Strabus ante paradisum posita est ignea custodia. sicut dicitur Geñ. iij. ꝙ dñs añ ꝑadisuz collocauit cherubin ⁊ flammeū gladium. Ex quo patet

q̄ angeli non sunt amici gule. non enim ad delicias, sed ad panem et aquā angelus Heliaz excitauit iij. Reg. xix. Vitat ergo gulam q̄ vitare vult eiectionem angelicam Sextū caput est inuidia. hoc etiā caput diaboli impugnant angeli boni. sicut patet in Balaā falso p̄pheta quem Balaz rex ex inuidia ⁊ odio contra israhel vocauit vt malediceret iudeis sed angel⁹ euaginato gladio et restitit equitanti in asina. Nūeri. xxij. Propriū enim inuidoꝝ est maledicere scd̄m illud p̄s. Quoꝝ os maledictione ⁊ amaritudine plenū est. Inuidia em̄ est peccatū diabolicū. Vnde August. Non dicet̄ diabolo vt damnet̄ q̄a adulteriū ꝯmisit. furtū fecit. aut villam rapuit sed quia homini stanti ip̄e lapsus inuidit. vitet ergo inuidiam qui vitare vult angeloꝝ inimiciciā. Septimū caput diaboli est accidia. hoc etiā angeli impugnāt patet de moyse qui neglexerat circumcidere filiū suū ⁊ occurrerit ei dn̄s ⁊ volebat occidere eum alia lr̄a hz angelus. exod. iiij. Et statim zephora vxor sua acutissima petra circumcidit p̄puciū filij sui. Negligere em̄ p̄cepta dn̄i ⁊ obmittere facienda accidiosoꝝ est. et hos angeli p̄sequunt̄. Ita etiā angeli accidiosum Loth in subuersiōe sodome trahebant de sodomis ne subuerteret̄ in peccatis illoꝝ. Vn̄ dicit̄ Gen̄. xix. Cogebant eū angeli dicentes. Surge tolle vxorem tuam ⁊ duas filias quas habes ne et tu pereas in scelere ciuitatis. dissimulante autem eop̄ manū trahētes eduxerūt eū. Ecce quō angelici sp̄ūs adiuuāt bonos ⁊ p̄sternūt malos. quia boni angeli Loth bonum eduxerunt et sodomā subuerterunt. Ex quibus ergo patet quō angeli boni impugnant septem capita diaboli hoc est septem capitalia vicia et illis vicijs infectos. et per cōsequens patet scd̄m membrū diuisionis supra mote quō Michael et angeli eius p̄liant̄ cū dracone ⁊c. ¶ Dubitat̄ circa p̄missa quō homo p̄liare debeat ꝯtra draconem illū astutissimum ne per eum vincatur. Respondet̄ breuiter q̄ p̄liare debemus tripliciter videlicet vigilanter. confidenter et perseuerāter. Primo vigilanter ne ab inimicis p̄ueniamur. nunq̄ em̄ gladius sp̄ūalis deponend⁹ est p̄p ter timores nocturnos. id est aduersitates et tentationes que accidiosis et negligentibus infliguntur. Cuius figuram habemus in Salomone. Canticoꝝ. iij. Vbi dicitur. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israhel omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi. ⁊ vniuscuiusq̄ ensis super femur suum propter timores nocturnos. Si ergo paratus es cōtra tentationem tunc non timebis a timore nocturno id est ab aduersitate siue diabolica tentatiōe qua improuisos ferit. Debz ergo homo semper esse in timore ne aliquid faciat vnde deum offendat ⁊ diabolo locum victorie prebeat. Scd̄o preliari debemus confidēter ne exterreamur. sicut illi de quibus dicitur Deutrono. xxxij. Quomodo persequebatur vnus mille ⁊ duo fugarunt decemmilia. in vnitate em̄

fidei tanq̄ vnus ⁊ in gemina cari
tate videlicz dei ⁊ ꝓximi tāq̄ duo
pugnare debemus aduersus ꝓios
nr̄os ⁊tra aduersarios nr̄os itavt
nullo modo de assistencia diuini
auxilij diffidamus etiā quantūcū
q̄ grauis immineat tentacio. quia
tales libenter adiuuant angeli dei
sc̄m illud Danielis. vij. Milia mi
liū ministrabant ⁊ decies milies
centena assistebant ei. Dicat ergo
tentatus ꝓfidenter cū ps. Si consi
stant aduersuz me castra nō time⁊
bit cor meū. Si exurgat aduersum
me prelium in hoc ego sperabo vicz
in adiutorio angelor̄ qui castra di
sunt. Tercio p̄liari debemus perse
ueranter ne deijciamur vt dicam⁹
cū ꝓpheta. Benedictus dñs deus q̄
docet manus meas ad p̄lium ⁊ digi
tos meos ad bellum. ¶ Licet autē
multa sint que dñs nos obseruare
docet in plio tñ p̄cipue nos tria do
cet que inuenum⁹ fieri in plio secu
lari. sicut scribit Vegeci⁹ de re mi
litari dicens. Ordinaturus aciē dz
ante pspicere solē. pulueꝛē. ventuz
nam sol ⁊tra faciē offendit visum
Pulvis ad frontē congest⁹ oculos
implet ⁊ claudit. Ventus ⁊trariuſ
tuas sagittas abtundit flectit ⁊ de
primit. inimicor̄ aūt tela adiuuat
et que te fortiter p̄mit. Jta ⁊ nos ī
p̄elio spūali cauere debem⁹ ne sol
luxurie nos exurat. quis em̄ p̄t ca⁄
lorē luxurie tollerare sc̄m illud ꝓ⁄
uerb. vj. Numq̄d p̄t hō abscondere
ignē in sinu suo vt vestimēta ei⁹
nō ardeant. aut ambulare sup pru
nas vt nō ꝓburant̄ plante eius. sic
qui ingredit̄ ad vxorē ꝓximi sui.
Jtē de plio spūali cauere debemus

puluerē auaricie. O q̄ pessima mr̄
est ipa auaricia q̄ malas filias et
periculosas ipa hz. non em̄ potest
ipa mater tantū acquirere iniuste
quin plus ille due filie superbia et
luxuria possint consumere. de his
scribit̄ prverb. xxj. Sanguisuge sūt
due filie dicentes. Affer affer. Bene
ergo auaricia dicit̄ sanguisuga q̄a
sanguinē pauperū sugit p fraudu⁄
lentam temporalium siue iniust⁊
acquisitionē. Dicunt ergo auari⁄
cie matri hee due filie superbia ⁊ lu
xuria. Affer affer fureris. vsuram
ꝓmittas emendo marcā p decem.
oppressum pauperem respice et do
mū eius aut alias res ꝓpter necessi
tatem ipius vili p̄cio compara. ca
revēdas et modico p̄cio emas. do⁄
losos ⁊tractus facias. p symoniaz
acquiras pauper̄ et simplices opri
mas. delicate viuas in coreis et cō
uiuijs. superfluis vestimētis et va
nitatibus mōi inseruias. affer af⁄
fer donec te. nō angeli in celū sz de
mones asserant in infernū. Jhero
ni. sup li. prverb. loco p̄dicto p san
guisugam intelligit diabolū. et p
duas ei⁹ filias luxuriā que semp̄ei
dicunt. Affer affer. quia auarus
non repletur pecunia. luxuriosus
quanto magis luxurie vacat. tan⁄
to amplius eā appetit. Tercio ca⁄
uere debemus a superbia tan q̄ a
vento. Attende ventum superbie
quanta vanitas superborum. qui
dum in altum prouehuntur etiam
quandoq̄ vsq̄ ad summū statū si
bi possibilem. quid vtilitatis eis ac
creſcit nisi cure et solli citudies cu⁄
mulantur ex quibus natura corrū
pitur. spiritus infirmatur. corum

pitur somnus, appetitus amittit, et sic deficientes in se non solum diminuunt dies suos sed miserrimam vitam miserabilium fine concludunt. Qui ergo vult pliari cum dracone caueat a luxuria auaricia et superbia vt supra. ¶ Dubitat consequenter quid facere debeamus vt sanctis angelis bñ placeamus. Ad hoc rñdet breuiter q; debemus ea facere inter nos et nostros q̄ faciunt angeli sancti inter se et nos. Pro quo dicendū est primo q; angeli sancti inter se tria exercicia sibi mutuo exhibent. Viuunt em̄ inter se ordinaliter, socialiter et humiliter. Viuunt inter se ordinaliter, quia vnusquisq; in suo ordine et officio perpetue pseuerat ab illo ad momentum non recedens. Unde Byom. Nō ē phas vt quis operari p̄sumat quod ad suum ordinem aut officium non spectat. Secdo viuunt socialiter. hoc est amicabiliter et pacifice vt qui p̄est non superbiat et qui subest non inuideat. Tercio viuunt humiliter q; inferiores obediunt superioribus sine rancore, et sanctiores p̄cipiunt inferioribus sine fastu sed in dei amore. Ergo si cupimus sanctis angelis placere et in eorum consorcio deputari in p̄dictis tribus eos deuotissime immitemur. Primo ergo studeamus viuere ordinaliter summo conamine ad hoc laborantes vt in eum statū et ordinem quo creati sumus reuertamur. Sic autem creati sum⁹ vt medium statum tenentes, omni creature saltem non rationali dominemur ita vt omnia sub pedib⁹ nostris conculcantes solum deum super nos veneraremur secm illū ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius rē. Et Math. iij. Dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. Sic ergo immitantes angelos ordini nostro tam sollicite adhereamus vt nullum de proximis nostris in suo ordine perturbemus sed personas, res, honores et famā et omnia que eius sunt nunq̄ in offensam eius configamus ne maledictionem domini incurram⁹ Deu. xxvij. vbi dicitur. Maledictus qui trāsfert termīos proximi sui. Sic ergo ordinaliter viuam⁹ vt vnusquisq; statum suum et ordinem in quo vocatus est seruet et sideliter custodiat non declinās ad dexteram neq; ad sinistram, vt q̄ in matrimonio vocatus est custodiat legem matrimonij, et qui in lege et religione viuit custodiat regulam voti sui, et sic de reliquis. secundū illud apostoli. j. Cor. vij. Unusquisq; in quo vocatus est in eo permaneat apud deum. Ex quo patet q; qui non seruat ordinem siue statum suum eo modo quo debet non potest intrare aliquem ordinem angelorum, sed ibi habebit locum suum vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat Job x. Secundo studeamus viuere socialiter vt omni proximo studeamus nos exhibere ad obsequium ī caritate et fide non ficta confirmātes nos in bono studijs singulorū non vt eis placeamus sed vt eos ī bonum trahamus et cum eis pacē habeamus. De primo dicit apostolus. j. Cor. ix. Cum liber essem ex omnibus omnium me seruum feci

vt oēs lucrifacerem ⁊ factus sum iudeis iudeus ⁊ his qui sub lege sē tanq̄ sub lege essem. omnib⁹ omnia factus sum vt omnes saluos facerem. De scdo dicit Bern̄. Sunt plura que angelis sanctis in nobis placent ⁊ que in nobis inuenire delectantur vt sobrietas castitas. creber gemitus ⁊ orationes cum lacrimis attamen si in via hac vnitatem ⁊ pacem a nobis exigunt angeli pacis nihil eque offendit aut ad indignationem prouocat angelos q̄ dissensiones ⁊ scandala. Ex quo patet q̄ qui hic societatem nō tenent ⁊ amiciciam ad proximos ad societatem ⁊ amiciciam angelorum minime peruenire possunt. Tercio vt angeli humiliter incedamus ⁊ inferiores nobis p̄ferentes. equales venerantes. superioribus humiliter obedientes. omnib⁹ nos
T postponentes. ¶ De his tribus vt delicet ordinaliter. humiliter. socialiter dicit Bern̄. Arbitror q̄ tu qui in congregatione es bene viuis. si tu ordinaliter humiliter ⁊ socialit̄ viuis. ordinaliter vt in omni conuersatione tua custodias sollicite vias tuas in cospectu dei ⁊ proximi tibi caueas a peccato ⁊ proximi scandalo. socialiter vt studeas amare ⁊ portare infirmitates omnium ⁊ a nemine portari. omnib⁹ te exhibere affabilem et tractabilē obsequiosum ⁊ virtuosum ad omnes vt oculi omnium sint in te. demonstrantes te digito ⁊ dicentes. Hic est fratrum amator et populi israhel. Et cum hec omnia fecerimus dicamus iuxta verbum domini. Serui inutiles facti sumus quod debuim⁹ facere fecimus. Humiliter vt de nullo p̄sumas. hoc est enim angelis valde gratum vt superbiam in te ascendere non permittas. sed et te magna facientes paruum reputes. Per hanc enim humilitatem angelis places ⁊ eorum consorcio frueris sed per oppositas superbiam superbis demonibus associeris. ¶ Secundo dicendum est V ad dubium q̄ angeli sancti tria inferioribus exhibent scilicet compassionem. exhortationem ⁊ ad huius modi promotionem siue operis exhibitionē. De primo dicitur ysa. xxxviij. Angeli pacis amare flebūt De scdo dicit Bernhardus. In omni loco sedulus custos anime non cessat sollicitare eam ⁊ assiduis suggestionibus commouere. Ideo diligenter quilibet seruire debet angelo suo vt eum semper custodiat et defendat. De tercio iterū dicit Bernhardus. Discurrunt angeli medij inter nos ⁊ deum fidelissime portantes nostros gemitus ad deum et illius graciam nobis deuotissime reportantes. scdm illud Thob. vij. dixit angelus Raphael Thobie seniori. Quando orabas cum lachrimis ego obtuli orationem tuam domino ⁊c. Si ergo volumus angelis placere imitemur eos quātum ad hec tria scilicet compassionem exhortationem ⁊ promotionem cordis videlicet oris ⁊ operis amiciciam inferioribus exhibendo Inferiores autem nostros dicim⁹ non conditione nature sed qui minus habentes nostro indigent auxilio aut fauore. Primo ergo nīs inferioribus exhibeam⁹ cordis com

passionē omnibus eorū molestijs. paupertatibus et miserijs tanq̄ ꝓ prijs condolentes. Hoc debitū exhibuit pauperibus Job cū dicebat. Cōpaciebatur anima mea paupi Job. xxx. Et non minus apostolus. ij. Cor. xj. dicens. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor. quis scādalizatur ⁊ ego nō vror. Hunc affectum compassionis prefert Bern̄. alijs generibus deuotionis dicens Multe miserie collecte ante oculos pietatis inspecte ipse sunt species ex quibus vngenta optima conficiuntur. Dicuntur autem ideo optima quia sic compaciens omniū passionum merita sua facit. nec immerito quia semper cōtingit vt cōpassio compacientem plus torqueat q̄ passio pacientem. ideo dominus proferendo finalem sentenciā pro electis ⁊ contra reprobos allegat opera misericordie siue cōpassionum genera pro electis in cibādo famelicos vestiendo nudos ⁊c. Per hanc ergo compassionem homo angelis placet ⁊ ad illorum cōsorcium perducitur. sed econtrario per immisericordiā ⁊ crudelitatem crudelibus demonibus eternaliter adiudicatur. Est tamen verum ꝙ non sufficit corde habere compassionez cum in oper exhiberi potest Ideo plus illam compassionem cordis sequitur scilicet oris exhortatio vt eis quibus compatimur exhortationis verba fideliter exhibeamus. Secūdo ergo hijs qui ignorancie simplicitate nobis inferiores sunt exhortationis beneficium vt in melius proficiant impendamus exhortātes singulos vt ꝓ q̄litate status sui in melius proficiāt peccatores vt resipiscant. bonos vt ꝓficiāt. tribulatos vt viriliter sufferant. imitantes Thobiā. de quo dicitur Thobie. j. Pergebat Thobias per omnes qui erant in captiuitate ⁊ monita salutis eis dabat vt de nobis dici valeat illud scdi Machab. xv. Singulos armauit non clipei aut haste munitione sed sermonibus optimis et exhortationibus. Ideo dicit Greg. Vnusq̄sq̄ nostrum si in tantū sufficit a prauitate proximum reuocat. si exhortari ad bene viuendū curat. si eternum regnum vel supplicium errāti nunciat. cum verba sancte denūciationis impendit profecto angelus existit. Hanc ergo exhortationem qui non habent ad proximos nō merent̄ hr̄e in fine vite sue ꝯsolationē ab angelis quin pocius durissimam demonū ꝓ peccatis suis increpationē que tandem illos perducit in damnabilez desperationē. Sed quia dicit beatus Johannes in canonica sua. j. Joh. iij. Filioli mei non diligamus verbo neq̄ lī gua scz tantuz ꝫ opere et veritate. Ideo vt de necessarijs nihil obmittamus der verbis ad opera ꝓcedamus. Tercio ergo angelis placere volētes nostris inferioribus impēdamus operis exhibitionem adiuuantes eos auxilio ⁊ consilio ⁊ in omnibus in quibus possumus promouere. Nunc eis victualia administrantes. Nunc a periculis munientes. nunc a tirannoruz potestatibus defendentes. apud deuz pro eis orantes ⁊ in omnibus quibus possumus misericorditer adiu

uantes ⁊ ante omnia opera miseri cordie sc̃m eorum exigencias eis exhibẽtes, que sunt pascere esurientem, potare sitientem ⁊c. vt mereamur pro his a domino in finali iudicio audire hanc dulcissimam vocem. Venite benedicti patris mei percipite regnum, ⁊ ne incidamus in laqueos durissime sentẽcie contra immiseri cordes promulgãde. Ite maledicti in ignem eternum. Ecce ex supra dictis patet quid facere debeamus vt sanctis angelis placeamus ⁊ eorum consortium intremꝰ Cum enim illis placemus, eis diligenter in suis monitis obedimus tunc tanto efficacius ab ipis custodimur protegimur ⁊ tuemur. Imploremus ergo hodie omnes angelos dei vt nos in hoc exilio custodiant ⁊ defendãt quatenus sic per eorum diligentem custodiam et nostram ad eos obedienciam valeamus consequi celestem beatitudinem, vbi cum deo patre, filio et spiritusancto omnes angli regnãt in secula seculorum nunc ⁊ in cuĩ Amen.

De sancto Jheronimo presbitero sermo, lxxxvij. Wann, xvj.

Labia sacerdotis custodiunt sciẽciam ⁊ legem requirunt de ore eius quia angelꝰ domini exercituũ est. Malachie, ij. Hec verba thematis conuenienter recitantur ad commendationem beatissimi doctoris sancti Jheronimi qui magna sciencia claruit ⁊ tanq̃ angelus domini catholicam fidem contra hereticorum perfidias defendit. Ideo a doctoribus appellatur malleus hereticorum fortissimus. Ipse enim sua doctrina totũ mundum illuminauit, cum ad vtilitatem ecclesie militantis totam bibliam de hebreo ⁊ greco in latinũ transtulit pro vt vtilius hoc eẽ ecclesie nouit. Ipe post psalmos gloria patri decantari instituit, officium diuinum ordinauit, epistolas et euangelia legi in missa distinxit ⁊ introitus missarum ⁊ gradualia et offertoria ex psalmis recepit, et plures libros contra errores hereticorum scripsit, ⁊ angelicam vitam duxit. Ideo bene congruunt sibi verba thematis. Labia sacerdotis ⁊c. Pro gracia Aue Maria ⁊c.

Labia sacerdotis custodiunt sciẽciam ⁊c. vbi supra. In quibus verbis beatus Jheronimus dupliciter venit commendandus. Primo ex sacerdotali dignitate ⁊ ipi⁹ dignissima conuersatione cum dicit. Labia sacerdotis custodiunt sciẽciã et legem de ore eius requirunt. Secũdo cõmendat ex meritoꝝ suorum sublimatione cũ subiungit. qz angelus dñi exercituũ est. Sic ergo primo in verbis thematis tangit dignitas sacerdotalis ⁊ quid ad sacerdotẽ ptineat. Scõdo excellencia meritoꝝ ⁊ pconsequẽs magnũ ꝑmiũ vt supra. Circa primũ ẽ notandũ q in themate principaliter duo notant q pertinẽt ad sacerdotem scilicet scire legem ⁊ alios ea docere. primum tangitur cum dicitur. Labia sacerdotis custodiũt sciẽciam. scõm cum subinfertur. et legem requirẽt de ore eius. Primo ergo sacerdos dz legẽ dñi scire ⁊ eã

defendere. Ideo dicit Ezechie. iij. Fili hominis speculatorem dedi te domui israhel ⁊ audies de ore meo verbum ⁊c. Debet enim sacerdos esse vt angelus peruigil custos ⁊ speculator fidelium precauens insidias nociuas hereticorum ⁊ alioꝝ membrorum diaboli qui plures ĩstigando in laqueum diaboli precipitant et ad peccata inducunt. Ideo sacerdotes dicuntur sal terre ⁊ mundi lumen. xciij. dist. sacerdotes. Nuncupantur etiam dij ⁊ angeli. xj. q. j. sacerdotibus. ꝙ dij vocentur patet Exod. xxij. vbi dicit. Dijs nõ detrahes id est sacerdotibus. Sic etiam Moyses de eo qui ad iuramẽtum deducendus erat dixit. Applica illum ad deos id est ad sacerdotes. Vñ Exod. xxij. Si latet dñs domus applicabitur ad deos ⁊ iurabit ꝙ non extenderit manuꝫ in rem proximi sui. Qđ autem dicantur angeli patet ex themate. Debet ergo sacerdos tanq̃ angelus populum sibi commissum custodire vt sit de numero eorum de quibus in ps. Angelis suis mãdauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Ve ergo illis qui sacerdotale officiũ habent ⁊ sciencia sibi necessaria carent. tales em̃ legem dei negligũt ⁊ alios expedire nesciũt. De talibꝰ dicit Osee. iiij. Quia scienciam repulisti repellam ⁊ ego te ne sacerdocio fungaris mihi. quia tales funguntur sacerdocio sibi ⁊ nõ đo. quia alijs viam ad celum nõ ostẽdũt nec mirũ. quõ em̃ alijs possunt oñdere viã quaꝫ ipi ignorant. De illis ergo dicit saluator Math. xv Dimitte illos ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. Cecus aũt siceco ducatũ prebeat ambo in foueam cadunt. ¶ Talis vtiq̃ sacerdos nõ fuit beatꝰ iheronimus qui ingenio ⁊ studio suo vniuerse ecclesie seruiuit. Ideo eiꝰ fama nunc per totum mundum p̃dicat. Vnde de ipo scribit beatus Augustinus in quadam epl'a ad cyrilluꝫ sic inquiens. q̃ magnꝰ itaq̃ sit iste gloriosissimus Iheronimus in sue vite excellentissime sanctitate quomodo potest patefacere lingua mea cũ pene cunctorũ non sufficerent lingue mortalium vt eius excellenciam explicarent. Liceat ergo hic dici alter Helias. Alter hic Samuel. Alter hic Johannes baptista vite excellẽtissime sanctitate Helias. ⁊ Johãnes heremite magnis ciboꝝ ⁊ vestiũ asperitatibus carnẽ macerarunt. nõ minoris vite Iheronimus gloriosus heremita qui ꝑ quadriennium in heremo ferarũ tantũ socius extitit. quinq̃ginta annis vt venerabilis Eusebij eiusdem p̃dilectissimi discipuli littere quas pridie recepi plenius ⁊ melius fatebantur. ⁊ vt me cercius tu idẽ nosti. vinũ ⁊ sicerã aliqualiter nõ gustauit. Ab omni carniuꝫ ⁊ pisciũ esu ita se abstinuit ꝙ vix ea noĩare volebat. coctũq̃ nõ nisi in vltima egritudĩe bis ꝯmedebat Cilicino sacco carnẽ veluti ethiops macerans. desuper ⁊ panno vilissimo se tegebat. stratum alium nisi terram nunq̃ sciuit. nõ nisi semel fructibus ⁊ herbaꝝ folijs siue radicibus pastus in die. post vesperas se orationibꝰ prebens. deinceps vsq̃ ad horã scđam noctis continue vigilabat. postmoduꝫ somno fessus

B

in terra dormiens vsq; ad noctem mediam quiescebat. qua hora surgens lectionibus ⁊ scripturis sanctispūs quibus tota eccīa radiat vti lapidibus p̄ciosis intentus vsq; ad horam esus perdurabat. ita flebat peccata leuissima venialia vt q̄s eū estimasset hominē interemisse. Ter in die ꝯtinue diris verberib⁹ carnem flagellabat ita ꝙ de ei⁹ corpore riui sanguinis effluebant. qñ verbū aliquod ociosum audiebat vt pestem maximaꝫ fugiebat. sibi ociuꝫ nullū erat. semper aūt aut sacris lectionibus. aut scribendo aut docendo cunctos exercitabat. quid plura loquar. si sanctoꝝ singulorū vitas perquirerē eo vt puto maiorē neminē inuenirē. Hec August. Et subiūgit. Sꝫ qr superius Samuelē noīauim⁹ hūc fuisse samuelē oñdam⁹. Hic certe ille samuel q̄ de varijs lr̄aꝝ studijs verberibus euocat⁹ sacre scripture ministerio deputat̄. in cuius vultus lumine dei gr̄a influente vtriusq; testamēti lumen vidim⁹. In cuius brachij fortitudine hereticoꝝ ꝑs maxīa est depressa. Hic certe gloria virtutis nostre transferens vtrūq; testamētum ex hebreoꝝ lingua in grecā pariter ⁊ latinā disponēs ip̄m posteris ineternū totā pene eccīam edificauit. Vnde bñ magn⁹ apparet in sapīe ineffabilis ꝓfunditate. Liberales aūt scīas ita ꝑfecte sciuit ꝙ relatiōe oīm null⁹ adhuc sibi silis apparet. De scripturis vero sacris vti mlt̄aꝝ epl̄aꝝ suaꝝ quas ad me direxit et vt exꝑiencia didici equalē sibi neminē vnq̄ noui. hebreoꝝ caldeoꝝ. ꝑsarū. grecoꝝ. medoꝝ. arabicoꝝ ⁊ pene oīm nationū linguas et lr̄as tanq̄ fuisset in eisdē nat⁹ et educat⁹ sciuit. hec Aug. Ecce quō Jhero. alter helyas ⁊ alter samuel merito nuncupat̄. Quō aūt alt̄ iohānes baptista patet postea in dubio vno. Ex hijs patet quō beat⁹ Jhero. in se habuit plenissime primā ꝓprietatē sacerdotis vt videlicet legē sciret ⁊ eā ꝯtra hereticos et alios quoscunq; impugnantes defenderet. Sicut em̄ custoditi fuer̄t filij israhel ab angelo per colūnam nubis ꝑ diē ⁊ per columnā ignis ꝑ noctē ne occiderent̄ ꝑ Pharaonē ⁊ egypcios. Exod. xiij. ⁊. xiiij. Ita nos custodimur ꝑ doctrinā sancti Jhero. tanq̄ ꝑ columnaꝫ noctem nr̄e cecitatis illuminātē ne appropinquet diabol⁹ cum hereticis ꝫ vt nos eruamur ⁊ illi tanq̄ egipcij et̄naliter submergant̄. ¶ Scdo sacerdos dꝫ legē alios docere qd̄ innuit̄ in themate cū dr̄. Et legē requirēt de ore eius. nō em̄ sufficit sacerdoti scire ea que lex diuina p̄cipit ꝫ oꝑtꝫ vt ⁊ alios doceat quo legē diuinā impleāt. Hoc ē ꝯtra illos sacerdotes qui habent sciencia ꝑ quā docere possunt ⁊ heu alios docere nolūt nō attēdentes ꝙ eis. j. petri. ii. dr̄. Vos estis gen⁹ electū regale sacerdociū. gens sctā. ppl's acquisitiōis ⁊ virtutes annūcietis scꝫ docendo qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Istud sciēs beatus Jhero. doctrine alioꝝ libenter insudauit. Vñ de eo legit̄. Cū reuerteret̄ de solitudine in qua quatuor annis in seruicio dei remanserat ieiunando ⁊ orando ⁊ carnem suam macerando vt supra remeā-

uit ad Betlehem vt ibi maneret vbi cepit libros sacre scripture relegere vbi ⁊ plures religiosi ad eum confluxerūt ⁊ sacras scripturas ab eo didicerunt. Sciuitq; bñ Jheroni. magnā futurā mercedem doctorū in celo scd̄m illud Daniel. xij. Qui docti fuerunt fulgebunt quasi splendor firmamenti. ⁊ qui ad iusticiaz erudiunt multos quasi stelle in ꝑpetuas eternitates. Et quantū ad hoc beatus Jheronimus etiā bene habuit angeli officiū. Vnde sicut magnus ille studens Daniel dum in scola captiuitatis esset in babilone doctorem habuit angelum sicut dr̄ Daniel. ix. ¶ Ita beatus Augustinus dum anxie cogitaret tanq̄ in carcere positus de leticia ⁊ gloria animaꝝ apparuit ei anima beati Jheronimi tanq̄ angelus ⁊ docuit eum. sicut ipse Augustinus scribit ad Cirillum in quadam epistola in hac sentencia. Eodem nāq; die a hora quo Jheronimus mortuus perpetue immortalitatis gloria se induit dum yppone in cella mea quiescerem cogitans auide q̄lis inesset leticia ⁊ gloria animabus cum xp̄o in beatitudine cupiens mihi breuem componere tractatum de hac materia ad preces seueri quondam Martini Tureñ. episcopi discipuli. receptaq; carta ⁊ calamo breuez volui scribere epistolam Jheronimo. vt quicq̄d ex hoc sentiret rñderet. Sciebā enim in tā difficili questiōe a nullo alio euidēcius viuenciū saltē posse doceri. Cū aūt iā scriberē salutatiōis exordiū Jheronim⁹ ineffabile lumē in visuz nr̄is tp̄ibus ⁊ nr̄is linguis minime declarandū subito effulsit ⁊ ineffabili īauditaq; omniū odorum fragrācia cellulā respersit in q̄ stābam. mox ⁊ membroꝝ virtutes amisi. nesciebā em̄ eū mortuū ⁊ tā sublimem eū sedem in celo accepisse. itaq; quia talem oculi mei nunq̄ perspexerunt lucē. olfact⁹ meus non senserat odorē. tā nouis inauditis signis obstupuerā. Inter hec vox illa emicuit Augustine Augustine Augustīe quid queris putas ne breui immittere vasculo mare totū. breui includere pugillo terrarū orbē. celū frenare ne vsitatos exerceat cursus. que oculus null⁹ hominū videre potuit tuus videbit. que auris nulla per sonū hausit audiet tua. que cor hūanū nullaten⁹ intellexit nec etiā cogitauit existimas te ītelligere posse. infinite rei finē infinitāq; mēsurā quō mecieris poci⁹ terraꝝ orbē ꝑuul⁹ teneret pugill⁹. poci⁹ a motu ꝯtinuo celuz desisteret q̄ gaudioꝝ ⁊ gl̄ie q̄b⁹ beatoꝝ aīe sine fine potiunt̄ minorē intelligeres ꝑticulā nisi vti ego exp̄iēcia docearis. discurre adhuc breui tp̄is spaciū. īpossibilia facere ne coneris donec impleat̄ tu⁹ vite cursus. hic nō q̄ras que alibi quo tā feliciter ꝓperas inuenire possunt. ad hec Aug. obstupuit ⁊ aliq̄lē sumēs audaciā tremebūda voce dixit. q̄s es tu q̄ tā felix es ⁊ tā dulcia loq̄ris At ille. nomē meū q̄ris ihero. illius p̄spiteri cui iā epl̄az mittēdā scribere cepisti sum aīa illi⁹ q̄ hac hora ī betlehē iude carnis onere deposito oī celesti comitatu. om̄i illustrata splēdore ⁊ pulchritudīe tā gl̄iose et tam ineffabiliter ad regnum celorum pergo ibi sine fine mansura.

nullum expecto glorie defectū ꝫ augmentū qñ iterum iungar corpori glorificato ⁊ nō morituro. Cui Augustinus. vtinam virorū eximie tui mereret esse pedissequus. ꝫ queso tui seruuli quez dilexisti im mūdo recorderis vt tuis interuentionibus a peccatis emunder tua gubernatione. recto calle in offenso pede ꝓcedam. tuis defensionib⁹ assiduis ab inimicis mihi ꝯtinue insidiantib⁹ ꝓtegor. tuoq̄ sancto ductu salutis attingā portum. placeret vtinā voluntati tue aliqua mihi interroganti respondere. At ille quod optas dicito. Cui iterū Augustinus. Vellem intellligere vtꝝ beatoꝝ anime quedā velle possint que obtinere nequeant. Cui anima sancti Jhero. Vnū Augustine noueris ꝙ sanctoꝝ anime ita in illa eterna gloria suut solidate ⁊ firmate in dño ꝙ nulli sibi inest alia voluntas nisi dei qua nihil velle aliđ possunt. etem̄ quecunq̄ volunt ⁊ deus vult ⁊ implet. nemo quippe nostruz suis fraudat̄ desiderijs quia nihil p̄ter deum quis nostrū optat Sic ergo scribit Augustinus de illa visione Cyrillo. pluribus horis gloriosissima anima ibidem mecū manens trinitatis sanctissime vnitaten ⁊ vnitatis trinitatem. filij a p̄re generationē. spūssancti a p̄re ⁊ filio ꝓcessionē. angelicas ierarchias ⁊ ordines ⁊ eorundē beatorū spirituū ministeria. beataꝝ etiā animaꝝ felicia gaudia ⁊ alia vtilia ⁊ grauia hūanis intellectibus q̄ subtiliter. delectabiliter ⁊ euidēter q̄ etiā mirabiliter mihi auido patefecit si linguis hoīm loquerer nō explicarē sermonē. deinde ab oculis meis lux ista disparuit sed multis postmodū dieb⁹ ineffabilis odorū suauitas remāsit. Hec Augu. Ex hijs ergo patet q̄ efficax studencium doctor fuerit beatus Jheronimus q: Augustinū docuit de p̄missis ⁊ ecc̄iam sctāz totā illustrauit. scripturā aperiens. bibliā trāsferēs ⁊ plurimos libros scribēs. Hec de primo prīcipali. ¶ Scđo principaliter dixi ꝙ in verbis thematis notat̄ excellencia meritoꝝ btī Jheronimi ⁊ percōsequēs eius ineffabile premiū a deo cū dr̄. Quia angelus dñi exercituū est. nā excellēcia meritoꝝ suoꝝ satis intelligit̄ ꝑ hoc ꝙ demones fugiūt vbi deuote īuocatur btūs Jheronimus. ⁊ ꝓ hoc merito dr̄ angelus. Sicut em̄ angel⁹ dñi ptātem hz ligandi ⁊ calcandi demones ne noceāt hoībus electis scđm ꝙ dr̄ Apoc. xx. Vidi angelū descendentē de celo habentē clauez abissi ⁊ cathenā magnā in manu sua ⁊ app̄hendit draconē serpentez antiquū qui vocat̄ diabolus et sathanas ⁊ ligauit eū ꝑ annos mille id est vsq̄ ad finē mundi. nā diabolus iā ꝑ xp̄i passionē ligatus est vt nō habeat tantā ptātē nocēdi hoībus quantā habebit ī fine mđi ¶ Sic btūs Jheronimus pugnat ꝓ suis ꝯtra diabolū. hoc bñ oñdit Cyrillus in quadā epl'a ad Augu. sic inquiēs in sentēcia. Sabinianus hereticoꝝ fautor duas asserēs in xp̄o volūtates ⁊ qđ pei⁹ ē qñq̄ in se discordes. ad cuius ꝓbationē adduxit verbū saluatoris. Pater si fieri p̄t transfer a me calicē istuz eliciens ex hoc ratiōes grauissimas

pene ineytermi'nabiles q̄ ꝑ ꝑs vna
volūtate voluerit passionem fu-
gere, altera eandem cogente opor-
tuerit subire. Ex hijs dicebat q̄ cri
stus multa voluit que obtinere nō
potuit. Et subdit Cyrillus. Tan-
tū in nos doloris eycreuit q̄ mag-
nitudinez explicare non nequim⁹
peruertebat nanq̄ idem pestifer lu
pus gregem nobis commissum et
quoddam opusculum confecit de
hoc, falsis probans rationibus hoc
sic esse, et hoc idem opusculum vt ei
fidem daremus glorioso ascripsit
Jheronimo. Cuius aūt falsitatis
noticiam competiens quidam bo-
ne memorie Siluan⁹ sancte eccie
Nazareth archiepiscopus scies ti
bi Augustino glorioſum Jheron
mum epistolam super huius erro
ris destructionē non multum ante
sui obitum edidisse nobis insinua
uit. Predictum ergo hereſiarcham
cum suis discipulis quodā die dñi
co ad ecclesiam Jherosolimam in
trauī ad disputandum et suuz ne
quissimum errorem reprobandum
quo cum suis discipulis et vniuer
sis nostris suffraganeis et plurib⁹
alijs orthodoxis in dicta eccia adu
natis disputatio a nona vsq̄ ad
vesperam tendit. Dum autem di-
ctus hereſiarcha opusculum per se
false compositum glorioso Jhero
nimo allegaret. Has beati Jheroni
mi iniurias siluanus ferre non va
lens ex mayima dilectione quam
habuit ad beatū Jheronimū. vnd̄
et quasi ab omnibus alter Jheroni
mus dicebaī ꝓtra dictū hereſiarch
az ꝓtin⁹ surrexit dure eū increpās
Dū aūt inter eos longa oriret̄ ꝓten
cio et alter alterū opprobrijs cōfun
deret in fine ambo sic statuerunt,
q̄ si vsq̄ in presentis diei horā no
nam beatus Jheronimus hoc op⁹
false compositum euidenter osten
deret predictus hereſiarcha capite
puniret̄. Sin autez archiepiscop⁹
siluanus, quibus finitis singuli ad
propria remearunt. Per totam au
tem noctem vnusquisq̄ nostrum
orationibus vacans vigilabat vt
nobis in oportunitatibus auxiliū
eueniret a dño qui neminē in se spe
rantium spernit. Statuto aūt die
et hora hereſiarcha letus ecclesiaz
intrauit cum suis nequicie filijs.
hinc inde vt leo discurrens. stabat
aūt omnis fidelium cōcio in eccia
quilibet sancti Jheronimi clamās
nomen. Jheronimus aūt finxit se
orationibus supplicancium non in
tendere ad tempus vt mirabilior
appareret. et ego dicit Cyrillus to
tus profusis lachrimis quid accide
ret expectabā. cū aūt nihil mirabi
le apparetz cepit sentire hereſiarcha
canina rabie vt siluan⁹ qd̄ pmise-
rat expleret. Siluanus ergo letiſſi
mus iuit ad locū decollationis tā
q̄ ad nupcias et lachrimātes ep̄os
et alios catholicos hijs ꝓsolabaī v
bis. Gaudete mecū carissimi et no-
lite tristari pl⁹ meis ꝑcis merui q̄
pacior. Post hoc genua flectēs ait
O sctē Jhero. adesto mihi si placet
q̄q̄ hoc et maiori dign⁹ sum sup-
plicio tū ne falsitas locū teneat ve
tati succurre qd̄ si pbas nō ē vt ad-
iuuer propicius esto mihi vt in ho
ra mortis glorie tue non sim exps
Et sic spiculatorem alloquitur vt
feriat. Sz audi mirabilia. Eleuat

spiculator ensem vt vno ictu caput antistitis amputet. ⁊ adest subito gloriosus Jheronimus ⁊ cunctis cernentibus manu extensa tenet ensem siluano imperãs vt surgat. deinde hereſiarcham increpans inuenis scripturas falſe compositas eiq; minans ab omnium euanuit oculis. et hereſiarche caput terram pecijt detruncatuz tanq; ſi enſe ſpiculator vno ictu ipm amputaſſet. tunc cuncti qui aderant deo gracias egerunt ⁊ glorioſo Jheronimo. ⁊ diſcipuli hereſiarche ad viam veritatis redierunt. Ecce quantũ exemplar hic antiſtes siluan⁹ factuz eſt omnibus xpianus. non enim ille xpianus eſt qui pro veritate mori timet. hec Cirillus. Ecce quomodo beatus Jheronimus pugnat cõtra diabolum qui erroꝛem dictum
G q; hereſiarcham conuicit. ¶ Hoc etiam oſtenditur in quodam alio miraculo quod ſcribit Cyrill⁹ Auguſtino in eadem epiſtola de ſancto Siluano quomodo dyabolus poſtiam dictum miraculum inuidia motus in forma ſiluani epiſcopi quandam viduam viſitauit nocte vt cum ea cõmiſceretur qua clamante diabolus in camera in angulo ſe locauit ⁊ cum baculis pcuſſus domum vidue exiuit ⁊ ad domuz ſiluani properauit ac ſi ipe ſiluanus hoc nephas perpetraſſet. Mane autem facto cuncti concurrerunt dicentes Siluanum incendio dignum qui ſub ſpecie ſanctitatis tanta mala facere voluiſſet. ſiluanus occulte ad ſepulchruz ſancti Jheronimi fugit quo ibi per duaꝝ horaꝝ ſpaciũ manente quidã, venit ei improperans ⁊ gladio cellũ eius tranſfigere voluit. tunc ſiluanus clamauit. Succurre glorioſe Jheronime ⁊ ſtatim ille in gutur proprium gladium immerſit. ſtatim caſu alius venit putans hoiez a viro dei interfectum ⁊ ſiluanuz gladio interficere volunt cui accidit vt primo q; ſtatim vir dei clamauit. Succurre glorioſe Jheronime. Et ſtatim duo alij eccleſiam intrauerunt. putantes hos duos a Siluano interemptos tunc ſtatim vnus ex eis furia repletus dixit. Tu mulieres ad tuas libidines cogis ⁊ nunc homicidium duplex feciſti ⁊ ſic enſe eum perimere voluit. At Siluanus more ſolito clamauit. ſuccurre Jheronime glorioſe ⁊ ſtatim huic tercio accidit vt duobus primis. quod videns alter q; ſecum eccleſiam intrauit ſtatim clamauit ſiluanum nigromantico ⁊ magica arte hoc feciſſe ⁊ ſic dignum incendio ⁊ ſic populũ cõuocauit. omnes accurrunt. ſiluan⁹ ſtetit vt agnus inter lupos nil aliud dicens niſi hec verba. iuſte hec patior quia in deum meum peccaui grauiter. tunc ſiluanus innocẽs capitur vt ad ſupplicium trahatur. Tunc ſubiungit Cyrillus. Hec ad mea ſonãt aures ⁊ triſtis cũ lachrimis venio ⁊ populo manu ſilenciũ inducens. ſed populus magis furore inflammabatur. Cuz autem extra eccleſiam ſiluanus captus duceretur cunctis cernentibus glorioſus Jheronimus de loco in quo iacebat ſurrexit tanto circũfultus lumine vt videntes ſuſtinere nõ poſſent ſed in terram caderent et Siluan⁹

ni capiens dexteram hijs qui cum captum tenebant imperauit vt dimitterent. Inter hec mulier demone obsessa catenis manibus ⁊ pedibus ligata ad ecclesiam portat. ⁊ ꝯ statim mulieris pes tetigit limen diabolus clamauit. miserere miserere gloriose Jheronime. nazper te crucior ante tempus. cui glorioſus Jheronimus. Nephãde spiritus ab hac exi famula ⁊ tuas fallacias quas contra Siluanũ egisti in siluani forma te demõstrãs detege. ⁊ statim diabolus apparuit in omni forma sicut cum nobili vidua ita vt omnes siluanũ archiepiscopum putarent. ⁊ sic siluano fama restituitur. Tunc ait Jheronimus siluano voce leui. Siluane carissime quid optas tibi placitum me facturus. At ille. mi domine vt hic me amplius non relinqs At Jheronimus. quod optas fiat ⁊ statim spacio vnius hore siluanus expirauit. Ecce quomodo glorioſus Jheronimus pro suis dilectis pugnat contra diabolũ vt angelus fortissimus. Bene ergo dicit. Angelus domini exercituum est. Ex his patet ad quantam dignitatẽ sciencia sacre scripture perduxit Jheronimum. Non autem sic alie artes pro quibus grauiter correctus fuit. sicut ipe de se refert. hec de scdo. Dubitatur circa predicta an beatus Jheronimus habuerit aliquas conditiones speciales propter quas dicitur angelus exercituum. Respondetur breuiter ꝙ sic. Vnde sicut angeli dei defendunt oppressos se inuocantes. ⁊ dirigũt errantes ⁊ eos precedunt in via ⁊ pro orantibus deuote apud deum intercedunt. Ita beatus Jheronimus propter hec tria merito dicit angelus. quia fuit prouidus oppressorum defensor. preuius errantiũ antecessor. et propicius errantium interceſſor. ⁊ se inuocantium adiutor. Primo ergo beatus Jheronimus dicitur angelus quia fuit oppressorum prouidus defensor. Angeli autem oppressos propter deum protegunt ⁊ defendunt. Sicut dicitur danielis. iij. Angelus domini descendit cum Azaria et sociis eius ī fornacez ⁊ excussit flammã ignis dum rex babilonis eos misisset in ignem. sicut heri audistis de festo sancti Michaelis. Ita beatus Jheronimus succurrit oppressis. sicut de ipo scribit Cyrillus patriarcha in dicta epistola ad Augustinum sic dicens. Post obitum beatissimi Jheronimi quedaz hereticorum secta inter grecos surrexit que ad latinos vsq; peruenit qui suis nephãdis rationibus nitebantur probare ꝙ anime beatorum vsq; adventualis iudicij diem quando corporibus erant reuniende visione ⁊ agnitiõe diuina in qua ꝯsistit tota btitudo sctõꝝ priuabãt. ⁊ dãnatoꝝ silr vsq; ad diẽ iudicij nullr cruciarent penis. Quoꝝ rõ talis erat Sicut aĩa in corpe meruit vel peccauit ita cũ corpe pmia recipiet vl penas. Asserebãt etiã de illa secta nullũ fore purgatorij locũ ī quo aĩe que non dum de suis peccatis plenam egissent penitenciam purgarentur. Et subdit Cyrillꝰ ꝙ hec secta inualescente tantus dolor in eum irruit vt pigeret eum viuere.

Et sic cunctis suis suffraganeis et alijs catholicis conuocatis ieiunia et orationes eis indixit vt diuina bonitas suam non sic permitteret ledi fidem. Et ecce mira res. et forte similis nunq̃ visa trib⁹ expletis diebus ieiuniorum et orationum subsequenti nocte gloriosus Jheronimus suo dilectissimo filio Eusebio oranti manifeste apparuit et alloquendo benigne dixit. In hac pestifera secta minime formides quia sibi finis imponendus erit. quem Eusebius nimio splendore fulgentē intuitu quasi de graui somno euigilās pre gaudio dulces lacrimas fudit. ita vt penevocem formare non posset. attamen quantum poterat clamare cepit. Pater meus Jheronim⁹ es. et hec verba pluries iterans ait. Cur me pater deseris certe tenebo nec dimittam. nec sine tuo filio quem dilexisti gradieris. Ad quem Jheronimus. Non te dilectissime fili deseram vicesimo nanq̃ die me seq̃ris et mecum in gaudio sine fine permanebis. Sed hec Cyrillo cunctisq̃ fratribus annuncia vt die crastina iuxta p̄sepe dñi vbi meū quiescit corpus omnes in vnum conueniant tam catholici q̃ illius secte viri et trium hominum qui ī hac sunt vrbe hac nocte defuncti cadauera in locum vbi meum humatū est corpus facies portari. sup quos saccum meum quo vtebar scilicet cilicinum pones et statim vite pristine restituti hanc exhibebant benedictionem. Et sic Eusebio Jheronim⁹ valedicens discessit. Mane autē facto Eusebi⁹ Cyrillo cuncta narrauit vt ipe fatetur in hac epistola. Et Cyrillus omnes vt dixerat Jheronimus conuocauit. O mira dei clemencia. accedens itaq̃ venerabilis Eusebius ad singulorum cadauera flexis genibus manibusq̃ in celum eleuatis sic orauit. O deus cui nihil impossibile vel graue est immense fortitudinis et virtutis qui facis mirabilia magna solus et nullum in te speranciuz spernis. exaudi nunc preces tuorum fidelium vt tua quam dedisti fides inuiolata maneat. et vt hic error appareat per merita tui dilecti iheronimi. introduc in hec cadauera animas quas de ip̄is egredi voluisti. qua oratione facta cilicio quo beatus Jheronimus supra carnez vtebatur tangens cadauer protinus in ip̄m vite sp̄m introduxit. et ita consequenter de alijs. et sic omnes perfecte sunt resuscitati q̃ ceperunt animarum beatarum gloriam et peccatorum penas tam purgatorij q̃ inferni clara voce omnibus intimare. Et subdit Cyrillus q̃ sibi postmodum dixerunt q̃ beat⁹ iheronimus eorum animas introduxerat in paradisum purgatorium et infernum vt que ibi agebantur patefacerent vniuersis. eisq̃ dixerit vt ad corpora redirent et de perpetratis peccatis penitenciam agerent. quia ea die et hora qua venerabilis Eusebius mortuus erat et ipi migraturi erant et si bene agerent essent cum eo gloriam adepturi. quod et factum est. Quales aūt penas narrauerint memini me lacius alibi dixisse. Hoc tamen scribit Cyrillus q̃ quadam vice vnū

eorum semper flente cur fleret inter
rogauit. At ille post interuallum
dixit. miror quod homines qui se mori
nō dubitant tanta securitate viuūt
et non semper flent. nam omnes pe
ne q̄ in mundo excogitari possunt
minime pene ī inferno aut purga
torio equari non possunt. vnde si il
las experiēcia nosceret homo mal
let omnes penas quas omnes ho
mines ab Adam sustinuerūt et ad
finem mundi sustinebunt simul
sustinere q̄ minori pena que est in
inferno aut purgatorio vna die tor
queri. Et subiunxit quod infernales
pene in nullo differunt a penis pur
gatorij et econuerso. nisi quia iste
sunt temporales ille vero eterne. di
xit etiam quod tanta diuersitas esset
penarum paganorum et malorum xp̄ia
norum quod licet ineffabiles essent pa
ganorum pene tamen quasi mille vi
dent̄ respectu aliarū. Hec Cyrillus
Augustino vbi supra. Ecce quo
modo beatus Jheronimus ad in
star angeli fuit puidus opressorum
defensor cum fides opprimeretur
Scdo beatus Jheronimus merito
dicitur angelus quia fuit p̄uius er
rancium antecessor. Jdeo de ipo di
ci pōt illud Malach. iij. Ecce ego
mitto angelū meum qui p̄parabit
viam ante faciem meā. ¶ Qd licet
specialiter dictū sit de Johanne ba
ptista tn̄ congruit btō Jheronimo
quē btūs Aug. coequat Joh. bap.
in epl'a ad Cyrillū dicēs. Porro ne
aliquibus deridendi laqueuz inijce
re videar Johanni baptiste et apo
stolis in sanctitate et gloria equalē
esse sanctissimum virum Jherouī
mum fateor. vnde non dum quatu
ōr dieb⁹ expletis que in visione ha
bui narrabo non carnali amore vl'
alia causa sed veritatis amore per
reuelationem diuinit⁹ mihi factā
quarta nocte p̄cedēte cogitanti mi
hi quid laudis et reuerencie Jheroni
mo retexerem dum sic disponerem
tibi de hoc epistolam scribere hora
noctis media me somnus oppres
sit et ecce maxīa mihi affuit āgelorum
multitudo inter quos plus infini
tum sole fulgentes erant duo viri
ita similes vt nulla in eis videret̄
differencia nisi quia alter tria serta
ferebat in capite ex auro et lapidi
bus p̄ciosis. alter vero duo. ambo
candidissimis induti collobijs vn
diq̄ auro et gemmis contextis. ac
cesserunt illi ambo ꝓpe me et sub si
lencio paulisper steterunt. et inde il
le qui tria serta ferebat hijs verbis
me alloquebat̄. Cogitas Augusti
ne quas debeas laudes de Jheroni
mi veritate ꝓferre et certe diu cogi
tans nō dum cogitasti. sed ad hoc
ambo venimus et eius tibi gloriā
indicemus. Hic certe meus socius
quem vides Jheronimus ipe est.
qui sicut mihi equalis ī vita et sctī
tate fuit ita per omnia in gloria ē
equalis, et que possum ipe potest. et
que volo ipe vult. et sicut deum vi
deo et cognosco sic et ipe. Sertum
vero tercium quod plus fero illo aure
ola est martirij quo vitam finiui
corporis. ipe autem eo quod tam paci
enter et gaudenter in mundo labo
res. penitencias. erumnas. contu
melias. afflictiones et cetera mul
ta pertulit premium martirij non
amisit. tamen quia gladio vitam
non finiuit aureolam que in signū

martirij datur talem non habet. Alia vero duo serta que habemus aureole sunt que solis virginib⁹ ⁊ doctoribus dant̄ vt ab alijs discernantur. Ad hoc respondit Aug. vt ipe refert. Quis es dn̄e mi. At ille. Johannes baptista sum q̄ ad hoc ad te descendi vt tibi nunciarē iheronimi gloriā quatenus ip̄m gentibus nuncies. Hoc enim scias ꝙ honor et reuerencia qui simul sanctis exhibetur ceteris omnibus exhibetur. quia propter caritatem ineffabilem qua seinuicem diligunt quilibet sanctorum. ita de alterius gaudet gloria sicut de sua. ⁊ sic minor de maioris gloria gaudet ac si eam haberet. Hijs dictis societas illa discessit. Et subdit Aug. Expergefact⁹ itaq̄ a somno subito tātos sensi caritatis ardores quātos in me vnq̄ senseram nec deinceps aliquis inuidie aut superbie appetitus in me fuit. Et sequitur. Testis est mihi deus qui omnia nouit anteq̄ fiant ꝙ deinde tantus ī me extitit caritatis feruor ꝙ plus alieno bono gaudeo q̄ meo. plus affecto omnibus subesse q̄ preesse Hec Aug. Ecce quomodo beatus Iheronimus fuit preuius erranciū antecessor dum Augustinus a Johanne baptista presente Iheronimo sic instruitur. ⁊ ideo bene angelus nobis viaz domini preparās nuncupatur. ¶ Tercio beatus Iheronimus bene dicitur angelus quia est propicius orancium intercessor Angeli enim pro deuote orantibus affectuosissime apud dominum intercedunt. scd̄m illud Thobie. xij. Quando orabas cum lachrimis ⁊ sepeliebas mortuos ⁊c̄. ego obtuli orationem tuam domino. Sicut Iheronimus deuoto oratori Eusebio affuit presidio sicut scribit Cyrillus in predicta epistola ad Augustinum. Aduenientе enim die quo venerabilis Eusebius a beato Iheronimo in visione se migrare sciuerat die tercio preeunte languore febrium concussus memor magistri sui Iheronimi se nudum super terram a fratribus deferri fecit et singulos osculans fratres benigna eos consolatione confortabat vt in sancto proposito manerent. Deinde saccum quo gloriosus Iheronimus indutus erat afferri fecit ⁊ supra se poni iussit. ordinauitq̄ se nuduz ad instar magistri extra ecclesiam in qua iacebat sancti iheronimi corp⁹. sepeliri P⁹ hoc corpe cristi domini nostri se muniens. se beato iheronimo commendauit ⁊ sic per triduum corporali locutione ⁊ visione priuatus circumstātibus alternatim fratribus psalterium. passionez domini ⁊ alia sacra legentibus iacuit. Sed audi terribile quod sequit̄. A die quo moriturus erat per duas horas ante beate anime exitum venerabilis eusebius tam terribiles actus cepit ꝑ agere ꝙ circumstātes monachi pauore territi velut amentes in terra iacebant. nam quandoq̄ transuersis oculis manibus simul iunctis facie terribili. voceq̄ dira quasi sedens clamabat. non faciam. non faciam. mentiris. post hoc ad terrā rediens faciē in terrā firmabat inquantū poterat clamans. Adiuuate fratres ue pereā. quod mona

chi vidētes lachrimātes ⁊ tremtes eū interrogauerūt. qd habes pr̄. ad quos ille. nō videtis demonū agmina que me debellare cupiunt. et illi. quid te facturū volebant cū dicebas. nō faciā. At ille. conant̄ nāq; vt diuini noīs blasphemus īueniar ⁊ ideo hoc me nō facere acclamabam. At illi. quare pr̄ faciē abscondebas in terram. ⁊ ille. vt eoꝝ aspectū nō cernerē q; tam turpis ⁊ terribilis est ꝙ omnes pene que in mdo sunt eiꝰ respectu nihil sunt. inter hec verba actꝰ priores reiterans sic ad extremam horā vsq; deuenit Fratres aūt qui astabant pauore ⁊ dolore pterriti veluc mortui stabāt quid facerēt nescientes ꝫ oīpotens deus qui suos nō derelinquit in tpe necessitatis ad extremā itaq; horam venerabili Eusebio puenienti gloriosus Jheronimꝰ apparens eū benigne ꝯfortauit. cuiꝰ aduentū oīs illa demonū turba quasi infinita eius timore pterrita ab eo velut fumus euanuit. ⁊ omnes astantes audierunt ab Eusebio has voces. Vñ venis pr̄. quare tm̄ moratus es queso filiū tuū nō derelinquas. Cui subito cunctis audiētibus alia vox rñdit. Expecta filine formides q; te nō deseram quez tm̄ diligo. qua voce audita breui decursa morula venerabilis Eusebius expirauit. qua quidem hora illi tres qui resucitati sunt migrauerunt. ⁊ cuz Eusebio ad eterna gaudia vt puta peruenerunt. Hec Cyrillus. Ex hijs ergo patet ꝙ beatꝰ Jheronimus bene dicit̄ angelꝰ q; nō solum fuit prouidus oppressoꝝ defensor ⁊ preuius errancium antecessor sed fuit etiam ꝓpicius orancium intercessor. ⁊ hoc ex eo habuit quia gracia diuina p̄uentus sacrā scripturam tradens ⁊ in ip̄a meditans mundū illumīauit. inimicos fidei catholice ꝓstrauit ⁊ credentes saluauit ⁊ in fide confortauit quia labia eius iuxta thema custodierūt scienciam legis dei. ⁊ alij ex eius ore legem didicerunt ⁊ impleuerūt. eo ꝙ tanq̄ angelus dñi vitam ducens cunctos exemplari vita deuz timentes edificauit ⁊ in bono firmauit. Imploremꝰ ergo hodie gloriosissimū Jheronimū vt sua nos intercessione ab omnibus insidijs diaboli defendat ⁊ gratiam viuendi a deo nobis impetret ꝑ Jhesum xp̄m dominum nostrum Amen.

De sancto Maximiliano sermo sequitur. Wann. xvij.

Beati sunt serui illi quos cum venerit dñs inuenerit vigilantes Lu. xij. Vos estote parati. quia qua hora nō putatis filius hominis veniet. Vigilate quia nescitis qua hora dñs vester venturus sit Math. xxiiij. Hodie agimus festum beati Maximiliani patroni nostri cuiꝰ corpus in hac eccīa sancti Stephani ꝓthomortiris requiescit. ⁊ si dignū ē venerari oēs sctōs ⁊ electos dei ad laudez ⁊ gloriam oīpotētis dei qui ī suis sctīs laudat̄. specialiter tamen illos veneramur quoꝝ reliquie nobiscum sunt condite. ⁊ magis illos qui dū viuerent sua doctrina nos illuminauerunt. Quanto magis venerari debemus sanctū Maximilianū

cuius non solum habemus apud nos reliquias. immo & totū corp⁹ qui & non solū nunc noster patronus exist̄it sed & hic dum viueret hanc Patauien̄. ecclesiam suis doctrinis illuminauit & plebem sibi subiectam sanctissima sua vita in bono confortauit. Hic vtiq; ne tirannī atq; heretici sibi subiectam plebem suis erroribus macularent diligenter vigilauit vsq; ad mortem quia p fide martirio coronatus fuit. quare merito beatus & de numero illorum esse dicit̄. de quibus dn̄s in verbis thematis dicit. Beati sunt serui illi quos cū venerit dn̄s inuenerit vigilantes vbi supra. Pro gr̄a Aue Maria.

Beati sē serui illi nē. vbi supra Lu. xij. In hijs verbis ad pfectū nr̄m duo nobis sunt notanda vicz primo vt simus ī diligēti & solerti vigilia ꝯsciencie nostre ne in aliquo deū offendat cū dr̄. Quos cū venerit dn̄s inuenerit vigilātes. Scdo p̄miū huic merito correspondēs cū dr̄ a principio. Beati sunt serui hic in spe & tādē in re. ¶ Circa primuz est notandū scdm Innocentium in quodā sermone de ꝯfessorib⁹ q anima duobus modis dormit ī vicijs & duobus modis vigilat in virtutibus. dormit per errorē & ignorāciam. dormit per torporem & negligēciā. Cōtra primū modū orat p̄s. Illumīa oculos meos ne vnq; obdormiam in morte. id ē ne obuoluar vnq; criminali pcō. Vbi dicit glo. & alibi. Delicta quis ītelligit ab occultis meis munda me. q. d. Multa sunt quibus delinquimus que ignoramus. Contra scdz modum dicit Salomon p̄uerbiō. vj. Vsq; quo piger dormis q̄n ꝯsurges ex somno tuo. paululum dormies. paululū dormitabis. et sequit̄. Et veniet tibi quasi viator egestas. Vterq; autem somnus p̄dict⁹ est damnabilis & mortalis. nā ignorans ignorabit̄ & negligens negligēt̄. Dū em̄ culpa nescit̄ penitēcia nō agit̄ & ideo venia nō dat̄. Duz cura negligit̄ medicina nō querit̄ & ideo sanitas desperat̄. q; si ex pigricia nō querit medicinā nō sanabitur sed infirmitate morit̄. Illd̄ declarat Innocencius per illud qd̄ scriptū est. ij. Reg. iiij. Legit̄ enim ibi q duo principes latronū Rechab & Boana venientes in domuz Jßboseth qui dormiebat super stratum suū meridie & ostiaria dom⁹ purgans triticū obdormiuit. qui p cussertūt eū ī inguine & sublato capite abierūt. Sed quia vt dicit apostolus ad Ro. xv. Quecunq; scripta sunt ad nr̄am doctrinā scripta sunt vt per pacienciā & ꝯsolatōnez scripturarū spem habeamus. nam oīa in figura contingebant illis. j. Cor. x. Ecce tā Jßboseth q̄ ostiaria dormiebat. Ostiaria que triticum purgabat a lolio. frumentū a vicio ipa est rō quo discernit bonū a malo. virtutē a vicio. que si forte per ignorancia obdormierit vt ostia domus id est sensus corporis nō custodiat. duo principes latronū id ē spūs cupiditatis & spūs superbie q̄ sunt duo vicia. Quia radix oīm malorū est cupiditas. ad quā ptinet oīs illicit⁹ appetit⁹ et inicium oīs pcī supbia ad quā spectat oīs iiqua p̄sumptio. ingressi domū

statim Jßboseth dormientē id est animū negligentē in inguine feriunt id est per carnis delectationez occidunt. nihil em̄ magis amicū ē voluptati q̄ ociū. Qd̄ etiaz poeta cognouit cū ait. Queritᷣ egistᵘ quare sit factᵘ adulter. Inprompta cā est desidiosus erat. Bene ergo Jßboset vir ꝯfusionis interp̄tatᷣ quia dignus est ꝯfusione qui negligit vigilare. Ideo dicit Jhero. Semper aliquid opis facito vt te diabolus inueniat occupatū. Propterea dn̄s p̄cepit math. xxiiij. Vigilate ergo q̄ nescitis qua hora dn̄s vr̄ vēturᵘ sit. Et apl's ait. j. petri. v. Fratres sobrii estote ⁊ vigilate in orōnibᵘ vestris q̄m̄ diabolus aduersarius vester tanq̄ leo rugiens circuit quē deuoret querēs cui resistite fortes ī fide. ¶ Et si dicerz quis habeo nūc q̄ vigilare debeo ⁊ nō dormire per ignoranciā ⁊ negligenciā q̄bus modis tn̄ vigilare debeo ꝯtra illa vicia. Rn̄det Inno. vbi supra q̄ vigilare debemus duobus modis in v̄tutibus scz p fidē cordis ⁊ p sollicitudinē opis p fidē cordis aduersus errorem ⁊ ignoranciā per sollicitudinē opis. ꝯtra torporē ⁊ negligenciam. Illud on̄dit apl'us. j. ad Cor. xvj. Vigilate ⁊ orate ⁊ state in fide. viriliter agite ⁊ ꝯfortamini vt omnia vr̄a in caritate fiant opera Nā sine fide impossibile est placere deo ad Heb. xj. Et fides sine operibus mortua est Jacobi. ij. Jdo dicit saluator Joh. xij. Dum lucez habetis credite in lucem vt filij lucis sitis. Et apostolus ad Gal. vj Dū tempus habetis operamini bonum ad omnes. Maxime autē ad domesticos fidei. Sz quare. respōdet Innocenciᵘ. Veniet em̄ tempᵘ quando nec agere poteritis nec videre. quando videlicet dicetur vobis illud Math. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Ligati em̄ manibus non possunt agere ⁊ p̄iecti ī tenebras exteriores nō possunt videre. Vigilate ergo quia nescitis quando veniet dn̄s. nam ⁊ si nihil sit morte cercius. nihil tn̄ hora mortis est incercius. Est em̄ nobis hora mortis semper incerta vt semp sit nobis suspecta vt ita sp nobis viuere liceat tanq̄ mori semp opteat. Ex omnibᵘ p̄dictis habemus q̄ homo semper debet esse in custodia sue ꝯsciencie vigilando ne deū offendat omittendo vel ꝯmitendo Hoc autem nihil aliud est q̄ semper esse in timore dei. ¶ Illius habemus exemplum in vitaspatruz de abbate Machario quē cū interrogabant fratres quare ita siccus siue macer esset. Respōdit. Sicut lignum cum quo carbones ardentes versantur semper consumuntᷣ ab igne. Sic homo si mentem suā tenuerit in timore dei ip̄e timor ossa eius consumit. Quod vtiq̄ bene ostendit beatus Jhero. dicēs. Quocienscunq̄ diem illū scz iudicij ꝯsidero toto corde ꝯtremisco. ⁊ siue comedo siue bibo siue aliquid alid̄ facio semper videtur illa tuba terribilis sonare in auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciū. Ad hunc terrorem beatus Jhero. hortabatur discipulos suos cum iam esset in vltima egritudine ꝯstitutᵘ dicens. Si noster genitor timuissz

nunq̃ cecidisset. primum enim omnium malorum fuit presumptio. q̃ nõ timet de se p̃sumit. quõ inter latrones quis onustus auro securus gradit̃. Saluator q̃d nos alid̃ docet nisi timorẽ. Vigilate inquit q̃ nescitis qua hora fur venturus est. hec Jhero. Et post pauca subdit. Nemo inter serpentes cũ securitate habitat. qui sanctior ⁊ sapiencior est plus semper timeat. Cecidit ille sapiens Salomon. Cecidit ⁊ eius genitor Dauid electus scd̃m cor dñi Timeatis fratres iterũ rogo. vndiq̃ timeatis. q̃ beatus est vir timens deũ. Ecce quõ beatus Jheronimus hortatus ẽ discipulos suos ad timorẽ mdi qui est vera vigiliaqua quilibet hõ hic vigilare dz ne deũ offendat. Hunc timorẽ et vigiliã quantũ habuerit sctũs maximilianus patronus noster bene ostendit eius legenda qui nõ solũ pro se ꝫ et ꝓ grege sibi ꝯmisso diligẽtissime vigilauit vsq̃ ad mortem. Nunc ꝯsequenter ꝓsequendo scd̃m membrũ diuisionis thematis scd̃i vel tercij est videndũ. quare vigilare semper ⁊ timere debemus quia ignoramus aduentũ dñi aduenientis in morte cuiuslibet. nescimus em̃ qñ veniet. ¶ Pro quo notandũ ꝙ scd̃z Jnno. vbis̃. dñs q̃tuor modis venit ad nos. primo ⁊ vltimo venit semel. scd̃o ⁊ tercio venit sepe. primo venit in mdm ad redẽptionẽ. vltimo veniet in iudicio ad retributionẽ. scd̃o venit in mentem ad sanctificationẽ. tercio venit ĩ carnẽ ad dissolutionẽ. i. in morte. De primo dr̃. Exiui a pr̃e meo ⁊ veni in mdm. Joh. xvj. De vltimo. Videbitis filiũ hoĩs venientẽ in nubibus celi cũ ptãte magna ⁊ maiestate math. xxvj. De scd̃o dr̃. Ad eũ veniemus ⁊ masionẽ apud eũ faciemus Joh. xiiij. De tercio Cũ venerit ⁊ pulsauerit ꝯfestim aperiant ei Lu. xij. Venit vt aĩam quã dedit accipiat. pulsat vt per carnis molestiã mortẽ vicinã annũciet. nescitis aũt qñ dñs veniet sero. an media nocte. an gallicantu. an mane vbi Jnno. per q̃tuor illas horas intelligit q̃tuor hoĩs etates scz puericiã. adolescenciã. iuuentutẽ atq̃ senectutẽ. Jn quibus dormit q̃ negligit ⁊ ignorat. vigilat qui credit et opat̃. porro qui dormit in vna vigilet saltẽ in alia. q̃ quacũq̃ hora peccator ꝯuersus fuerit ad penitenciã vita viuet ⁊ nõ moriet̃ ait dñs Ezech. xviij. Nemo tñ lõganimitatis eius paciencia abutat̃ diuci⁹ q̃ quanto magis deus sustinet in p̃senti tãto grauius puniet in futuro. neq̃ q̃s p̃stituat longã vitã q̃a sicut ait saluator. Qua hora nõ putatis filius hoĩs veniet vbi supra Jdeo multi se deceperũt ꝓponẽtes penitere in senio. Videmus em̃ ad experienciã ꝙ tales in senio minus sunt dispositi q̃ in iuuẽtute. ⁊ non mirũ q̃ nõ meruerũt gr̃am a deo sibi dari ꝑ quã ad deũ ꝯuerti possent Jdeo scriptum est Ecc̃iastes. ix. Quodcũq̃ p̃t manus tua facere instanter operare q̃ nec opus nec rõ nec sc̃ia nec sapĩa erũt apud inferos quo tu ꝓperas. Et Ecc̃iastici. v. dr̃. Ne tardas ꝯuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diẽ. subito em̃ veniet ira illius ⁊ in tempore vĩdicte disperdet te. Jlld̃ bene nobis dñs

exemplificauit de diuite dicente luce.vij. Anima habes multa bona posita in annos plurimos requiesce comede. bibe. Dixit aut illi deus. Stulte hac nocte repetent a te que aut parasti cuius erut O vtinam aduerterent hoc illi qui immersi sunt totaliter curis rerum tpalium. qui et tedium habet in omnibus que respiciunt salutem eorum. vtique hoc aduertit btus Maximilianus qui post obitum parentum suorum diuitum et fidelium oia que reliquerunt indigentibus distribuit. qui et postea ppter famam sanctitatis vite sue electus est et receptus in archiepm lauracensem. postq sanctus Quirinus antecessor suus factus est primas eccie. Aquilegien. Cum aut sctus Maximilianus in vinea dni in laureato et in hac Patauien. eccia que etiam sibi suberat diligenter aliqd diu laborasset fructuosissime in extirpandis erroribus infidelium et vicijs plurimis accessit ad locum natiuitatis sue in Celeyam volens etiam ibi extirpare errores plures quos ibi pullulare nouerat. et cum sua saluberrima doctrina plurimos ibidem edificasset amputato capite palmam martirij consecutus est. Sz qz dns dixit illos seruos beatos qui hic diligenter vigilant Lu.vij. Bti sunt serui illi quos cum venerit dns inuenerit vigilantes. ¶ Est notandum q dupley est btitudo vna vie altera patrie. Btitudo vie ostitit in spe. Beatitudo patrie ostitit in re. ista ostitit in fide. illa ostitit in gloria. ista ostitit in timore. qz beatus vir qui timet dnm. illa consistit in gaudio et securitate. De beatitudine vie dr in ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dni. ꝑ de beatitudine patrie dr in ps. Beati qui habitant in domo tua dne in secula seculoz laudabunt te. Isti ambulat sed illi habit at. quia isti laborant diligenter vigilando vt supra sed illi quiescunt. isti exercentur in lege. sed illi delectant in laud. Beati ergo sunt serui illi quos cum venerit dns inuenerit vigilantes. sed modo beati sunt per spem tandem per rem. modo per fidem. tandem per speciem siue claram dei visionem. modo per meritum. tandem per pmium. modo per graciam tandem per gloriam. Ac si dicere vellet dns suis seruis bene vigilantibus Beati estis qui sic vigilastis. quia pro hac diligenti vigilia consequamini pmia in btitudine etna. Hec est beatitudo eterna vt cognoscant te deum verum et quem misisti Jhesum xpm. Joh.xvij. Perfecte nacq beatus est cui omnia optata succedunt. et certe qui deum videt quic quid desiderat habet. Delectaris in sapiencia habes quod cupis. qz deus est pfectissima sapiencia. Que attingit a fine vsq ad finem fortiter et disponit omnia suauiter. in quo omnes thesauri sapiencie et scientie sunt absconditi. Delectaris in pulchritudine. si deum vides habes quod cupis quia deus est perfectissima pulchritudo in quam desiderant angeli prospicere. Eius pulchritudinem sol et luna mirant sicut dixit btā agnes. Delectaris in pace si deum vides habes qd cupis.

quia ipe est perfectissima pax qui
fecit vtraq; vnū. cuius pax exupe
rat oēm sensum. delectaris in lu
ce si deū vides. habes qd cupis. q̄a
ipe est perfectissima lux que illumi
nat oēm hoīem venientē in hunc
mdm. ⁊ ipe habitat lucem inacces
sibilem. Delectaris in fortitudine.
si deū vides habes qd cupis. qr deꝰ
est ꝑfectissima fortitudo. cui nihil
est impossibile. cuius voluntati ni
hil resistit. qui est fortis ⁊ potēs su
per omnes deos. Sed ⁊ delectaris
forsitam in dulcedine. vere ipe est
summa dulcedo. De qua dicit scri
ptura. q̄ magna multitudo dulce
dinis tue domine quam abscondi
sti timentibus te. Gustate ⁊ vide
te inquit quoniam suauis est dn̄s.
dulcis ⁊ rectus benignus ⁊ pius.
Beati sunt ergo illi quos cum dn̄s
venerit inuenerit vigilantes. ⁊ sic
omnia in deo consequentur opta
ta. Hec Inno. sentencialiter vbi
F supra. ¶ Dubitatur circa ea que di
cta sunt. Sunt ne alique cause pro
pter quas vigilare debemꝰ in timo
re dei que hic ī via nos ad hoc mo
nere debent. Ad hoc respondet hol
kot super libro sapiencie ꝙ triplex
causa exprimit̄ in scriptura quare
vigilare ⁊ vigilanter in omnibus
nos debemus habere. Prima cau
sa est hostilitas crudeliuz inimico
rum nobis aduersancium. Scda
debilitas nostra in resistēdo ī hac
terrestri habitatione. Tercia cau
sa est vtilitas fideliter consequen
di vigilantibus. videlicet beatitu
do. de qua supra. Primo diligenter
vigilare debemus ꝓpter crudelita
tem inimicorum nostroruz. Sicut
em̄ hoīes existentes in bello nō pos
sunt bene somno vacare. ita ⁊ nos
qui sumꝰ quotidie in bellis multis
sp vigilare debemus. Vn̄ in p̄s. dr̄
Cōculcauerūt me ī imici mei tota
die qm̄ mlti bellātes aduersuz me
Pugnat em̄ ꝯtra nos caro q̄ nobis
est ītima. mds extra nos ⁊ demo
nes circūquaq;. ergo necesse habe
mus vigilare. Illius habemus ex
emplū in irrōnabilibus. Vn̄ sicut
dicūt naturales grues inter se vigi
lias diuidunt. ⁊ ista que dz vigila
re lapidē tenet in pedibus vt si illa
dormit lapis cadēs ipaz ⁊ alias ex
citet. si ergo auis insensata que vi
gilare nō tenet̄ sic sibi ꝓuidet ꝯtra
somnū mlto magis nos ꝯtra som
nū cautelā ꝯtinuā habere debemꝰ
⁊ hoc dico ꝯtra somnū mortal' pec
cati. quia recte sicut dormiens nō
sentit quicq̄d secū agat̄ extrinsecꝰ.
nisi vehementer tangat̄. Ita pctō
res multi nisi vehemēter tangant̄
a deo tribulationis aut corpis mo
lestia vel aduersitate nō ꝯuertunt̄
ad deū cui vigilare deberēt ꝫ ī pec
catis suis dormiētes nō senciūt se
esse a diabolo ligatos ⁊ ab oī bono
alienos. Hoc attēdēs apl's petrꝰ ī
quit vbis. Fratres sobrij estote et
vigilate ⁊c. ¶ Et notāter adiūgit G
sobrietatē vigilie nō ebrietatē. qr
ebrietatē necesse sequit̄ multꝰ som
nus. Et dicit Holkot ꝙ de aduer
sario nr̄o diabolo est sicut de qua
dam duce carthaginensi. Iste eniz
dux habuit bellum ꝯtra quosdam
de Affrica. qui erant nimis auidi
ad bibendum vinum. Quod intel
ligens dux predictus tunc contra
eos vsus est cautela illa. Accepit

em̄ multa dolia vini et miscuit cū vino succū cuiusdā herbe que vocatur mādragora. que quidē herba ē multum somnifera. Sicut docet Aresto. de somno et vigilia. Facit em̄ hoīes ita ꝓfūde dormire ꝙ fiūt insensibiles. et ideo solet dari hoībus qui sunt propter aliquam infirmitatē curandā secandi vt possint sine dolore secari. Ille ergo dux dolia vini hac herba infecta dimisit ī tentorijs suis et fugit. derelinquēs ad cautelā tentoria sua. Qđ cū vidissent Affrici gaudentes tentoria intrant et inueniētes victualia cū vino in abundancia comederūt et biberunt de isto vino infecto ⁊ statim oēs sic oppressi sunt somno ꝙ nullomodo se iuuare poterant. Qđ explorans dux p̄dictus de nocte redijt super eos et miseros sicut voluit trucidauit. Ista cautela mortalitet vtitur diabolus ꝯtra hoīes quos tentat. Vinū em̄ qđ letificat significat gaudiū vel lasciuiam secularem. Istam leticiā siue iocunditatē diabolus sic commiscuit succo mandragore id est delectatione luxurie ꝙ omnes ex eo bibentes fiunt quasi insensibiles. Quod patet de istis qui inseruiūt gaudijs et lasciuijs secularibus. ¶ Mādragora aūt est herba habens masculū et feminā et omnia lineamenta humani corporis in se p̄fert et ad generationis fecunditatē ꝯfert. Vñ gen̄. iij. dixit Rachel sorori sue Lye de Jacob viro suo. Dormiat tecū in hac nocte ꝓ mandragoris filij tui. Et ideo merito mandragora voluptatē carnis designat quia tota mundana iocunditas inter hoīes hijs diebus diabolo ꝓcurante. qui nos semꝑ cautelose debellat de succo voluptatis est infecta. Ideo homines viciosi dormiūt in peccatis et ad correctionē p̄dicatorū et eorū qui curam habent reperiunt̄ insensibiles vt dicat quilibet illud ꝓuerbioꝝ. xxiij. Verberauerūt me ⁊ nō dolui. traxerūt me ⁊ nō sensi quando euigilabo ⁊ rursus vina reperiā Non sic carissimi nos ita faciamꝰ sed sequamur apl'm vbi supra dicētem. Sobrij estote ⁊ vigilate ⁊c. Sobrietas em̄ est mr̄ oīs virtutis sicut ecōtra voluptas ⁊ crapula mr̄ oīs vicij. Scđa causa quare ī hac vita vigilare debemus ē debilitas nr̄a in hac terrestri habitatiōe vñ homo qui iacerz in domo ruinosa ex oī parte debili ⁊ simul sciret cū hoc ꝙ aliquis exterius ꝯtinuo suffoderet muros ad eum occidendi. vtiqꝫ nō daret se somno si esset prudens ꝫ ꝯtinue vigilaret. Ita domus aīe est corpꝰ luteū vel terreū. scđz illud Job. iiij. Qui habitat domos luteas qui terrenū habēt fundamentū ꝯsumunt̄ velut a tinea. Fossor ē mors que indefinēter nitit̄ ꝑfodere domū nr̄am vt furet̄ aīaz cū pctīs si posset vel cum penis debitis ꝓ peccato. Et ideo bene dicitur Math. xxiiii. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiqꝫ ⁊ nō sineret ꝑfodi domū suā. ꝫ timendū ē ne de nobis fiat sicut de pueris nauiter notis. De quibus dicit Aristo. ī de somno ⁊ vigilia ꝙ pueri quando pariuntur dormiunt et habent oculos clausos. ꝓpter consuetudinem dormiendi in matrice. Sicut est de multis

peccatoribus q̃ꝫdiu in eis inualuit ꝯsuetudo dormiendi. negligencie. pigricie ⁊ accidie ꝙ vigilare nõ possunt in bono opere ß cauendũ ẽ eis ne incurrãt epilensiã mortaliter. Sicut em̃ epilensia est infirmitas cerebri. faciens hominẽ subito ⁊ ex inopinato cadere. Ita tales qñq̃ subito a deo infirmitate mortali tangunt̃ ex qua vsu rõis priuant̃ et sic in suis peccatis moriunt̃. Tercia causa quare vigilare debemus est vtilitas fidelis amministrationis. Sumus em̃ sicut serui vigilãtes de nocte ⁊ expectantes aduentum dñi sui de nuptijs redeuntis. nupcie sunt in celo ineffabilis gaudij de clara dei visione ⁊ hũanitatis xp̃i cũ deitate ꝯiunctione. que sunt vere nupcie celestes. De quibus nupcijs vẽturus est dñs nr̃ ihesus xp̃us in die iudicij descensurus ad totũ mundũ iuxta sua merita iudicandũ. Vigilemus ergo qꝛ nescimus qua hora dñs nr̃ venturus sit. Math. xxiiij. Et Lu. xij. dicit dominus. Sint lumbi vestri precincti ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris ⁊ vos similes hominibus expectantibus dñm suum qñ reuertatur a nuptijs vt cum venerit ⁊ pulsauerit confestim aperiant ei. Sed q̃uis omnes sic vigilare debemus contra tentationes inimicorum nostroꝝ ne succumbamꝰ Et specialiter ꝯtra septẽ fures id ẽ septez vicia capitalia que nobis furant̃ septẽ nobiles virtutes. qꝛ superbia nobis furat̃ humilitatẽ. auaricia misericordiam. luxuria castitatem. ira pacẽ ⁊ concordiã siue pacienciã. gula temperanciã. inuidia ꝓximorum dilectionẽ. ⁊ accidia deuotionẽ. Maxime tñ prelati et curam animaꝝ habentes vigilare debent ne oues sibi ꝯmisse occidant̃ a diabolo aut satellitibꝰ suis hereticis aut alijs quibuscunq̃ occasionem peccatoꝝ p̃stantibus. In cuiꝰ signum cuz xp̃us discipulos dormientes inuenisset specialiter increpauit Petrũ dicens. Symon dormis nõ potuisti vna hora vigilare mecum. Mar. xiiij. Ac si diceret. Tu quem constitui caput aliorum specialiter vigilare debuisti ⁊ alios cõtra tentationes armare. Hoc vtiq̃ fecit sanctus Maximilianus patronus nr̃ qui ita prouide vigilauit vt non solum in ecclesia laureacen̄. sed et in omnibus ecclesijs suorum suffraganeorum eius fama ⁊ sanctitas nota fieret in exemplum ꝯuersionis multoꝝ pctõꝝ. Inuocemus ergo hodie dulcissimũ patronum nostrum sanctum Maximilianum vt sicut corporaliter nobiscum requiescit ita spiritualiter suis intercessionibus apud deuz nos non deserat sed in omnibus tribulationibus ⁊ tentationibus nobis succurrat prestante dño nr̃o Jhesu xp̃o qui est bñdictus in secula amẽ

Sermo alius de sancto Maximiliano episcopo. lxxxix.

iliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo math. xxij. Theophilꝰ ĩ breuiloq̃o diuersaꝝ arciũ dicit. In puo igne vitꝝ frãgit̃ ĩ magno ꝯsolidat̃. rõ qꝛ puꝰ ignis nõ ẽ tante v̄tutis vt posset sil' ⁊ semel circumquaq̃ vim ignitiuam indu

cere. Spiritualiter per ignem ĩtel-
ligit̃ dilectio. De qua Lu. xij. Ignẽ
veni mittere in terrã. Sz per vitꝝ
intelligit̃ homo propter debilitatẽ
nature. Cum enim iste ignis dile-
ctionis est prauus tunc vitrum id
est homo frangitur tedio ⁊ distra-
hitur ⁊ tepescit in opere. scilicet ꝙ
orat sine deuotione. dat elemosinã
et ieiunat cum attediatione ⁊ mur-
mure. Sicut enim rota non vncta
sonum facit et cantum. sic ⁊ tales
sine caritate sunt ĩ murmure. Ra-
tio scd̃m Aug. Talis vnusquisqꝫ ẽ
qualis est dilectio sua. Si dilectio
praua sic ⁊ opera. Si aũt ignis di-
lectionis est magnꝰ solidat ⁊ robo-
rat hominẽ ĩ bonis opibus. Sicut
fecit in sancto patrono nr̃o Maxi-
miliano cuiꝰ hodie festũ agimus.
qm̃ caritas ⁊ dilectio eũ solidauit
vsqꝫ ad mortẽ quã pacienter pro fi-
de sustinuit qꝛ caritate dei inflam-
matus nihil ꝑ xp̃o aggredi timuit
Vnde Jhero. Nihil amantibꝰ du-
rũ nihil difficile eo ꝙ caritas om̃ia
suffert. Jdcirco cũ scriba siue legis
doctor ĩterrogauit de mãdato ma-
gno. rñdit ihs dicens. Diliges dñm
deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊c. ¶ Cir-
ca thema ꝑ ꝯmẽdatiõe sancti ma-
ximiliani. Nota ꝙ signa dilectio-
nis dei sunt septẽ. Primũ ẽ pctõꝝ
vitatio. p̃s. Qui diligitis deuz odi-
te malũ id ẽ peccatũ. Grego. Qui
adhuc ꝑ illicita desideria defluit ꝑ-
fecto deũ nõ amat. Rõ scd̃z Aug.
omel. viij. sup Joh. Caritas ⁊ pec-
catũ mortale opponunt̃. nisi vnũ
radicitꝰ euulsum fuerit reliquũ plã-
tari nõ poterit. Hoc signũ habuit
b. Maximilianus. nã cũ vnicꝰ essꝫ
filius nobilis ⁊ diuitis viri in Ce-
leya quã quidã Petronellaz esse su-
spicant̃. que ciuitas potẽtissima di-
uicijs locuples. ⁊ pallacijs marmo-
reis famosa ⁊ celebris extitit vt eiꝰ
ruine demonstrãt. Jp̃e septẽnis ex-
istens cuidã sctõ p̃spitero tradit̃ in-
struendus in lege dei. Anno vero
xiij. etatis sue pr̃e eius feliciter mi-
grante a seculo. Matre v̄o eiꝰ post
eũ sex annis dũtaxat in viduitate
viuente. qua defuncta pctã vitãdo
se in sctã vita custodire studuit.
Scd̃m signũ dilectiõis dei ẽ oĩm
tpaliũ abrenuntiatio. Jhero. Per-
fectꝰ xp̃i seruus nihil querit preter
xp̃m. Et dicit cũ apl'o. Oĩa arbi-
tratus sum vt stercora vt xp̃m lu-
crifacerẽ. ⁊ hoc ẽ signũ ꝑfecti amo-
ris. De quo Greg. viij. moral'. Ad
culmen ꝑfectiõis tendũt qui exteri-
ora oĩa relinquunt. Et sic sanctus
Maximilianus post mortẽ paren-
tũ oẽm familiã suã liberaliter ma-
numisit de predijs suis distribuẽs
vnicuiqꝫ scd̃m suã ꝯditionẽ. Resi-
duũ vero nõ in ꝯmerciũ viliũ ⁊ in-
famiũ ꝑsonarũ vt ille filius ꝓdigꝰ
dissipauit ꝫ insinũ pauperũ et deo
seruienciũ abscondit certus ex pro-
missiõe dñica se pꝰ hãc vitã receptu-
rũ cẽtuplũ ⁊ ꝑhennẽ gl'iaz possessu-
rũ. Terciũ signũ dilectiõis dei ẽ v̄-
tutũ frequẽs opatio. Symõ de cas-
sia. Nescit feriari dilectio. Cui cõ-
sonat greg. Amor d̃i opat̃ magna
si ẽ ⁊ cessat opari vbi nõ ẽ. ⁊ sic b.
maximilianꝰ mlt̃a bona opa opa-
tus ẽ. Nã cũ Eutheriꝰ laureaceñ.
archiep̃s vocãte dño p̃sentẽ md̃m
reliq̃sset. ⁊ sctũs Quirinus filius il-
lustris Philippi senioris. Qui do-

minus fuit Pannonie inferioris. id est vnius partis vngarie et superioris id est patrie huius vsq; ad Augustam qui electus in romanorum regem primus ex romanis imperatoribus fidez catholicam et sacrum baptisma ad predicationem Origenis sususcepit omniū vocib⁹ eligeretur in archiep̄m laureacen̄. Qui postq̄ aliquot annos laureacensem feliciter gubernasset ecclesiam. tandem assumptus est ad ecclesiam Acquilegien̄. pro primate. Post cuius assumptionem beatus Maximilianus votis tocius eccīe acclamantibus populis eligitur in archiep̄m laureacen̄. De quo generalis fama erat. q̄ similem non haberent virum irreprehensibilem vita et in sancta ꝯuersatiōe. Quo renitente tandem victo et ad pontificij culmen assumpto in humilitate. modestia. caritate. temperancia et alijs virtutibus ampli⁹ creuit et instetit operibus pietatis. iusticie et misericordie. Recepto em̄ a beato Sixto qui tunc romane sedi p̄fuit bn̄dictione reuersus suā ꝓuinciam fidem catholicam et mores diligentissime p̄dicauit. et ea v̄bo que dixit ope prius fecit. exēplo xp̄i qui cepit facere et docere. ignorantes viuaciter illuminando. negligētes in via dei exhortando. ꝓteruos arguendo. frigidos vera caritate inflāmādo. ꝓ vt hec et similia ad op⁹ boni pastoris ꝑtinent. Quartū signū dilectionis dei ē verbi dei delectabilis auditio et ꝯuersacio. Eccīastici. iij. Qui diligunt illū seruabunt mādata illi⁹. Videm⁹ em̄ q̄ amatores audiūt libent̄ de amatis fari. Johā. viij. Qui ex deo ē v̄ba dei audit. et eiusdē. xiiij Si quis diligit me sermonē meuz seruabit. Greg. Vnusquisq; seip̄z interroget an deū diligat si sermonē ei⁹ seruat. Hoc signū habuit beatus Maximilian⁹ qui ꝯmēdat⁹ p̄dicto p̄spitero noīe Oranio mire innocencie et ꝓbate sanctitatis viro oculto tn̄ ꝓpter metuz ꝑsecutoꝝ vt eū sacros apices et legē dn̄i in q̄ ipe p̄spiter satis ꝑfectus fuit instrueret. quem ipe puer aure beniuola et intenta libentissime audiens et tanq̄ patrē spiritualē sp̄ comitans cuncta que ab eo siue ab alijs religiosis et sapientibus didicit in vētre memorie recōdēs diligeut̄ ruminare nō desijt vt tanq̄ aīal mūdū dn̄ice aptaret̄ seruituti. Quintū signū dilectiōis dī ē de sp̄uali defectu ꝓximoꝝ ꝯtristatio. j. ad Coꝝ. xiij Caritas nō gaudet iniq̄tati ß plus dolet. Aug. Qui nō dolet de malo ꝓximi nō ē in eo caritas dī. Et sic b. Maximilianus ꝯdoluit malis ꝓximoꝝ. ido errātes ⁊ saucios peccatoꝝ vulneribꝰ īfundēs oleū ⁊ vinū arguendo. obsecrādo. imperando. increpādo. ad penitēciā vocare conabat̄ in oī paciēcia ⁊ doctrina Sextū signū dilectionis dei ē aliorū ad dei seruiciū ꝓuocatio. De quo Greg. Tanto amplius quis deum diligit quāto plures alios ad dei dilectionē adducit. nā scd̄m Grego. Nullū tale deo sacrificiū sicut zel⁹ aīaꝝ. Hūc zelū habuit b. Maximilian⁹ nā mltos gētiles ⁊ paganos quib⁹ adhuc plena erat sua ꝓuīcia ista presens ꝑ suā p̄dicationē et miraculorum operationen ad fidem

adduxit ⁊ sancte matri eccīe extra quā nemo saluari p̄t vniuit. Ideo de eo dicimus illud Ambro. in sermone de ꝯfessoribus ⁊ pōtificibus. Quante ergo huius sancti p̄ris nostri Maximiliani in eterna beatitudine sunt glorie que tantoꝝ filiorū deuotione letat̄. in xp̄o em̄ Jhesu per euāgeliū nos genuit. ⁊ quicquid in hac plebe ⁊ in nobis inuenitur virtutis ⁊ gracie de misericordia largitatis dei ꝑ huius sanctissimi patris nostri p̄dicationem atq; orōem quasi de quodā lucidissimo riuulo emanauit. Septimū signū dilectionis dei est aduersitatū propter deū libens baiulacio. j. ad Corinth. xiij. Caritas omnia suffert. Greg. Qui fortiter amat omnia equanimiter portat. Ratio Bern̄. Omnia grauia caritas facit leuia etiā mortem paruipēdit Can̄. viij Fortis vt mors est dilectio. Hoc signū habuit beatus Maximilianus qui omnes aduersitates huius mundi ⁊ mortē ꝑ fide xp̄i glorioso martirio sustinuit. Nam postq̄ sanctus pontifex in vinea dn̄i sollicite fere per triginta annos laborasset appropinquāte vocatiōis sue termīo accessit ad Celeyā locū sue natiuitatis ī quo sciebat adhuc aliquos errores pullulare. dumq; illos euellere summa diligentia conaret̄ inuidente sibi hoste salutis humani generis ceptum negocium sil' ⁊ vitam eius interrupit vna dies ī fausta. Mittitur enim a Numeriano ⁊ Carino cesaribus hijs temporibus quidam prefectus Eulalius ad vrbem Celeyam vt insultus hunorum. tartarorum ⁊ aliarum nationū ab oriente veniencīū cum fortissimis agminibus freqnēter has terras que tunc romanis suberant et tributa soluebant vastanciū cōpesceret. qui multas ciuitates pertransiens valida manu xp̄ianos quos inuenit ad ydoloꝝ sacrificia pertraxit. nolentes vero sibi ꝯsentire diuersis cruciatibus interemit Ingressus ergo Celeyam hora tercia noctis iussit clamare voce p̄conia vt vniuersi vtriusq; sexꝰ absq; dilatione ad templū martis ꝯuenirent eumq; placarent sacrificijs vt de hostibus cū quibus erant ꝯgressuri ꝯcederet triumphuz. Ad cuius iussum ꝯcurrunt pagani multi etiam qui fidem xp̄i ꝓfessi sunt. alij timore pene. alij leuitate thura ydolo cremantes ⁊ varias victimas offerentes. Qd̄ audiens beatus Maximilianus ꝯstanter super hoc tyrannum arguit. ⁊ habita cū eo de fide xp̄i longa disputatione cū idolo sacrificare nollet ductus ad phanum martis capite truncatus est extra muros vrbis Celeye tempore beati Gay pape Anno dn̄i ducētesimo octuagesimo nono quarto ydus octobris. Venientes autem xp̄iani nocte sepelierunt corpꝰ eiꝰ iuxta ciuitatem humili sepultura propter metum paganorum. Nūc vero corpus eius ad Patauiā trāslatum est vbi cum beato Valentino requiescit. Ibi dominꝰ plurima signa ⁊ miracula per merita ip̄ius sicut in vita sic et post mortē eius ostendere dignatus est ꝛc.

De sanctis Simone ⁊ Juda sermo. xc.

I mundus vos odit scitote qꝛ me priorem vobis odio habuit. Joh. xv. Scribit btūs Aug. super ps. viij. ⁊ habet in. c. sex differencie. xxiij. q. iij. ꝙ sex sunt differencie retributionum. ¶ Scilicet
A reddere pro malis bona. non reddere mala pro malis. hec sunt bonorum sed primum melius. Non reddere bona ꝑ bonis. reddere mala pro bonis. hec duo maloꝝ sunt. et posterius deterius. Reddere bona ꝑ bonis ⁊ mala pro malis. hec duo mediocrum sunt ⁊ prius propīquum bonis. quod xp̄us non arguit sed plus oportere dicit quia ⁊ ethnici hoc faciunt. posteriꝰ ꝓpinquū malis conuenit tamē ⁊ bonis. vnde etiam lex modum vltionis statuit dicens. Oculum pro oculo. dentem pro dente ⁊c. Judex enim nō odio sed delectatione iusticie malum pene infligit malo pro malo ab eo commisso. quod etiam deus iustꝰ iudex fecit. pessime ergo agit qui reddit malū pro bono. ad qđ īducit iudiciū qđ vtiq; iudei cōtra xp̄m egerunt. nā cum multa bona ⁊ innumera beneficia eis ꝯtulerit multa mala ei reddiderunt. verba obprobriosa. ꝯtumeliosa. ꝑ bonis verbis sue doctrine vocando eum seductorem ⁊ demoniacum ⁊ huiusmodi. verbera durissima flagelloꝝ pro bonis miraculorum ī eis factis. Refectionem felleam ꝑ refectione sua suaui. Demuz retribuerunt malum mortis pro bono vite eius dato. totum hoc egit odiuz eorum. Ita etiam ex odio egerunt iudei ⁊ pagani contra sanctos apostolos ꝑsequendo eos vsq; ad mortem. ⁊ pdixit eis saluator dicens. Si mundꝰ vos odit scitote qꝛ ⁊c.
¶ In presenti sermone erunt duo B
articuli. primus de odio dei. scdus de odio ꝓximi. Ad euidenciā primi nota ꝙ odium dei est duplex. scz actiuū ⁊ passiuū. Odiū dei actiuum est quo ip̄e deus odio habet peccatores. De quo dicit Achior holiferni Judith. v. Deus illoꝝ scz israhelitarū odit iniquitatē. Et. Jacob dilexi Esau odio habui. Odit aūt deus nō scđm passionem que ē cū transmutatione corporali sicut odiunt aīalia qꝛ deus incorporeus est. nec etiā odit cum mutatiōe affectus ⁊ voluntatis sicut odit angelus et homo qui variant̄ in affectibus ⁊ motibus voluntatis. deꝰ autem immutabilis est ⁊ vnicum voluntatis actū hz. qui nō differt a sua voluntate ⁊ essencia. Est ergo odium dei ad creaturā ip̄a subtractio gracie vel nō conferre eam et punicio peccati. Et quia omnis creatura inquantum creatura ē bona quia a deo facta. Ideo bene dr̄ Sapīe. xj. Diligis omnia que sūt ⁊ nihil odisti eorum que fecisti. et sic nō odit nec punit peccatorem ī quantum creaturā sed inquantuz peccatorem id est ratione mali qđ ip̄e deus non facit. Quamuis autē odiat omnem iniquitatem p̄cipue dicit Salomon deum sex odire et permaxime septimum quod additur. ¶ Dicitur enim ꝓuerb. vj. Sex C
sunt que odit dn̄s ⁊ septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes id est superbos ⁊ arrogantes

linguam mendacē que ſcz eſt habi
tuata in mendacijs dicendis. ma
nus effundentes ſanguinē innoxi
um id eſt crudeles homicidas. cor
machinans cogitationes peſſimaſ
vt facientes cōturationes ⁊ prodi
tiones tractātes pedes veloces ad
currēdū in malū. id eſt qui p̄cipitā
ter ⁊ ſine ꝯſideratione feſtinā̄t ad
mala. teſtem fallacē id eſt menda
cū in iudicio. ſeptimū eſt qui ſemi
nat inter fratres diſcordias. Scdz
odiū dei dē paſſiuū quo eū odiunt
peruerſi peccatores. ⁊ de iſto ſunt
tria declaranda. primū dē modali
tas. ſcdm cauſalitas. terciū grauí
tas. Primū dē modalitas. ¶ Vbi
vidēdū eſt quō deus poſſit odio ha
beri vt dicit ꝓpus in themate. ⁊ in
eodem. c. dicit. Viderunt ⁊ oderūt
me ⁊ p̄trem meū. Moduz declarat
ſcūs Tho. ſcda ſde. q. xxxiij. ar.
j. dicens. Odiū eſt quidā mot⁹ ap
petitiue potencie que nō mouetur
niſi ab aliquo appⁿhenſo. Deus aūt
dupliciter appⁿhendi ſiue ꝯgnoſci p̄t
ab hoīe vno mō ſcdm ſeip̄m vt cū
per eſſenciā videt. Alio mō p effe
ctus ſuos qñ videlicz inuiſibilia dei
per ea que facta ſunt intellecta cō
ſpiciuntur. Deus aūt per eſſenciaz
ſuā eſt ipa bonitas quā null⁹ odio
poteſt habere. quia de ratiōe boni
eſt q̄ ameť. Et ideo impoſſibile ē
q̄ aliquis deum per eſſenciam vi
dens odio eū habeat. Effectū aūt
dei quidam ſunt q̄ in nullo poſſunt
eſſe contrarij voluntati humane.
vt creare. benefacere. eſſe. viuere. ī
telligere. quodlibet eoz eſt appeti
bile ⁊ amabile omnibus. vñ ſcdm
q̄ deus appⁿhendit vt actor hoz
effectuum non poteſt odio haberi.
Quidam ſunt effectus dei qui repu
gnant inordinate voluntati hūa
ne ſicut eſt inflictio pene ⁊ coercio
ſiue exhibitio. cohibitio peccatorū
per legem diuinā que voluntati p
peccatū depⁿrauate repugnat. ⁊ ido
in ꝯſideratione taliū effectuū deus
ab aliquibus odio habeť inquantū
ſcz appⁿhendit vt peccatoz phibi
tor ⁊ afflictor. ⁊ ſcdm hanc ꝯſidera
tionē poteſt declarari. ¶ Scdm de
odio dei qđ dicit cauſalitas. Ad cu
ius euidenciā nota q̄ deus p̄t odio
haberi ab aliquib⁹ tripliciter. ⁊ ex
triplici cā. primo q: phibitor p̄t ōz
ſcdo q: inflictor aduerſorū. ⁊ tercio
q: impeditor cupitoz. Primo aliq
deū odiūt inquantū ē phibitor pec
catoz. Ex hoc em̄ q̄ deus phibet
aliqua mala que aliqui vellent fa
cere ſ ꝯſciencia remordet ⁊ non ſi
nit ita libere agere ſine ſtimulo re
mordente. vel etiam quia alij non
aſſenciunt in malis voluntati eoz
ducti exhibitione dei ideo odiunt
deū q: talia phibuit. Scdo aliqui
odiunt deū ꝓpter aduerſa ⁊ penas
quas ſuſtinent a deo. ⁊ de numero
hoz ſunt dānati. De quib⁹ ps. Su
perbia eoz qui te oderunt aſcendit
ſemper. Non tñ quicunq̄ odit pe
nas odit deū nā multi odiūt penas
qui tñ ex reuerencia diuine iuſticie
eas ſuſtinent pacienter. Vnde di
cit Aug. x. confeſſ. q̄ deus mala pe
nalia tollerare iubet nō amare ſed
prumpere in odium dei puninentis
tanq̄ iniuſte puniat quod faciunt
damnati. Hoc eſt odire diuinam
iuſticiā. Tercio aliqui odiunt de
um cum non proſpere ſuccedit eis

quod volunt. qđ tamen pertinet ad magnū beneficiū dei. Vñ dr. ij Machab. vj. Non sinere peccatoribus ex sententia agere. id est scđm desiderium eoꝝ ꝑ statim vltionis adhibere magni bñficij iudicium ē

¶ Tertiū de odio dei declarandum dicit grauitas. Est autem odium dei maximū ⁊ grauissimū omniū peccatoꝝ quia opponit dilectioni dei quod est optimū hoīs. optimo em̄ opponit pessimū scđm ꝓbilozo pbū. viij. ethicoꝝ. Hoc magis declarat sctūs Thomas scđa scđe. q. xxxiij. ar. ij. Omne em̄ peccatum mortale consistit in voluntarea auersione a deo. hec aūt auersio per se quidē importatur in odio dei. in alijs peccatis per aliud ⁊ quasi per quandam participationē. Sicut em̄ voluntas per se inheret ei quod amat. ita per se refugit quod odit Vnde qñ aliquis odit deū voluntas eius scđm se auertit a deo. sed in alijs peccatis puta in fornicatione voluntas nō auertit a deo secundū se ꝑ scđm aliud. inquātū scz appetit inordinatā delectationem que hz annexam auersionē a deo. semp aūt id quod est perse principalius est eo qđ est per aliud. Vnde odiū dei est grauius inter alia peccata ⁊ pertinet illud ad pctm̄ in spm̄ sanctū. pro vt est speciale genus peccati. Ideo aūt nō cōputat int̄ species eius quia repit̄ in qualibet specie ipius. Est etiā illud peccatū grauius infidelitate. ratio em̄ peccati infidelitatis est ex odio dei. circa cuius veritatem est fides. et ido sicut causa est potior effectu ita odium dei maius peccatum est q̄ infidelitas. Quantū ad scđm articulum qui erit de odio ꝓximi. In quo tria veniūt declaranda. primū dr̄ diuisio. scđm fructificatio. tertiū punicio. ¶ Ad euidenciā primi nota q̄ duplex est odium hoīs scz iusti ⁊ cū discretione. impij ⁊ cum malignatione. Primo iusti habēt odiū ad tria mala scz offense deitatis. ꝓprie societatis ⁊ nocue ꝓximitatis. Primo iusti oduntoffensam deitatis id est omnē iniquitatem ⁊ peccatū inquantū est offensa dei ⁊ otra rationē ⁊ salutē ꝓpriam siue sit in se siue in alijs. iuxta illud ps. Omnē viā iniquā id est iniquitatis actum odio habui. sicut aūt odire in se vicia ⁊ que impediunt salutē est licitū ⁊ sanctū odiū. scđm illud ps. Iniquitatē odio habui sed nō ꝓprie odiū est. ita ⁊ odire vicia alioꝝ ⁊ quod in eis est impediens ꝓpriam salutē laudabile ⁊ virtuosum. ps. Perfecto odio oderam illos scz pctōres detestando vicia eoꝝ. Discernunt nanq̄ iusti naturā a culpa in odio suo. nam ita oduntculpā in se ⁊ in ꝓximis q̄ diligunt naturā. ⁊ merito quia creatura inquantū creatura a deo est et bona ideo diligenda ⁊ amāda. Signū aūt huius scz q̄ diligāt naturā ⁊ oduntculpā est q̄ cū vident indigenciā nature subueniūt illis quoꝝ vicia oduntEt hoc est quod ait Aug. Sic diligendi sunt hoīes vt eoꝝ nō diligant errores. q̄ aliud ē odisse qđ fecerūt scz pctm̄ ⁊ aliud qđ facti sūt id est naturā. qđ vtiq̄ licet. Et leo papa dicit i. c. odio lxxxvj. di. Odio habeant pctā nō hoīes. corrigant tumidi. tollerent

infirmi. ⁊ ꝙ castigare seuerius ne-
cesse est. non seuientis animo ple-
ctant̄ ꝫ medentis. ⁊ quia eiusdē ra
tionis est velle alicui bonū ⁊ appe
tere alicui aliquod malū, quod ꝓce
deret in bonū eius. Sicut desidera
re abscisionē manus vt seruaretur
vita hominis. Ideo recte iusti op-
tāt aliq̄ mala tꝑaliapctōribus vt
emendent̄ de inq̄tatibus suis. Ta
le odiū habuerūt sancti apl̄i Sy-
mon ⁊ Judas ꝯtra duos magos
zaroen ⁊ arphaxat quos sctūs ma
theus de Ethiopia fugauerat cor-
rigendo ⁊ detegendo prestigia eo-
rum. sanando eos quos arte magi
ca immobiles ⁊ mutos fecerunt ī-
precādo eis malū pene ꝑ serpentes.
vt saltē sic puniti ꝯuerterent̄ quod
tn̄ minime fecerunt vt habet̄ ex le
genda. cuius partem hic applica.
Scd̄o odit iustus prauā societatē
ex eo ꝙ multū nocere p̄t. iuxta illd̄
p̄s. Odiui ecclesiā malignanciū. et
precipue societas hereticorū odien-
da est ⁊ vitanda. q̄ vt dicit apl̄s
Sermo eorū vt cancer serpit. Et
Jhesus syrach Eccīastici. xxv. di-
cit. Tres species odiuit aīa mea.
pauperē superbū. diuitē mendacez
et senē fatuū ⁊ insensatū. Pauper
superbus est qui rebus tꝑalib⁹ in-
digens ita se habet in exteriori ap
paratu ac si diues esset. vel qui est
vacu⁹ scīa ⁊ intellectu ponit se ad
ardua ⁊ difficilia. vel qui virtutib⁹
ꝑuus magna de se extimat. Diues
est magis detestabilis in mēdacio
q̄ nō h̄z occasionē mēciendi scz ne
cessitate. vel diues in virtutibus ⁊
sciencijs cuius mendaciū multum
nocet. Senem fatuū in locutiōib⁹
vanis et lasciuis. insensatuz quo
ad ꝯgnitionē spūaliū. Tercio odit
iustus nociuā ꝓpinquitatē. ꝓpinq̄
em̄ hoīs ꝯmuniter nō querūt nisi
terrena de eis honores. diuicias et
huiusmodi que impediunt salutem
ꝓpriā. ⁊ diligere eos ⁊ hmōi eēt as-
sentire voluntati eoꝝ ⁊ tradere se
md̄o. qd̄ fiendū nō est sed detestā-
dum ⁊ odiendi sunt quantum ad
si falsi aut rupti in nullo nocet aīe testatoris ymmo eidem plus prodest probat̄ quia illud quod de se c̄ nullum ⁊ pietati aut equitati iuris naturalis. diuini aut humani aut veritati contrarium non preiudicat alicui. sed sic est de executione hoꝝ testamentoꝝ. Nam testator p̄teriens aut exheredans suos heredes qui non meruerunt dans totū alijs ⁊ priuans eos legittima facit contra equitatem iuris naturalis. etiam si det ecclesie vt in .c. quicunq̄. xvij. q. vl. vbi dicit August. Quicunq̄ vult exheredato filio heredem facere ecclesiaꝫ querat alium qui suscipiat nō Augustinū ymmo deo ꝓpicio neminem inueniet. Item contra executores qui multas occasiones retinendi legata accipiunt propter quod a diabolo faciliter capiūtur. vide exemplū in spe. dist. x. exemplo. xxij. Terciciū quod tenemur exhibere defunctis dicitur suffragioꝝ communicacio. nam animabus existentib⁹ in purgatorio ꝓsunt viuorum suffragia nō ad augmentum gracie gratum facientis sed ad pene earuꝫ mitigationem ⁊ abbreuiationem Quia vt dicit Augu. in encherid. Cum viuerent in hac vita meruerunt vt hec sibi postea possent prodesse. ¶ Que autem ⁊ quot sint ista suffragia que debem⁹ eis exhibere notat Greg. in .c. anime defunctorū. xiij. q. ij. Aīe inquit defunctoꝝ quatuor modis soluūtur. aut oblationibus sacerdotum. aut precib⁹ sanctorum. aut caroruꝫ elemosinis aut ieiunio cognatorum. et habentur ī hijs metris. Missa preces dona ieiunia quatuor ista. Absoluūt animas quas purgās detinet ignis Primum enim scilicet sacre hostie oblacio plurimum prodest defunctis sicut testatur Augu. ad volu. Fideles inquit sacerdotes in eccīa defunctis carnem ⁊ sanguinē xp̄i transmittentes totam xp̄ianarum animaꝝ extinguunt miseriam et dolorem. Et hoc probatur exēplo de quodam famulo cuiusdam militis pro quo sanctus Thom̄. cantuarien̄. missam celebrauit. Vide in meffret sermone scd̄o de animab⁹ in fi. Scd̄m consolatiuuꝫ est amicorum ⁊ aliorum fidelium deuota oratio. hoc probatur per thema nostrum. Sancta ⁊ salubris. Et probat Grego. iiij. dyal. per exemplū de Pascasio pro quo Germanus episcopus capuan⁹ orauit ⁊c̄. Tercium suffragiū per quod defuncti liberantur est elemosinarum largicione. De hoc ponit exēplū Vincēci⁹ in spe. histo. lib. xxv. de papa Benedicto qui per Johannem portuen̄. episcopum elemosinaꝝ largitione a penis liberatus fuit. Quartū est amicorū ieiuniū vel corpis maceratio. De quo dicit Hug. de sancto victo. Dolor qui pro releuādis animab⁹ assūmit̄ in dulce ip̄is solaciū diuinit⁹ trāsmutat̄. Exēplū ī vitaspatrū de quodā noīe pastor q̄ trib⁹ annis ꝓ pr̄e suo ieiunauit ⁊ ip̄m a penis purgatorij liberauit. vide de hoc laci⁹ ī ser. de aīab⁹ xcv. cui⁹ thema ē. miseremini ⁊c̄.

¶ Dubiū a quo ꝯmemoratio oīm aīaꝝ habuerit exordiū ⁊ quō sit instituta. Primo exordiū habuit a sctō Odilione abbate cluniacensi.

Vide de hoc exemplum in spe. dis. xiij. exemplo. xlvij. Deinde institutā ē a papa. Vide de hoc exemplū in spe. di. viij. exemplo. lxiij. ⁊ legitur in hystoria de commemoratione animarum.

De sctō Martino sermo. xcviij. Wann. xx.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo ⁊ inuētus est iustus ⁊ in tpe iracundie factus est reconciliatio. nō est inuentus similis illi qui cōseruaret legez excelsi. Hec verba originaliter scripta et sumpta sunt ecclīastici. xlviij. Et ppter singularem vite sanctitatem cōuenunt beato Martino. cui⁹ festū hodie agit scta mr ecclia per vniuersū orbē. quāuis ⁊ aliis scīs pōtificibus hec attribuuntur

A ¶ Cōmendat em̄ btūs Martin⁹ in verbis thematis scdz quadruplicē statū quē habuit in hac vita. vidz pontificalē. monachalē. militarē ⁊ cathecuminalem. In primo statu camendat ex dignitate cū dr. ecce sacerdos magnus. In scdo scz monachali cōmendat ex sctitate cum dr. in diebus suis placuit deo. In tercio scz militari cōmendat ex equitate cū dr. inuent⁹ ē iust⁹. In quarto scz cathecuminali commendat ex pietate cū dr. in tpe iracūdie factus est reconciliacio. Et hoc totū in eyem bn̄ vitēdi illis qui hic i ecclia militāte in talibus statibus sine aliquo illoz sunt cōstituti. p grām auemaria. Ecce sacerdos magn⁹ nē. Quāms ecclia cōmēdationē b. martini incipit a statu pōtificali tāq̄ a digniori ⁊ sic cōsequenter ab alijs statibus sp̄ pponendo digniorē tm̄ q; b. Martin⁹ incepit in vltīo statu quarto vidz catecuminali ⁊ terminauit i statu pōtificali ido cōgruū videt vt ⁊ ego ab vltimo statu incipiā sermonez ⁊ cōsequenter de alijs statibus dicā p vt hic vitā suā pegit

Ita q; b. martin⁹ cōmendat q̄diu plicitet ex pietate. ex equitate. ex sctitate. ex dignitate. ¶ Primo em̄ b. martin⁹ cmēdat scdm̄ statū cathecuminalē ex pietate cū dr. i tpe iracūdie fact⁹ ē recōciliacio. Tempo⁹ aūt iracūdie ē tps originalis culpe ppt illā em̄ culpā oēs nascimur nature filij ire. vt dicit ap̄s ad ephe. ij. ⁊ tā diu sum⁹ in tpe iracūdie q̄diu nō liberamur per baptismum a pctō originali. Et hoc intellige nō solū de baptismo i aqua ꝫ etiā de baptismo sanguinis siue flāmis i necessitate. ꝫ ecce b. martin⁹ añ baptismū flāmis i tpe iracūdie fact⁹ ē recōciliacio sui cū deo. ⁊ hoc ex pietate quaz habuit ad pauperes. Elemosinas em̄ ei⁹ illo tpe saluator acceptauit tāq̄ recōciliati. ⁊ in signū illi⁹ saluator nr̄ Jhs ips̄ dixit ad angelos. Martin⁹ ad huc catheciumin⁹ hac veste me cōtexit ⁊ hoc dū clamidē cū pauperē diuisit anno. xx. etatis sue. nā statī nocte seqnti i somnis vidit ips̄ illa veste idutū ⁊ ad āgelos dicētē bā lo

B

C ¶ Illō op⁹ misēdie placuit ips̄o a b. Mar. factū singlariter ppt tria vidz etatē. ꝓditionē ⁊ modū. ppter etatē q; iuuenis. a iuētute em̄ studuit do seruire. Jdo pntes illi⁹ exēplo filios suos ⁊ filias ad elēosinas pauperib⁹ dādas īstruāt dādo p illos

elemosinas. propter conditionem quia nobilis. Fuit enim filius tribuni militum in regno Huugarie Tribunus autem dicitur qui militibus opez tribuit. Tercio propter modum. quia magni feruoris ad deum fuit. nam exercitum hostiuz xpianorum sine armis solo signo crucis munitus aggredi se spopondit. Merito ergo elemosina beati Martini xpo placuit qz raro nunc pueri aut iuuenes etiam fidelium taceo de infidelibus sic in virtutibus ⁊ misericordia ad paupes asuescunt. raro sic nobiles virtutib⁹ florere incipiunt. sed heu sepius quãto nobiliores tanto tyranni maiores et pauperum oppressores. Raro etiam tantus est feruor in xpianis quantus fuit in beato Martino qui tunc nouiter baptisatus fuit. quanto igitur hoc seruicium est rarius tanto deo carius. De hac elemosina Martini dicit beat⁹ Bernhard. O Martine si sciuisses vbi pallium dimidium ponebas puto ꝙ non dimidiasses sed integruz dedisses. Ex hijs patet quantuz deo placet elemosina pauperibus exhibita. Sic Cornelius in statu originalis culpe per elemosinaz deo placuit. Act. x. Vnde illi dixit angel⁹ Orationes et elemosine tuc ascẽderunt in memoriam in conspectu di Et vt ad Petrum apostolum veniret et baptisma reciperet instruxit. Sic Job Thobias et alij ꝑ elemosinas deo placuerunt in veteri testamẽto. Sic et Eustachi⁹ vxor illius et filij deo placuerunt. Elisabet Hedwigis et plures alij etiam magni peccatores in nouo testamẽto. Propterea ihero. in epistola ad Nepocianum dicit. Non memini me legisse male mortuum qui libẽter opera pietatis et misericordie exercuit. habet enim multos intercessores. et impossibile estp̃ces multorum non exaudiri. Et apostol⁹ j. ad Thy. iiij. dicit. Pietas ad omnia est vtilis. promissionem habẽs vite que nũc est et future. Ex hijs talem habemus doctrinam ꝙ omnia nostra bona que fiunt in mortali etiam deus remunerat. Ideo peccatores a bonis operibus nõ debent cessare sed per elemosinas et alia bona ad reconciliacionez deĩ laborare scd̃m ꝙ Grego. dicit. Interim fac quicquid potes vt deus illustret cor tuum ad penitenciam. D

¶ Ad plura enim bona valent opera in mortali facta. De hoc versus Que cum mortali fiunt tibi dant bona terre. Cor faciunt abile minuunt tormenta gehenne. Ad bona consuescit ⁊ culpa minor sua crescit. Hec de beato Martino in primo statu vite sue scz cathecunculi

¶ Scd̃o beatus martinus commẽdatur in statu militari in quo fuit baptizatus ex equitate cum dicitur Inuentus est iustus. Justicia em̃ est cingulum militare. De quo ysa. xj. Et erit iusticia cingulum lumborum eius. Illam iusticiam Johannes baptista docuit milites luce. iij. dũ quererent milites ab ipo quid facere debrẽent. respondit tũc Neminem concuciatis. neqz calũniam faciatis. estote contenti stipendijs vestris. Et prohibet hic ipis tria videlicet violenciam inferre cum dicit. Neminẽ concuciatis E

Secundo per calumpniam oppri-
mere cum dicit. Neq; calumpniaz
faciatis. Calumpniam facere est
aliquid iniustum alteri ascribere.
wulgariter etwas vnrechts zeihen
oder zuaigē etwas das nit war ist
Tercio vltra stipendia sua nil ex-
quirere. O vos milites si vultis iu
sti inueniri neminem concuciatis
Et hoc tripliciter. indebite terren-
do. solent enim minari vt placen
tur muneribus. Neminem etiam
concuciatis per violenciam aufe-
rendo. ysa. ij. Populum meum ex
actores sui spoliauerunt. Item ter
cio neminem concuciatis corpora
liter affligendo. Item neq; calum
niam faciatis scz falsuz crimen im
ponendo. Ad hoc enim vt spolient
pauperes de nō causa faciunt cau
sam. sicut lupus imposuit agno q̄
turbaret ei aquā cū tñ agnus in in
feriori parte fluuij biberet. Item di
cit. Contenti estote stipendijs ve
stris id est vltra stipendia nō expē
datis. Quia sicut dicit quidā. Abis
sus expensarum abissum inuocat
rapinarum. Merito ergo beatus
Martinus in statu militari inuen
tus est iustus quia neminem ꝯcus-
sit neq; calumniam fecit. nō supra
sed infra stipendium vixit. Vno
enim seruo cōtentus nil sibi ex mi
licie stipendijs preter quotidianuz
victum reseruauit reliquum totuz
indigētibus erogauit. O q̄ rari sunt
tales nunc milites sed vt in plu-
rimum magis parati ad grauā-
men et predam pauperuz q̄ ad ta
les defensandum. De hac milicia
et militum conditione dicit. xxiij
q. j. militare. Vbi dicitur q̄ boni
milites vltra stipendia sua nihil
debēt recipere aut sibi vsurpare at
tamen si esset bellum contra infide
les aut eos qui iuste pauperes aut
terram deuastassent iuxta ordina-
tionez principis aut capitanei inē
se diuidere possent talium bona sic
tamen q̄ innocentes. mercatores
clerici. peregrini. rustici existentes
in agricultura nullorum animalia
non deprendentur. vt patet de treu
ga ⁊ pace. c. inuouamus. Milites
autem in sacra scriptura non solū
dicuntur illi qui auro sunt ornati
vt nunc milites sed ⁊ omnes qui
militaribus actibus sunt dediti vl'
ad miliciam exercendam ordina-
ti. De tali milicia dr. xxiij. q. j. p
torū de officio militari. Dicit em
ibidem. c. j. q̄ milicia instituta est
ppter duo scz ob iniuriam propul-
sandam ⁊ vindictam inferendaz
Ob iniuriā oppressis illatā propul-
sandā ⁊ vīdictā malefactoribꝰ īfe
rendam. Sed diceres que sunt sin
gulariter reprehendenda in milita-
ribus. ⁊ ad hoc dicendum est sicut ha
betur c. q. qui culpatur q̄ ī milicia
seculari tria st arguenda ⁊ si qua
sunt similia scz cupiditas nocēdi.
crudelitas vlciscendi ⁊ libido domi
nandi. Milicia enim exerceri debz
vt mali coherceantur ⁊ boni sustle
uentur. ea. q. c. apud ⁊. c. sequenti.
Nunc autem quid faciant milites
et militares ad oculum videmus.
non sunt contenti pauperes gra-
uare et depredare ⁊c. sed ⁊ eccles-
as ⁊ bona ecclesiarum diripiūt. spo
liant ⁊ sibi vsurpant qd̄ ē grande
sacrilegiū. vij. q. ij. pdia īdignet. c.
se. et tales etiaz sunt excōmunica

F

ti⁊ singulis annis per papam in die cene denunciantur. ¶Multi eciam per simoniam delinquunt grauiter in beneficijs prouidendis. in possessionibus dandis aut procurãdis. ⁊ pauci per hoc se credunt peccare sequentes vestigia ãtecessoꝝ ⁊ ideo sicut antecessores non penitentes ⁊ satisfacientes eternam dãnationem meruerunt. Ita ⁊ successores. ymmo seculares milites et alij grauius peccãt simoniam committendo q̃ clerici. vt habetur. j. q. iij. Saluator. Milicia enim secundũ se non est peccatum neq̃ illicita sed abusus eius. vt habetur
G xxiij. q. j. per totum. ¶Tercio commendatur beatus martinus in statu monachali cum dicitur. In diebus suis placuit deo. Nam dies sui proprie fuerunt quos expendit in claustro quia tunc sibi potuit intendere. Vnde monachus dicitur quasi vnius custos id est sui ipsius Alij vero dies non sic fuerunt sui⁊ gregis sui cui prefuit tempore pontificali. ⁊ principis tempore militari. ⁊ mundi in quo vixit tempore cathecuminali. In illis ergo diebꝰ tanq̃ suis placuit deo. Tria enim placent deo in claustro scilicet morum vniformitas. concordia fratrum. mutua caritas. talis enim debet esse concordia vt nullus aliquid proprium seruare possit. sed omnia communia. Ita beatꝰ martinus vixit in religione ⁊ in spiritu vocatus vt iret ad parentes matrem conuertit patre permanente in infidelitate sua. plures etiã maiores suo exemplo cõuertit. Martinus enim decem annorũ existẽs considerauit errorem patris ⁊ matris ĩ cultura ydolorum ⁊ ad xp̃ianos accedens voluit etiam illoꝝ sectam experiri per quendam sacerdotem. cur xp̃iani adorarent ymagines quesiuit. ⁊ duꝝ audiret ymagines haberi solum ob memoriaꝫ xp̃i Marie virginis ⁊ sanctorum ne obliuiscãmur illoꝝ ⁊c. Hec tacite considerauit in anno. xij. factus est cathecuminus. Et anno xvij. pallium mediuꝫ paupi dedit Et anno. xviij. etatis sue baptisatꝰ fuit. et postea rogatꝰ adhuc duobus annis militauit. Et circa annum a natiuitate xp̃i. cccc. lxviij. etatis vo sue ãno. lxxxj. defunctꝰ ẽ Nulli autem dubium quin pro patre orauerit vt conuerteretur ⁊ nõ erat exauditus quia pater per infidelitatem restitit. Non sic fecit augustinus quem suis precibus matris obtinuit ad fidem conuerti. In hoc statu religionis cum beatꝰ Martinus Hylarium episcopum de exilio vocatum ⁊ romam euntẽ secutus fuisset secum reuersus Pictauis monasterium constituit et multos fratres collegit. Et quẽd ã ibi nouicium cathecuminuꝫ defunctum in eius absencia resuscitauit qui postea confessus est q̃ post q̃p obscura loca per sentenciam deducus esset per duos angelos iudici suggestum est hunc esse p̃ quo martinus oraret ideo iussus est reduci ad vitam. Etiaꝫ alium qui seipm laqueo suspendit vite restituit.
¶Quarto beatus Martinus commendatur in statu pontificali cuꝫ dicitur. Sacerdos magnus. Non enim tantum dicitur sacerdos sed H

et magnus. Et vere magnus fuit tripliciter, videlicet invite meritis in doctrina ⁊ miraculis. Primo magnus fuit in vite meritis. Qđ ostenditur in exemplis. nam in utero episcopatum assumpsit. Dicit enim vincencius in speculo histo. lib. xviij. c. xij. q electus ⁊ vocat⁹ fuit in episcopum Turonen. Et cum nollet neq facile a monasterio erui posset quidam ciuis turen. finxit vxorem suam esse valde infirmam que eum peteret vt illam visitaret. Ciuibus auten se occulte preparantibus cum bona custodia ad ciuitatem ducitur ⁊ sic ad episcoparum cogitur. Eius etiam merita ostenduntur in elemosinarum largitione. Vnde cuz ad missam celebrandā iret ⁊ petenti pauperi cum aliud non haberet quod daret tunicam suam exuens dedit deinde cum nudis brachijs missaz celebraret globus igneus apparuit super caput eius significans spiritussancti graciam propter quod et par apostolis dicit quia sicut spiritussanct⁹ in igne in specie linguarum in die penthecosten descendit super apostolos. Ita spiritussanctus ī globo igneo super caput martini descendit. Jdo et cum apostoli frequenter tanq comparem visitabāt sicut Seuero ⁊ Gallo hoc secretum dixit q Agnes Thecla et Maria. Petrus ⁊ Paulus sepius ad eum venirēt et sibi loquerentur sed rogauit discipulos suos vt hoc in vita sua nulli patefacerent. Addit Johannes Beleth aliud huic simile q duz in missa manus ad deuz vt mos ē leuaret manicis lineis retro labētibus eo q brachia ei⁹ non erant grossa ⁊ carnosa multū et tunica soluz protenderetur vsq ad cubitum remanserunt brachia nuda tunc miraculose torques aurei ⁊ gemmati deferuntur ab angelis ⁊ brachia decenter operiunt. De hoc legitur in dyalogo Seueri et Galli q dum semel in quadam festiuitate ecclesiam intraret ⁊ pauper nudus eum sequeretur precepit archidiacono vt vestiret egentem sed cum hoc differret ingressus martinus sacrarium tunicam suam illi tribuit ⁊ pauperem abscedere iussit. Et cum archidiaconus euz hortaretur vt ad sollennia peragenda procederet respondit se ire non posse donec pauper vestem acciperet. Archidiacōus hoc nō itelligens qz cum extrinsecus cappa tectus esset ipsum interius nudum nō videbat et dixit pauperem non ad esse. At ille. Mihi inquit vestis deferatur et pauper non deerit vestiendus. Compulsus ille ad forum iuit ⁊ vilem ⁊ breuem tunicam quinq argenteis emit. ⁊ iratus ante pedes Martini proiecit. quam Martinus secreto induit. cui manice vsq ad cubitum ⁊ longitudo ad genu protenditur. ⁊ sic missam celebrauit ⁊ tunc globus igneus apparuit super caput eius ⁊ torques ab angelis portabatur vt supra. Ecce iam patet q magnus fuit beatus martinus in vite meritis. De quo infra plura audietis in eius miraculis. Secundo fuit magnus ī doctrina. quia sua doctrina contra hereticos fortiter pugnauit. Sicut de eo canit ecclesia. Atq illius no-

men omnis hereticus fugiat pallidus. ydola destruxit ⁊ incendit. sicut canitur. Hic ritus sacrileges destruxit ⁊ ad Christi gloriam dat ignibus ydola. Magnus vtiq; fuit in doctrina. quia cum apostolo nihil iudicauit se scire nisi cristum Ihesum crucifixum. Vnde eius ori nunq; cristus abfuit sine iustitia. vel quicquid ad veram vitam pertinet. Per hanc autez doctrinā suam populum arguit. qui latronē tanq; martirem venerabatur. De quo dicit vincencius in speculo historiali. lib. xviij. c. xij. q̄ Martin⁹ super sepulchrio illius stans vbi rustici fecerant altare orauit dominum vt quis esset hic sepultus. aut cuius meriti sibi ostenderet tunc conuersus ad leuam vidit prope vmbram sordidam. Cui imperauit vt loqueretur. ⁊ illa respondit latronem se fuisse ⁊ ob crimina occisum ⁊ nihil commune habere cū martiribus sed cum damnatis. populus aūt audiuit vba sed neminē vidit. tunc Martinus que vidisset eis exposuit ⁊ altare destruxit et superstitionez populi abstulit. Simile dicit Vincencius in sequenti ca. de arbore. Vide ibidem ⁊c.

¶ Tercio singulariter ascribitur Martino q̄ magnus fuerit in miraculis. videlicet in mortuorum suscitatione. in imperatoris punitione. in elementorum actione. in diaboli confusione. Primo in miraculis magnus fuit in trium mortuorum suscitatione. Primum in statu monachali nouicium videlicet adhuc catheczuminum vt patet supra. Et secundum qui seipsum laqueo suspendit vt patet ibidem. Tercium mortuū resuscitauit postq̄ a Valentiniano imperatore recessit. tunc enim puerum per matrē sibi oblatum exorante ipsum martinum in campo coram maxima multitudine paganorum resuscitauit. Vbi genua flexit ⁊ orauit. et cunctis videntibus puer surrexit. et omnes assistentes ad fidem conuertit. Et hoc aperte de eo canit ecclesia q̄ fuerit trium mortuorum suscitator. Secundo magnus fuit in imperatoris punitione. Vnde sicut habetur in dialogo Seueri ⁊ Galli vbi multa in legenda per seuerum omissa supplentur. Et ibidem dicitur q̄ dum apud Valentinianum imperatorem pro quadā necessitate se vellet interponere ⁊ septem diebus ieunasset tandem ingressus pallacium ab imperatore visus. ex quo imperator non assurrexit Martino solium selle cepit ardere. Hoc considerans imperator in amplexus eius ruit et omnia petita concessit. et exeundo vt supra tercium mortuum resuscitauit. Tercio fuit magnus in prohibendo elementorum naturalem actionem. Vnde sicut habetur in dyalogo p̄fato elemēta sibi obedierunt. Nam dum nauis cuiusdam gentilis periclitasset. ⁊ ipse exclamasset. Deū Martinum adiuua nos mox tranquillitas sequitur. Ibidē etiam habetur dum stramina sibi nocte pro quiete per sacerdotem p̄parata proiecisset ⁊ super nudam terram cubitaret. ⁊ nocte media stramnibus incensis exire nequiret. edito signo crucis in medio

ignis facta oratione illesus permā
sit. Ecce quomodo elementa sibi
obedierūt cessando ab actione sua
videlicet ignis aer aqua. Propter
hec et alia miracula multa in pre
fato dialogo scripta diabolus mul
tum laborauit eius sanctitatem
turbare ⁊ subuertere. Nam sicut
ibidem habetur q̄ quedam vacca
a demone agitata cum vbiq; seui
ret ⁊ multos confoderet. ⁊ versus
Martinum ⁊ socios suos in trine
re furibunda concurreret. ipse eleua
ta manu iubet eam sistere qua im
mobili permanente vidit demo
nem dorso eius insistentem. quem
increpauit dicens. Discede ⁊ eua
nesce a pecude ⁊ innoxius animal
agitare desiste. illo autem protin⁹
discedente vacca ad pedes eius pro
sternitur ⁊ cum omni mansuetu
dine ad gregem suum reuertitur.

℟ ¶Quarto beatus Martinus ma
gnus apparuit contra demonem.
Nam semel demon sibi apparuit
in forma humana in veste purpu
rea coronatus orante Martino in
cella sua quem dum Martinus a
spexit tacuit. Cui diabolus inquit
Agnosce Martine quem cernis.
Christus ego sum. ⁊ quid dubitas
Martine crede Christus ego sum.
Sed cum reuelante spiritusancto
agnosceret esse diabolum ait. Do
minus Ihesus non se purpuratum
et dyademate nitentem futurum
esse predixit. nisi ergo in eo habitu
⁊ forma quib⁹ passus nisi stigma
ta perferentem videam non credā.
Ad hanc vocem vt fumus dispa
ruit ⁊ totam cellam fetore repleuit

Et cum vltimo horam mortis pre
sciret nolut sibi supponi vilia stra
menta sed dixit cristianum in ci
nere decere mori. vnde factus est.
Et cum eius in dorso iacentem ad
latus inclinare vellent ait. Sinite
fratres me celum potius respice
re quam terram. Et hoc dicente
vidit diabolum astare cui dixit.
Quid hic stas cruenta bestia nihil
in me sumesti. id est mortalis pec
cati inuenies. Abrahe sinus me re
cipiet. Et sic circa annum domi
ni. cccc. xlviij. ⁊ vite sue. lxxxj. et
episcopatus. xxvj. in dioceſi Can
dacen. nocte media dominice diei
migrauit ad cristum ⁊ tunc in ei⁹
obitu Seuerinus coloniensis epi
scopus angelos in celo canētes au
diuit. Sanctus etiam Ambrosius
diuina celebrans mediolani inter
fuit eius sepulture. Legitur enim q̄
beatus Seuerinus Colonien. epi
scopus cum die dominica post ma
tutinas loca sancta more soliro ci
uiret illa hora qua vir sanct⁹ obi
it angelos canētes in celo audiuit.
vocans archidiaconum interroga
uit si aliquid audiret. Cum se nil
audire dicerz ⁊ episcopus vt diligē
ter auscultaret moneret cepit archi
diaconus sursum collum extendere
aures erigere ⁊ super summis arti
culi baculo se sustentans stare. Sz
dū episcopus pro eo orasset quasdā
in celo voces audire dixit. Cui epi
scopus. Dominus meus Martin⁹
est qui migrauit e mundo. ⁊ nunc
angeli eum in celum deferunt. De
mones autem affuerunt qui eius re
tinere voluerunt sed nihil suum in

eo reperientes confusi recesserunt. Archidiaconus igitur diem ⁊ horam notauit. et tunc Martinum migrasse cognouit. Seuerus etiaz monachus qui vitam eius scripsit cum post matutinas leuiter obdormiuisset sicut ipse in quadam epistola testatur sanctus Martinus albis indutus vultu igneo. stellantibus oculis. crine purpureo. tenens librum in manu dextra quem de vita eius idem Seuerus scripserat eidem apparuit. cuiqz post benedictionem in celum ipsum conscendere videret ⁊ cum eo ascendere cuperet euigilauit. Post hoc autem nunciis venientibus eadem nocte sanctum Martinum migrasse audiuit. Eo quoqz die sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus missam celebrans super altare interpolationem ⁊ epistolam obdormiuit. ⁊ cum nullus eum excitare presummeret ⁊ subdiaconus nisi ipso iubente epistolam non auderet legere transactis duarum vel trium horarum spaciis excitauerunt eum dicentes. Jam hora pretrita ⁊ populus valde lassus expectat iubeat dominus noster vt legat clericus epistolaz. ad quos ille. Nolite turbari frater enim meus Martinus ad deum migrauit et ego eius funeri obsequium prebui. sed vltimam responsionem vobis excitantibus explere non valui. tunc illi diem ⁊ horam notantes inuenerunt sanctum Martinum tunc migrasse ad celum. Cappam eius vt ait magister Johannes beleth reges francie in prelijs portare cōsueuerunt. vnde ipsius cappe custodes cappellani dicebantur. Ecce quam magnus fuit sanctus Martinus in vita et in morte. ecce quanta fecit miracula. ⁊ quantum demones suaz sanctitatem impugnauerunt. Si ergo demones tam sanctum virum sic temptando. etiam in morte a via veritatis auertere voluerunt. quid fiet de nobis miseris qui multis subiecti sumus peccatis quantū nobis est timendum ⁊ dei auxiliū implorandum per interceſſionem sanctissimi Martini. Ergo deuote clamemus cum ecclesia. Jgitur te cuncti poscimus o Martine vt qui multa mira hic ostendisti eti ā de celo graciam nobis Christi supplicatu tuo semper infundas ⁊c.

¶ De sancto Martino scribit magister leonhardus de vtino in quodam sermone de sanctis hec verba in fine sermonis. Obtinuit autem beatus Martinus a domino vt qui cunqz eius suffragia exposceret maxime morbo pestifero laborans si in eius vigilia in pane ⁊ aqua ieiunaret perfectaz sanitatem pro illo anno impetraret. Et subdit. Et ego magister Leonhardus de vtino ordinis predicatorum in alemania experiencia hoc didici fore vera et in multis vtalie ciuitatibus hoc idem predicaui. Vnde in dicto ieiunio in pane ⁊ aqua in vigilia sancti Martini statim cessauit tempestas illa grauissima pestilencie. Hec Leonhardus de vtino vbi supra.

In die sancti Martini sermo alius. xciy.

Ecce sacerdos

magnus qui in diebus suis placuit deo ⁊c. Ecclesiastici. xluij. Hec verba ad literam sapiens divit de Enoch vt patet ibidem. Sub cuius nomine designatur laus istius magni sacerdotis ⁊ episcopi cuius festum hodie peragitur in ecclesia videlicet sancti Martini. ¶ Pro introductione nota q aliqua dicunt magna tripliciter. Primo privatione ⁊ hec sunt expulsiua. ⁊ sic dicuntur magna peccata quia privant magnis bonis scilicz gracia dei ⁊ gloria. vnde. ij. Esdre. viij. dicitur. Sum⁹ in magno peccato vsq; in diē hāc Hoc modo sanctus Martinus nō dicitur sacerdos magnus. Secundo aliqua dicuntur magna extimatione ⁊ hec sunt dubitatiua vt diuicie ⁊ huiusmodi temporalia. De quib⁹ prouerb. v. dicitur. Thesauri magni ⁊ insaciabiles que tamē in veritate modica sunt ⁊ quasi nichil. Ecclesiastes. j. Omnia vanitas et horum vsus malus. multa bona auffert quia difficile est diuitem intrare in regnum celorum Mathei xix. intelligendo de illis diuitibus qui ponunt finem in eis ⁊ ipis abutuntur. Sed bonus vsus eorum magna bona aquirit. Juxta illud Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Luce. xvj. Ex hijs beatus Martinus etiam non dicitur sacerdōs māgnus. Tercio aliqua dicuntur magna vera perfectione et hec sunt attractiua. Et sic vere res magne dicunt̄ que magnis cō cedūtur. Hec res sunt magne maiores et maxime. Magne res sunt virtutes ⁊ dona que hic habentur. Maiores sunt virtutes que habentur in patria. De hijs duobus dicit apostolus. j. Corinth. xiij. Nunc manent fides. spes. ⁊ caritas tria hec maior autem horum ē caritas. Maxime vero res sunt tres persone pater et filius et spiritussanctus Et sic deus est maximus. Et q habetur ipse a nobis per graciam vel gloriam est maximum donum Unde. j. Petri. j. dicitur. Vocauit nos propria virtute. per quam maxima et preciosa nobis donauit promissa vt per hec efficiamur diuine nature consortes. Quia igitur hec omnia beato Martino hic et in beata vita sunt concessa. merito dicitur. Ecce sacerdos magn⁹ ⁊c. In verbis premissis ad honorem beati Martini duo tanguntur. primo eius sacerdocij magnitudo cuz dicitur. Ecce sacerdos magn⁹ ⁊c. Secundo ipsius placibilitas cum subiungitur. Qui in diebus suis ⁊c. ¶ Quantum ad primum nota q beatus Martinus magnus fuit in sacerdocio. siue in officio suo presbiterali et episcopali. Quod ostenditur ex tribus. Primo dicitur magnus votorum electione. Ubi ē notandū vt habetur ex. c. Quia propter. de electi. tripliciter

potest aliquis elegi ad episcopa-
tum aut aliam prelaturam scilicet
per scrutinium. per compromissuz
et per inspirationem diuinam. de
clara vt ibi. Merito igitur beatus
Martinus ex electione dicitur sa
cerdos magnus q eius electio fuit
diuinitus inspirata. nam plebs tu
ronica dum episcopo careret diui-
nitus inspirata ipsum plurimum
renitentem in episcopum sibi ordi
nari pecijt. Quidam autem ex epi
scopis qui conuenerāt resistebant
ꝛc. vide in legēda. Et sit electꝰ fu
it scdm illud Heb. v. Nemo sibi
assummat honorem ꝛc. Inuehe cō
tra episcopos moderni temporis
qui litigant pro episcopatibus et
multa mala ex hijs eueniunt.

O ¶ Secundo fuit magnus exemplo
rum demonstratione. Magna em̄
et multa exempla prebuit homini-
bus ꝛ precipue sex sunt inter alia.
scilicet exemplum castitatis sobri
etatis largitatis humilitatis paci
encie et equitatis. Primo igit̄ pre
buit nobis exemplum castitatis.
castissime quippe vite fuit et virgi
nitaten suam seruauit. vnde de eo
canitur. Corpore quidem virgineo
ꝛc. Et ideo diabolum in hora mor
tis sue sibi apparentem libera vo-
ce precepit abire qui nihil immun-
dicie in eo poterat inuenire. Item
cum mortuus esset sicut scriptum
inuenitur caro eius mirabili splen-
dore refulsit vt nix quod castita-
tis fuit signum. Secundo sobrie-
tatis perhibet exemplum. de tem
pore quidem milicie sue inuenitur
sic scriptum. Fragilitatē in eo lau
dari non est necesse quia ita vsus
est vt iam illo tempore non miles
sed monachus putaretur. De tem-
pore episcopatus dicit legenda ꝙ
in multa abstinencia cum discipu-
lis suis vixit. nam ibi vinum ne-
mo biberat nisi quem infirmitas
coegisset. mollior habitꝰ ibi pro cri-
mine erat. neqꝫ vsus est carnibus
sed radicibus herbarum. ¶ Sed ex P
quo ita abstinens fuit est dubium
cur homines in eius festo plus so-
lito laucius bibunt ꝛ comedunt.
Solucio ortum habuit hoc a Tu-
ronensibꝰ. Cuz enim mortuus essz
in diocesi Candacensi q̄ causa di
scordie sedande visitauit. Conue-
nerunt pictaui ꝛ turoni magnam
habentes altreationem de corpo-
re. Applica hic legendam ꝛ de vi-
no quod posuerunt turoni pictaui
bibentes omnes sopierunt ꝛ media
nocte a Turonis corpus sublatuz
est. Secundo fit hoc propter eius
maximam largitatem. de qua di-
cetur. Si tamen exceditur modus
non est commendandum sicut in
faschango. Inuehe contra excedē
tes ꝛc. Tercio largitatis demon-
strat exemplum. tante enim largi-
tatis fuit vt etiam cum adhuc ca-
thecuminus esset cuidam pauperi
pallium suum per mediam partez
diuideret quia tunc nihil aliud ha-
buit quod ei daret. Demum cum
in sacerdocio constitutꝰ esset ip̄az
tunicam qua ad carnem vestieba
tur exuit et cuidam egeno tribuit
Extende vt in legenda ex quibus
apparet maxima largitas. ¶ Naz Q
liberalitatis scdz doc. tres sūt gradꝰ

Primus est dare partem de superfluis ⁊ partem retinere. Luce. xj. Quod superest date pauperibus. Secundus est dare omnia superflua et retinere necessaria. Tercius est dare necessaria sicut illa vidua de qua Luce. xxj. que in gazophilacium totum victum posuit ⁊ hic est summus gradus. Beatus autē martinus non tantum habuit primum ⁊ secundum gradum liberalitatis sed etiam tercium vt patet in predictis duobus exemplis quia ea que sibi erant necessaria largigitus est. Quarto magne humilitatis ostendit exemplum. Tante nempe humilitatis erat q̄ leprosum quendam cunctis horribilem Parisius obuiam habens osculatus ē atq̄ benedixit statimq̄ mundatus est. Etiam vnō seruo contentus cui causa humilitatis septa calceos detrahebat et pedes abluebat. In secretario quoq̄ residens unquam cathedra vsus est. Sic et nos simus humiles vt spiritus sanctus nostras inhabitet mentes Quia dicitur ysa. vlti. Super quē requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum et tenentem verba mea ⁊c. Quinto exhibuit exemplum magne paciencie. ita ēm pacienciam in omnibus seruabat q̄ cum esset summus sacerdos sepe a clericis ledebat nec a sua eos propter hoc caritate repellebat. Nemo illum vnq̄ vidit iratum. nemo merentem. nemo ridentem. multa etiam a malis hominibus passus est. Applica hic exemplum de militibus qui eum percusserunt quando eis obuiauit in veste hispida. Item multa etiam passus ē ab hereticis Arrianis. qui eum de ciuitate expulerunt. Multa etiaz mala et aduersa a diabolo passus est. Qui ad eum dixit. Quocunq̄ ieris ego tibi aduersabor. Qui patienter respondit. Dominus mihi aditor non ⁊c. Septo profert exemplum magne equitatis siue iusticie. Fuit enim multe iusticie. Nam cum imperator Maximinianus ipsum inuitasset et ei primū poculum allatum fuisset ⁊c. perse quere vt in legenda. Applica etiam hic exemplum de Valentiniano imperatore a quo cū habuisset repulsam zelo iusticie non destitit vt in legenda. Et ideo de eo canit ecclesia. Eius ori nunq̄ christo abfuit siue iusticia ⁊c. Dic ibi quomodo nos similiter eum imitari debemus vt magni fiamus.

¶ Tercio beatus Martinus dicit sacerdos magnus miraculorū operatione tam in vita q̄ in morte. In vita enim maximis miraculis claruit ita q̄ in omni rerum genere miracula fecit. Primo in rebus habentibus esse tantum. sicut in elementis. Nam terre imperauit quando tres mortuos suscitauit. Ideo de eo canit ecclesia. Martinus sacerdos dei cui post apostolos dominus ⁊c. Item in igne et aere quando domo vicina incensa contra validum ventum steterit et igni vltra non debere pergredi imperauit. Applica etiam hic exemplum Seueri de igne quando visitauit diocesim suam. et proiectis straminibus in humo dormiuit. vbi media nocte stramina

incendiuntur ⁊c vt in legenda. In aqua etiam quando mercatorē in aqua non duz ypianum periclitā tem et exclamantem de⁹ Martini adiuua me liberauit ab aqua et in fidelitate. Secundo in rebus ha bentibus esse ⁊ viuere vt in arbore diabolo dedicata quam miraculo se auertit a se casuram post succi sionem. Et in elleboro quod casu comedit ⁊ oratione a morte sana tus est propria. Tercio in rebus ha bentibus esse viuere ⁊ sentire vt in animalibus irracionabilibus. vt in lepusculo canibus circumdato. quez liberauit canes sistendo. Et in cane qui contra discipulnz mar tini latrauit. In serpente quem ver bo per fluuium venientem renata re iussit. In vacca possessa. quam contra venientem a demonio li berauit. Quarto in creatura racio nali vt in infirmis quos sanauit. si cut febricitantibus ⁊ paraliticis ⁊c. et obsessis. Ideo canitur in se quencia. Nam febres sedat ⁊c. Quinto in creatura intellectuali mala vt in demonibus quos a tē plis fugauit. et quos in speciebus hominum sibi apparentes cogno uit vt Jouis Mercurij ⁊c. Item et in forma regis purpura et dya demate coronatus quando finxit se esse Cristum. Item et in creatu ra bona intellectuali vt in angelis bonis qui eum in vita honorauer runt quando manus eius in mis sa teuerunt. quando preces eius deo obtulerūt. quando clausis ia nuis ad imperatorem intrauit. In morte etiam et post mortem plurima miracula operatus est. Applica hic legendam in eius trās latione de sancto Perpetuo de cā panis de duobus socijs. ¶ Quan tum ad secundum quomodo bea tus Martinus in diebus suis pla cuerit deo. Nota q tria distinguū tur tempora siue dies hominis et sēm hoc tres assignantur status hominis scilicet iuuentutis vsq ad xxj. annum. Deinde virilitatis vsq ad. lx. Tercio senectutis vsq ad mortem. Et de hijs tribus tem poribus fit mencio sub nomine tri um vigiliarum Luce. xij. vt in ho dierno euangelio. Sint lumbi ⁊c. Et in omnib⁹ his diebus siue sta tibus placuit deo quia in quolibet ea seruauit que ad talem statum requiruntur. ita q bene dicitur de eo illud in epistola vbi thema. Nō est inuentus similis illi ⁊c. In pri mo nanq statu scilicet iuuentu tis seruauit legem bonorum pue rorum. laicorum deuotorum et le gem militum. In secundo legem clericorum et monachorum. In tercio episcoporum. De primo no ta q lex et regula bonorum puero rum describitur Thobie. j. vbi do centur primo vt fugiant consorcia malorum. Secundo iungant se li benter ecclesie sanctorum. Tercio se exerceant in deuotione et orati one. Vnde ibidem de Thobia pue rulo dicitur. Hic solus fugiebat consorcia omnium. supple malo rum et ydolatrarum. Ecce primū Et pergebat ad Jherusalem ad tē plum domini. Ecce secundum. et ibi orabat dominum deum isra hel. Ecce tercium ⁊c. Hec etiam beatus Martinus puer seruauit.

ido hijs diebus placuit deo. Nam quo ad primum in eius dicitur legenda q̄ Pannonie natus. Papie alitus. cuius pater tribunus militum fuit imperatoris constantini et iuliani. Et cum decem annorum esset inuitis parentibus paganis. quos reliquit recessit. ecce quomodo primo fugit consortia malorum ⁊ ydolatrorum. Scōm additur cū dicitur. ad ecclesiam confugit. Tercium tangitur cui subditur. ⁊ se catheccuminū fieri postulauit. Factus vero. xv. annorum coactus est militare sub iuliano imperatore. vbi scdo regulam militum laycalium seruauit. Ideo etiam in hijs diebus placuit deo. ¶ Milites enim habēt tria mandata precipua. Primum est vt pauperes ecclesias ⁊ respublicas defendāt. vt in. l. milites. ff. de re mili. ⁊ in. c. miles. xxiij. q. v. vbi dicitur. Illis qui milites fiūt committendus est gladius super eorum iuramenta vt viduas. orphanos ⁊ rempublicam defendāt. Et dicit Helimandus q̄ talis olim cōsuetudo fuit vt eo die quo q̄s militari cingulo armabatur ecclesiā solenniter adiret. gladiumq̄ sup altare poneret seipsum obsequio altaris deuouit. Hoc mandatum beatus Martinus obseruauit cui esset miles quia pauperes ⁊ ecclesias defensauit. Sicut probat Seuerus ī dialogo quādo gens barbarica cōtra romanam insurgeret ecclesiaz ipse precibus suis velud alter Moyses pugnauit. hostes ecclesie subiugauit. vide in legēda. Sed heu nostri milites ab hoc mandato exorbitant. pauperes impugnant. ecclesias quas deberent defensare spoliauit. Ideo contingit eis sicut Antiocho regi impio. De quo legitur j. Machabeorum. vj. Qui in superbia venit in Jherusalem ⁊ templū domini depredabatur ⁊ ideo infirmus iacens in lecto ait. Reminiscor malorum que feci in Jherusalem quando abstuli de templo omnia spolia argentea ⁊ aurea que erant in ea sine causa. Cognouit ergo quia venerunt propterea contra me mala ista. ⁊ ecce pereo pre tristicia. Secundum mandatum est q̄ neminem concuciant aut calumniam inferant sed proprijs stipendijs se sustentent. Hoc habetur Luce. iij. vbi dum milites interrogabant sanctum Johannem Baptistam. Quid faciemus et nos. ait illis. Neminez concuciatis. nec calumniam faciatis. ⁊ contenti estote stipendijs vestris. vbi sub tribus capitulis beatus Johannes intendit milites arcere ab omni iniuria facienda. Fit enim iniuria tribus modis. Aliquando in persona per oppressiones. Contra quod dicit primo. Neminē concuciatis. Nō pōit Augu. ī c. militare ī si. xxiij. q. j. Concutere est aliquid petere vltra debitum ratione officij alicui. Ille igitur cōcutit q̄ per oppressionem ⁊ iniuriam pauperes verberādo aut incacerādo extorquet pecuniam. contra quos Jacobi. ij. Nōne diuites per potenciam opprimunt vos et trahunt vos ad iudicium. Non autem debet tantum non opprimere sed etiaz opprimentibus resistere vt dictum est supra in primo mandato. Scdo infert

iniuria per infamiam. per falsi no
minis siue criminis impositionez
quantum ad hoc dicit scdo. Nec ca
lumniam faciatis id est non sitis
criminatores sicut aliquando po
tentes faciunt qui pauperibus fal
sum crimen imponunt vt sic pecu
niam ab eis extorqueant. sicut fe
cit Jhesabel. iij. Reg. xxj. que Na
both falsum crimen imposuit. scz
q deum maledixisset ⁊ sic eum la
pidari fecit vt vineam eius habe
ret. Tercio infertur iniuria in tem
porali substancia per rapine expo
liationem ⁊ quantuz ad hoc ponit
tercium. Et contenti ⁊c. id est nō
sitis alienarum rerum raptores. ⁊
propterea dicit Aug. in. c. militare
xxiij. q. j. Militare non est delictū
sed propter predam militare pecca
tum est ⁊ ideo quadam prouiden
cia sunt militibus cōstituta stipē
dia ne dum sumptus queritur pre
V do grassetur. ¶ Hoc preceptum cū
suis capitulis perfectissime serua
uit beatus Martinus ideo placuit
deo. Primo quia non fuit pauperū
oppressor sed adiutor vt patz supra
in exemplis. Etiam orphanos de
fendit. Vnde dicitur de eo. Cura il
li erat assistere laborantibus. alere
egētes. opem ferre miseris ac a tri
bulatiōe ⁊ miseria releuare. Scdo
nō fuit crimīator ꝫ pacific⁹ habita
tor nā pacifice ambulauit cū supe
rioribus ꝑ subiectionē sicut cū iulia
no. Cū equalibus per pacificam cō
uersationem sicut patet de suis cō
militonibus qui miro eum venera
bantur affectu. Et cum inferiori
bus vt patz in eius seruo. Tercio
etiam non fuit raptor sed suorum
largitor tantum enim terreua con
tempsit vt nihil sibi de stipendijs
preter quotidianum victum reser
uaret. tandem etiam respuit stipē
dia quia. xviij. anno baptizatus
est et post. xx. annum cum Julia
nus suis stipendia daret martin⁹
recipere noluit dicens ⁊c. vt in legē
da. Inuehe contra milites nostri
temporis qui parum hanc regulā
obseruant. sunt enim oppressores
et calumniatores. gaudent longo
famulancium comitatu. visitant
torneamenta ido cum nō possunt
contentari proprijs coguntur eē vi
olēti raptores in alienis. Sed au
dite vos impij raptores quid dicit
spiritussanct⁹ per Job. xxvij. Hec
est pars impij apud deum. si multi
plicati fuerunt filij eius in gladio
erunt id est occiduntur et nepotes
eius non saturabuntur pane id est
fame morient̄ et qui reliqui fuerint
scz alij amici ex eo sepelicētur inte
titu hoc ē sepultura asini et vidue
eorum non plorabuntur. Terciuz
mandatum est de iusticia belli ad
quam debet attendere miles seu sti
pendarius vt licite militet. ¶ No X
ta scdm Archid. in summa. xxiij.
q. ij. et notat sctūs Tho. scda scde
q. xl. Ad hoc vt bellū sit iustū tria
requirunt̄. Primū est cā iusta vi
delicet pro rebus repetendis aut ꝓ
pulsandis iniurijs vt scz illi ꝯtra
quos bellū agit̄ aliqua culpa meru
erint q: scz punire neglexerunt qd
ab eis improbe factum est vt in. c.
j. xxiij. q. ij. Vbi dicit ysid. Justū
ē belluz quod ex edicto geritur de re
bus repetendis aut propulsandoꝝ
hominum causa. et in. c. dominus

ibidem dicit August. Iusta bella diffiniri solent que vlciscuntur iniurias. sic gens vel ciuitas plectenda est que vel vindicare neglexit quod a suis improbe factum est. vel reddere quod per iniuriam ablatum est. ⁊ sic bellum est iniustuz si non est de repetendis rebus vel defensione patrie sed ex sola volũtate ⁊ non propter necessitatem vt notat summa vbi supra. Secundũ est intencio recta vt scilicet non fiat ex odio vel animo vlciscendi. aut auiditate prede sed zelo iusticie et caritatiue vt bonum promoueatur et malum euitetur. xxiij. q. j. quid culpatur. vbi dicit August. contra manicheos. Quid culpatur in bello an quia moriuntur quandoq; meriti vt dominentur in pace victuri. hoc reprehendisse timidorum est. nocendi cupiditas. vlciscẽdi crudelitas. feritas rebellãdi. dominãdi libido et si qua similia hec sunt que in bellis iure culpantur. Tercium est auctoritas principis vt in dicto. c. j. quid culpat̃ ait august. Ordo autẽ ille naturalis mortalium paci accomodatus hoc poscit vt suscipiendi belli auctoritas atq; consilium penes principes sit Et dicitur princeps hic papa vel imperator aut inferiores principes habentes tamen iurisditionem super eo cui mouetur bellum. Et hoc quantum ad inferendum bellum sed ad resistendum seu defendendum se contra iniuste mouentem non requiritur auctoritas principis quia de iure nature vim vi repellere licet a se et socijs cum moderamine tñ inculpate tutele ⁊ incõtinenti vt in. c. significasti. de homici. ⁊ c. non inferenda. xxiij. q. iij. Hoc preceptum beatus Martinus per omnia seruauit. Declara ex legenda. Inuehe contra milites nostri temporis qui nullum habẽt respectum ad iusticiam belli eius qui eos conducit sed ad rapinam ⁊ maius stipendiuz. Et de huiusmodi militibus dicitur de peniten. distin. v. falsas. ꝙ non potest talis miles vere agere penitenciam nisi dimiserit miliciam. Intelligitur enim de iniusta milicia. ⁊ ideo videant confessores quomodo tales absoluant. Secundo beaeus Martinus in secundo statu hoc est in diebus virilitatis placuit deo. quia in eis perfecte seruauit duplicem legem scilicet clericorum ⁊ monachorum. ¶ Quantum ad legem clericorum nota pro vt colligitur ex dinetsis iuribus clerici principaliter habent tres regulas. Primo debẽt a secularibus negocijs abstinere ⁊ in signum huius ordinacio clericorum fit in sabbato quod interpretatur requies quia quiescere debent a secularib⁹ negocijs. Vnde apostolus scd̃a ad Thimotheum. ij. Nemo militans deo implicat se secularibus negocijs. Que autem sint secularia negocia a quibus clerici habent abstinere declaratur in. c. multa. ne cleri. vel mona. et quasi per totum titulum. Secundo debent studio literarum sacrarum ꝑpter arcẽdos malos ⁊ hereticos sꝑ intendere ⁊ virtuosis actibus inherere. vt in. c. sic viue. xij. q. j. dicit Iheronim⁹. Clerice multo tempore disce que postmodum alios do

ceas. Et in. c. omnes pſallentes xxxviij. diſti. vbi dicitur. Omnes pſallentes deo repromittimus in iuſtificationibus tuis meditabor. non obliniſcar ſermones tuos qui ſunt eloquia domini. Quod ꝙ ſi cū ctis fidelibus obſeruare ſalubertimum ſit precipue tamen hijs qui ecclesiaſticam conſecuti ſunt dignitatem. Quibus autem virtutibus clerici debent eſſe decorati oſtendit apoſtolus. j. ad Thymo. iij. dicēs. Oportet epiſcopum eſſe irreprehenſibilem ⁊c. Que regula cōtinet. xiij capitula ſeu conditiones virtutuz que obſeruari debent ab omnibus clericis. Tercio debent inſiſtere diuinis officijs ⁊ deuotionibus quia hoc requirunt eorum ordines. Hec omnia complenit ſanctus Martinus. De primo ⁊ vltimo canitur in ſequencia. Hic oculis ac manibus in celum ⁊c. ſcilicet intentus. Per oculos deuotionem ⁊ intentionem accipimus. per manus opetationē Et alibi. Inuictum ſpiritum ab oratione non relaxabat. De ſecundo patet quia cum Arrianis diſputauit ⁊ eos vicit. ideo de ciuitate illirico fuit eiectus vt dicitur in legenda. Inuehe contra clericos noſtri temporis. ¶ Quantum ad legē monachalem nota ꝙ religioſi etiā habēt tria mandata. Primum vt obedienciam habeant. Secundum ꝙ proprium contemnant. Tercium vt votum caſtitatis ſeruent. De q̄ bus habetur in. c. cum ad monaſterium in fine. de ſtatu monacho. vbi dicitur. Abdicatō proprietatis ſicut ⁊ votum caſtitatis ⁊c. Hec mandata ſeruauit beatus Martinus in ſtatu monachali. Fuit enim obediens quod teſtatur Seuerus in legenda cum admonitus eſſet a domino per ſoporem vtipſe viſitaret parentes ſuos mox voluntatem ſuam deſeruit et diuinam voluntatem fecit ſecundum illud matthei. xxvj. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu vis pater. Fuit contemptor terrenorum quia in ſuo monaſterio tam pauper fuit ꝙ de radicib⁹ herbarum vixit. Et potuit dicere cum beato bernhardo. Quid nobis de diuicijs que nec vere. nec noſtre ſunt. Fuit ⁊ caſtus vt ſupra. Et poteſt dicere illud. Mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcencia. Tercio beatus Martinus in tercio ſtatu hoc eſt in diebus ſenectutis placuit deo. q; perfecte ſeruiuit legē epiſcopoꝝ ¶ Pro quo nota ꝙ licz apoſtol⁹ vbi ſupra plura ponat de epiſcopis tamen principaliter habent tria mandata ſiue capitula que criſtus dedit beato Petro ⁊ eius ſucceſſoribus epiſcopis Johānis vl. vbi ter queſiuit a beato Petro. Petre amas me ⁊ cum ter reſpondiſſet. Domine tu ſcis q; amo te. Criſtus ter dixit. Paſce agnos adinuendum ꝙ epiſcopi debent paſcere ter ſubditos ſuos. videlicet exemplo. verbo ⁊ temporali ſubſidio ⁊ ideo inter alia dicit apoſtolus vbi ſupra. Oportet epiſcopum eſſe ornatum vt paſcat exemplo. Debet eſſe in exemplum laycis ⁊ clericis. viij. q. j. qualis. Eſſe doctorem vt paſcat verbo. Eſſe hoſpitalem vt paſcat temporale ſubſidio. Hec tria ſeruauit beatus Martin⁹ quia pro exēplo ſue ſanctitatis

in episcopum est tractus. Fuit etiam doctor egregius quia viam salutis ostēdit verbo doctrine ⁊ plures ad fidem conuertit vt patet de matre ⁊ latrone ex legenda. Fuit etiam hospitalis nulli pauperū hospicium denegando. Ipse fuit alter Loth qui sedebat in foribus domus sue peregrinos expectando. Geñ. xix. propter predictorum mādatorum in omni statu obseruantiam merito placuit in diebus suis deo patri. Sic ⁊ nos si volumus placere deo patri necesse est eiꝰ mādata teneri Johannis. xiiij. Si q̄s diligit me sermonem meum seruabit ⁊ pater meus ⁊c̄. Placuit etiam deo filio eo ꝙ eum totum angelis commendauit dicens. Martinus adhuc cathecuminꝰ. Hec complacencia xp̄i respectu b. Martini fuit ex pauperum compassione quibus vestimenta sua tradebat ⁊ alebat Placuit etiam spiritui sancto eo ꝙ in specie ignis super capur eius apparuit. ⁊ hec placencia fuit propter humilitatis retentionem. Et nedum placuit deo sed et regine celi virgini Marie quia ipsum sepius visitauit. Applica hic legendam de Seuero ⁊ Gallo cum vna vice p̄ foribꝰ celle beati Marcini expectarent ⁊c̄. Placuit etiam sanctis angelis qui sūe sanctitati quotidie astiterunt ⁊ ministrauerunt ⁊ post mortem eius animam cū ympnis et canticis ad celum deduxerunt. Applica hic legendam de sancto seuerino coloniensi episcopo. Placuit etiā toti curie celesti q: ipsuz hodie in suum consortem acceperunt scd̄m ꝙ ip̄e ait. Sinus Abrahe me recipiet. Ipsum ergo beatum martinum sacerdotem magnum debemus hodie ⁊ semper honorare ⁊ venerari.

De sancto Martino sermo. c. Bann. xxj. Thema

D te leuaui oculos meos qui habitas in celis p̄s. cxxij.

Hec verba conuenienter recitari possunt ad commendationem sancti Martini qui oculos mentis erexit ad deum per contemplationez Vnde et specialiter de eo canit ecclesia ꝙ oculis ac manibus in celū semper erat intentus eo ꝙ per contemplationem celestia desiderauit ⁊ amauit et omnia opera sua in deum ordinauit. Nam et si elemosinas dedit. si populum instruxit. si carnē propriam castigauit semper occulos in celum leuauit. quia vt celos ascenderet ⁊ cristum videret hoc fecit. Et bene nobis in exemplum vt qui terreni sumus eterna cupimus ⁊ amamꝰ ab hijs oculos nostros auertamus ⁊ in celuz cum beato Martino leuemus ita vt nihil propter mundum siue propter homines principaliter operemur sed omnia propter deum ⁊ in deum facta nostra ordinemus. vt sic vere cum beato Martino dicere possimus verba thematis. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis vbi supra. Pro gracia Aue maria. Ad te leuaui oculos meos ⁊c̄. Circa verba thematis duo nobis sunt principaliter consideranda. Primo sanctitas ⁊ excellencia meritorum in beato Martino qui

semper intentus erat ad celestia. oculos mentis sue leuans in celum ⁊c. Secundo exemplum imitationis nostre vt et nos sic celestia aspiremus et terrena despiciamus auertendo oculos a terrenis et leuando illos ad celestia ⁊c. ¶ Circa primum est notandum q̄ beatus A Martinus non solum oculos sed et manus ⁊ os ad dominum leuauit. Sicut de eo canit ecclesia. Hic oculis ac manibus in celum ⁊ totis viribus suspensus terrena cuncta respuit. Cuius ore nunq̄ x̄pus abfuit siue iusticia ⁊ quicquid ad veram vitam pertinet. Et quāq̄ hoc verum sit de eo ad litteram q̄ oculos manus ⁊ os ad dominum leuauit sicut bene patet in eius lectione dum beatus Briccius discipulus suus quereretur vbi esset beat⁹ martinus. respondit. Ecce ille delirus qui respicit in celum quasi amens attamen spiritualiter per oculos intentionem ⁊ deuotionem intelligere debemus. Per manus vero operationem. Et per os orationē Hec enim omnia in beato Martino exigebantur et ordinabantur ī deum videlicet intencio ⁊ deuocio operacio ⁊oracio. q̄ autem per oculos intelligatur deuocio ⁊ intencio patet per illud Cāticoꝝ. viij. Vulnerasti cor meum soror mea in vno oculorum tuorum. hoc est oculo deuotionis. Et Matthei. vj. ⁊ Luce xj. dicitur. Si oculus tuus simplex erit totum corpus tuum lucidum erit. oculus id est intencio quia ab intencione omnia opera nostra tenebrosa et luminosa iudicantur. quicquid enim agunt homines in tēcio iudicat omnes. q̄ etiā per manus operatio designatur dicit Gregorius. Quid per manum nisi opera cio designatur. Juxta illud p̄s. In nomine tuo leuabo manus meas id est opera mea ad implendum mandata tua ⁊c. q̄ autem per os congrue intelligatur oracio patet ex hijs que dicta sunt de sancto Martino q̄ eius ore Cristus nunq̄ abfuit id est deuotī oratiōi qua Cristi nomen sepissime nominando expressérat. Ex quibus patet q̄ beatus Martinus tota deuotione in celum versabatur ⁊ per intentionem omnia opera sua in deum ordinauit ⁊ nihil vnq̄ principaliter propter se. propter homines. aut propter mundum faceret sed omnia propter deum. ex quo tunc relucet eius sanctitas. ¶ Vera enim sanctitas B consistit in tribus scilicet in oratione deuota. in vita sancta ⁊ in cōuersatione grata. Que omnia excellenter habuit beatus martinus Habuit enim deuotam orationē quo ad deum. quia ab oratione incepit in sua puericia. Nam cum esset annorum duodecim ecclesias frequentabat etiam inuitis parentibus et catechuminum fieri se postulauit id est petiuit se instrui in fide catholica quia parentes infideles erant et extunc in puerili etate heremum intrasset nisi carnis infirmitas obstitisset. Habuit etiam vitam sanctam quo ad se. Cuius sanctitatis testimonium fuit globus igneus qui supra caput eius apparuit dum diuina celebraret. Ex quo dicitur par apostolis propter graciam spiritus sancti que in eum

in specie ignis ad robur descendit vt dictum est. Vnde et apostoli frequenter eum tanq̃ comparem visitabant. Legitur enim in dialogo Seueri ⁊ Galli q̃ dum quadã vice Martinus in cella solus sederet et Seuerus ⁊ Gallus eius discipuli pre foribus expectarent subito mirabili concussi horrore. plures in cella audiunt insimul colloquentes. De quo cum postmodum martinum requisissent. ille ait dicam vobis sed vos queso nulli dicatis. Agnes Tecla ⁊ Maria ad me venerunt. nec enim illa die sed sepius profitetur se ab eis visitari. Et petrum et paulum apostolos a se sepius videri asseruit. ¶ Sanctitas etiam vite sue patet ex multis miraculis que deus per eum operatus est tres mortuos suscitando vt de eo canit ecclesia. Leprosum osculãdo et sanando. Demones expellendo. Ignem ne vltra progederetur per sui interpositionem prohibendo. Tempestates maris sedando ⁊ per ianuas clausas ad imperatorem intrando ⁊ sic de alijs. Hec omnia in vita quid ergo post mortem certe multo maiora. Habuit tercio conuersationem cũ hominibus gratam. Fuit enim magne humilitatis vtpatz de leproso magne iustitie. Vnde cum ab imperatore Maximiniano inuitatus fuisset ⁊ primo potus sibi oblatus fuisset sperantibus cunctis vt post se imperatori tribueret. primum p̃ spitero post se dedit nullum existimans eo digniorem. ymmo indignum existimans si regem prespitero pretulisset. Fuit etiam magne paciencie quia licet esset episcopus multipliciter tamen a clericis lede batur et tamen ex hoc eos a sua caritate non repellebat. Nemo enim vnq̃ ipsum vidit iratum. merentem aut tidentem. Fuit et multe assiduitatis in orando ita q̃ nunq̃ animum ab oratione lauabat. Semper enim legit vel orauit. ymmo operando orauit. Maxime etiam fuit austeritatis ad se. quia in nuda humo cilicio desuper strato quieuit. ymmo nec stramina passus est. Naz cum semel martinus in quandam suam diocesim veniisset ⁊ clerici stramina sibi preparassent vt refert Seuerus in epistola ad Eusebium. ipse commotus quasi iniuria sibi facta stramina abiecit ⁊ in humo nuda quieuit in cilicio. Cum autem in medio noctis stramina prope cum atderent ⁊ Martinus excitatus exire non posset ab igne iam capitur et eius vestimenta vruntur. rediens autem ad solitum orationis confugium signo crucis facto in medio ignis intactus permansit. magne etiam erat compassionis ad delinquentes et peccatores ita vt diabolus eum reprehenderet cur semel lapsos ad penitenciam reciperet. Multe etiam pietatis ad pauperes in dandis elemosinis sicut et clamidem pauperi diuisit. Ecce quãte sanctitatis fuit beatus martinus in oratione deuota. in vita sancta ⁊ in conuersatione ad populum gratissima. Bene ergo verum est q̃ omnis eius cogitatus in ce-

lum et ad celestia versabatur. Propter qđ rectissime de eo verificantur verba thematis. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis ꝛc. Circa secundum premissorum nunc videndum est quid nobis faciendum sit vt ipsum saltem quantum nostra debilitas admittit imitemur et oculos nostros etiam in celum leuemus. ¶ Proquo notandum q quatuor sunt que ad deum leuare debemus. Jta vt vere quilibet nostrum deo dicere posset thema promissuz. Ad te leuaui oculos meos ꝛc. videlicet oculos ad lucem contamplationis. linguam ad vocem orationis. manus ad virtutem operationis. ⁊ caput ad spem vel per spem redemptionis. Primo leuare debemus oculos nostros ad lucem contemplationis. id est ad deum solum contemplandum. oculos videlicet mentis nostre. non lupinos aut vulturinos sed columbinos. secundum illud Canticorum. j. Oculi tui columbaruz id ē operum tuorum intentiones sint sincere et simplices. Vbi dicit Robertus holgot super Cantica. Jllius anime oculi bene columbarum esse perhibentur que in temporalibus gemit ⁊ ad eterna desiderio rapitur. in simplicitate sensus suos custodit ⁊ carnalia detestatur. Columba quippe in amore pro cantu gemit. Et bene sancta anima columbe comparatur. quia dum reprobi quicq in amore mundi gaudiunt et letantur. mens electa in celesti desiderio merore attritur quia timet ne amittat quē diligit dum differtur. Debemus ergo leuare oculos ad solum deum contemplandum. non ad vanitates huius mundi. non ad feminas vel viros sed ad solum Jhesum. Hinc est q discipuli in transfiguratione corruentes in terram ⁊ leuantes oculos suos neminem viderūt nisi solum Jhesum (Mathei. xvij. Jdeo bene dicit propheta in psalmo. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Bene enim sciut quanta mala homini veniunt per visum. Qui ergo sic auertit oculos a vanitate vere leuat oculos ad deum. Cuius exemplum habemus in apostolo. qui postq̄ a Cristo fuit prostratus et tribus diebus habuit oculos clausos. Actuum. ix. interius tamen oculos apertos. Vbi dicit Augustinus. Eo tempore quo cetera non videbat Jhesum videbat. Si enim homo non leuat hic oculos suos ex amore leuabit tandem eos cum maximo timore quando vndiq̄ mala sibi aduenient. Sicut diues in tormentis positus Luce. xvj. Secundo debemus leuare linguam nostraz ad virtutem orationis. id est ad orandū exēpla Dauid et ppli sui. j. sicut scriptū ē. j. Reg. xxx. Leuauerūt Dauid ⁊ populus qui erat cū eo voces et planxerunt donec deficerent in eis lacrime. Hec fecerunt quando Siceleq̄ incensam viderunt ⁊ vxores ⁊ filios captiuos. Siceleq̄ interpretatur defecacio vocis. Et sic animam vel cor hominis significare potestque vocem orationis defecatam ⁊ puram

a fecibus viciorum habere debet. Contra hoc quod dicitur Mathei xv. Et originaliter ysaie. xxix. Populus hic labijs me honorat. Cor autem eorum longe est a me. Cum ergo vyor id est corpus tuuz et filij id est opera tua a diabolo captiuantur leua ad deum linguam orando cum lachrimis contritionis. Nam dum cor non orat inuanum lingua laborat. Tercio debemus ad deum leuare manus ad operandum. videlicet ad subuenendum proximis. Debemus autem manus leuare ad bene operandum non ad proximum offendendum vt sic manuum eleuacio sit signū quia in corde latet deuotio. Vnde cum Mayses deuote leuaret manus vincebat israhel. si autem paululū remisisset eas superabat amelech. Exodi. xvij. In quo significatur q victoria contra hostes anime obtinetur si cum voce orationis manus boni operis leuentur.

E ¶Quarto ad deum debemus leuare caput nostrum per spem eterne redemptionis. caput videlicet mētis. secundum illud Luce. xxj. Leuate capita vestra. Quicunq enim sunt bone vite ⁊ consciencie. bene possunt leuare caput ad deum. maxime propter tria. De quibus beatus Bernhardus sic ait. Tria considero in quibus tota spes mea cōsistit. videlicet caritatem adoptionis. veritatem promissionis. et potestatem redditionis. Quidaz autem ita turpes sunt in capite. secūdum illud ysaie. j. Omne caput languidum ⁊ omne cor merens. q pre confusione cōscientie non possūt caput leuare per sanctam fiduciaz leuant tamen per superbiam. Sed illis continget tandem. sicut dicit Job de superbis. Si ascenderit vsq in celum superbia eius et caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinium in fine perdetur. Job. xx. Vt autem boni caput leuent per spem ⁊ inclinent per humilitatem Cristus dominus pro nobis moriendo caput inclinauit in cruce. Johannis. xix. Inclinato capite tradidit spiritum. Ex hijs ergo patet quid homo facere debeat vt vere dicere possit verba thematis. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. vt videlicet leuet oculos mētis sue ad solum deum contemplandum. linguam ad deuote oranduz manus ad bene operandum. ⁊ caput ad redemptionez eternam speranda. Hec de secundo. ¶Dubitatur circa premissa ex quo multū F nos impedit ⁊ allicit amor terrenorum quid tamen facere debemus vt promptiores simus ad leuandum vere oculos mentis nostre ad deum iuxta premissa. Respondetur q ad hoc sunt plura necessaria puta septem per ordinem vt patet Primo ergo ad despiciendum terrena ⁊ ad amandum celestia necessarium est nobis vt oculos nostros post tergum super mala que commisimus reflectamus. vt per veram penitenciam que contra deum commisimus vel obmisimus cogitacione. locutione vel operatione abstergam⁹. quis enim hominum est retro se respiciens ⁊ vtaz

ſnam conſiderans qui non multi⸗
pliciter inuenit ſe dei preceptis ob⸗
uiaſſe ⁊ in multis negligenter viu⸗
iſſe. Taliter ergo mala preterita re
ſpiciamus. vt quocienſcunq; no⸗
ſtre memorie occurrunt ipſa per
deteſtationem expellamus. Quod
bene inſinuat propheta dicēs. Am
plius laua me ab iniquitate mea.
et a peccato meo muuda me. Quo⸗
niam iniquitatem meam ego cog
noſco et peccatum meum contra
me eſt ſemper. Illius figuram be⸗
ne habemus Exod. xviij. vbi dici
tur q egredientes filij iſrahel ex e⸗
gypto leuauerunt oculos ſuos ⁊
viderunt egyptios poſt ſe et timue
runt valde clamauerunt q in celū
Per egyptios autem qui tenebre
interpretantur ſignificantur pecca
ta que tot et tanta videmus nos
inſequi ſi vitaz noſtram retro nos
hoc eſt preterita diligenter diſcu⸗
timus neceſſario cum filijs iſrahel
ad dominum clamemus quouſq;
dominus miſereatur noſtri. Et di
cat nobis illud yſa. xlviij. Ego de⸗
leui vt nubem iniquitates tuas et
quaſi nebulam peccata tua. Sed
quid nobis prodeſt remiſſio pecca
torum niſi detur nobis gracia pro
futuro contynendi. Secundo ergo
oculos noſtros ante nos dirigam⁹
et dei iudicium quod eſt ante nos
perpendamus cogitantes q̄ diſtri
cte pro peccatis ſingulis. ⁊ maxi⁹
me poſt remiſſionem peccatorum
iteratis a deo iudice iudicamur.
que in numero ponere et menſu⁹
ra omnia nos exoluere oportet. ſe
cundum illud eccleſiaſtes. vij. Cū⁹
cta que fiunt adducet deus in iudi⁹
cium pro omni errato ſiue bonum
ſiue malum ſit. Et yſa. lxvj. Ego
autem opera illorum et cogitatio
nes eorum venio vt congregem
cum omnibus gentibus et linguis
Si enim apertis oculis videremꝰ
peccata noſtra qualiter pro illis iu
dicabimur cum ſumma diligencia
ea tanq̄ mortem caueremus. quis
nam niſi mētis inops a iudeo mu
tuaret obulum vt pro eo in craſti
no redderet marcam auri. aut quiſ
pro modica delectatione in cibis ⁊
potibus vnus hore ſuſtineret cap
tiuitatem duriſſimam cum victu
panis et aque per integrum annū.
certe nullus ratione vtens. Sed ī
cōparabiliter maiora ſunt que ſu
ſtinere nos oportet pro delectatio
nibus huius mundi. Eligat ergo
quilibet hic modicaz penam ad ca⸗
ſtigationem cum deteſtatione pec
catorum vt effugiat intollerabilez
ſecundum q dicit Sapiens Eccle
ſiaſtici. xxix. Minimum p⁹ mag
no placeat tibi. Ac ſi dicat. mini⁹
ma pena hic in reſiſtendo peccatis
placeat tibi pro maxima luenda
in tormentis. Cum ergo a vicijs ⁊
iam dimiſſis peccatis iterum im
pugnamur conſenſus noſtros fir
miter teneamus dirigentes oculoſ
noſtros ante nos ad dei iudicium
attendendo q̄ horrendum eſt inci
dere in manus dei viuentis. ad he
bre. x. Nam dato iſto q poſt re
ciduam deus iterum daret graci
am penitendi multo tamen facili
us caueꝫ peccatū q̄ emendaꝫ. faci
lius eſt em̄ domū nunc extructam

in suis structuris conseruare quaz post eius ruinam reparare. oportz enim hominez per multa trahi an teq̄ peccatum penitus destruatur. Propterea dicit Ambrosius. Facili⁹ inueni eos qui innocenciā seruauerūt q̄ qui dignā penitenciā egerunt. tanta enim mala incurrim⁹ ex peccato q̄ ratovnq̄ ad plenum emendantur. Illius figuram habemus in veteri testamento. nam licet templum domini in Jherusalem post destructionem fuisset sepius reparatum. nunq̄ tamen fuit ad decorem pristinum reformatū. Salomon etiam edificauit domū domini siue templum et perfecit in septem annis ꝛ postea quando desolata fuit viz per quadraginta sex annos fuit reparata. iij. Reg. vj. ꝛ Johannis. ij. Ex istis patet q̄ si post peccatorum emendationem et eorundem cessationem cuopinius inter amicos dei computari necessarium nobis erit vt in signum eiusdem amicicie incipiam⁹ a domino ranq̄ filij carissimi flagellari. Sic enim angelus dixit ad Thobiam. Quia acceptus eras deo necesse fuit vt temptacio probaret te. ¶ Ita Mathathias cum appropinquaret dies mortis eius vocauit filios suos ꝛ hortabat eos ad pacienciam quando erant in maximis tribulationibus ab inimicis infidelibus. proponens eis temptationes patrum antiquorum et dicens. j. Machabeoꝝ. ij. Memento opera patrum que fecerint in generationibus suis. Abraham nonne in temptatione inuentus est fidelis et reputatum est ei ad iusticiam. Joseph in tempore angustie sue custodiuit mandatum et factus est dominus Egypti. Phinees pater noster zelando zelum dei accepit testamentum sacerdocij eterni. Jhesus scilicet naue siue Josue duz impleret verbum factus est dux in israhel. Caleph dum testificatur in ecclesia accepit hereditatē. Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Helias dū zelat zelum legis receptus est in celum. Ananias Azarias Misael credentes liberati sunt de flāma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum ꝛ sic de alijs. Ecce omnes illi multa passi sunt et temptati sunt postq̄ erant sanctissimi. ita etiam in nouo testamento nullus vnq̄ legitur venisse ad celum nisi per multas et varias tribulatiōes Patet ergo q̄ temptatio siue tribulacio est signum amicicie dei dum paciēter sustinetur. Tercio oculos nostros infra nos ad infernum et eius penas cum multa sollicitudine dirigamus vt si amara videntur flagella domini cogitemus. melius est vt hic castigemur q̄ in inferno eternaliter dampnemur. ꝛ q̄ vtiles ergo sint temptationes ꝛ tribulationes in hoc mundo bene ostēdit sancta mulier Judith. viij. dicēs. Memores esse debem⁹ quomodo pater noster Abraham temptatus est ꝛ per multas tribulationes probatus amicus dei effectus est. Sic ysaac. sic Jacob. sic Moyses. et omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles. Illi aūt qui temptationes non susceperunt cum timore dei.

et impaciencia suam. et impro perium murmurationis sue cōtra deum suum protulerūt extermīati sunt ab exterminatore id est dam nati sunt. et subdit. Nos ergo nō vlciscamur. non pro hijs que pati mur sed reputātes peccatis nostris hec ipa supplicia minora esse flagel la domini quasi serui domini qui corripimur ad emendationem et non ad perditionem nostram eue nisse credamus. quia vt dicitur ob vj. Qui timet pruinam irruet super eum nix. Cum ergo flagellamur a domino dirigamus oculos mentis nostre infra nos ad penas inferni dicentes cum gaudio. Melius est hic purgari q̄z eternaliter illic cru ciari. Ideo hostis noster calidissi mus diabolus videns per tribula tiones presentes nos euadere tribu lationes et miserias perpetuas for tissime nos impugnat. Tales et si miles nobis sepius immittens ve nenosas cogitationes. quid facis et presentem vitam vis perdere et fu turam si esses dei amicus deus illa nō permitteret in te fieri et similia Non autem immittit tales cogita tus nemo potest hic et in futuro in voluptatibus viuere. Et verbum illud saluatoris Mathei. xvj. Qui vult post me venire abneget semet ipsum et tollat crucem suam et se quatur me. Et illud Actuuz. xiiij Per multas tribulatiōes nos opor tet intrare in regnum celorum. At tendant ergo impacientes et in vo luptate hic viuere cupientes illud quod dicit dominus per prophetā ysa. lxv. de talibus. Pro eo q̄ vo cani et non respondistis. locut⁹ sum et non audistis et faciebatis malū in oculis meis et que nolui elegistis propter hoc dicit dominus deus. Ecce serui mei comedēt et vos esu rietis. Ecce serui mei bibēt et vos sicietis. Ecce serui mei letabuntur et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione cor dis. et vos clamabitis pre dolore cordis. et pre ptritione spiritus vl lulabitis. In quibus verbis dom nus nobis insinuat gaudium sū stinencium hic pacienter tribulati ones et confusionem voluptuoso rum et impaciencium. Vocat em̄ nos dominus et tunc non loquitur nobis cuz nobis aut prospera aut aduersa concedit ꝛc. Quarto occu los nostros intra nos dirigamus diligenter considerando interiora nostra quomodo sordeant et inue nimus nos multipliciter infectos et deformatos per cogitationes im mundas. per concupiscencias illici tas et per negligencias infinitas. ymmo et si quantum in nobis est fecimus ad mundandas conscien cias nostras inuenimus q̄ etiam peccatis expulsis adhuc reliquiarū viciositas multum nobis inheret. Dicit enim Bernhardus. Huius modi pestes viciorum vsq̄ in vlti mam solitudinem solitarium per secuntur. Ergo introrsum homo ingrediens potēcias anime ex ma le consuetudinis vsu depauatas. et ad terrena āppetenda adhuc ma yie curuatas erigit et corrigit. nā rationem que data est homini vt deum agnoscat inuenit cecam vo luntatē q̄ data est hōi vt incognito et amato dulciter quiescat inuenit

iustabilem ⁊ inquietam. Erigat ergo homo rationem ad deum vt eum semper cogitet, corrigat voluntatem. vt solum deum cognitum deum amet, compescat memoriaz a vagis ⁊ inutilibus rebus ⁊ tunc potencias deformatas reformabimus. Nam omnia que sunt in mundo per que plurimum potencie nostre deprauantur sunt nobis mortalia ⁊ pestifera. Et vt hoc magis ꝯgnoscere possimus. Quito diriga mus oculos mentes nostre ad exteriora conspicientes totum mundum ad dextris ⁊ sinistris ⁊ caute consideremus quid omnia que in mundo sunt habita proficiant. et quid non habita noceant. ⁊ inuenimus ꝙ habita plurimum nocent. quia per ea dei amicicias perdim⁹ et perconsequens omne bonuz. Vnde Jacobi. iiij. Qui vult esse amicus huius seculi inimicus dei constituitur. inimicos autem eius deus percutit in posteriora vobprobrium sempiternum dabit eis. vt dicit prophet a in ps. Vermis enim illorum non morietur ⁊ ignis eorũ nõ imperpetuum extinguetur ysa. vlt. Bona autez huius mundi spreta propter deum multum proficiũt quia pro eis nobis omne bonum a domino datur. dicẽte dño Mathei xix. Omnis qui reliquerit patrem aut matrem aut filios aut sorores aut domum aut agrum propter nomen meum centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Quod exponens August. dicit. O felix cõmutacio petrus reliquit omnia vana et accepit omnia bona. De hijs enim bonis mundi dicit salomon Eccliastes. j. Vidi que erant sub sole ecce vniuersa vanitas. ꝙ autem Petrus pro hijs accepit omnia bona facile ostendit quia accepit deũ in quo veraciter est omne bonum verum quia difficile a terrenis abstrahimur nisi oculos mentis nostre ad aliquid melius conuertem⁹ Ideo oculi sunt erigẽdi ad diuina quia vt ait Bernhardus. Justum ẽ quos presencia non delectant presto sit eis memoria futurorum. et Grego. dicit. Anima sine delectatione esse non poterit intellige saltem in desiderio. aut enim delectatur in infimis et caret supremis. aut in summis ⁊ tunc infima contemnit. Sexto ergo erigamus oculos nostros ad celestia vbi ẽ omnium bonorum copia ⁊ abundancia. Vnde cum Moyses diceret ad dominum. Ostende mihi gloriam tuam. respondit dominus. Ostendã tibi omne bonuz. Exo. xxxiij. Ideo dicit dauid in ps. Saciabor cũ apparuerit gloria tua. Et ysa. lxiij. Oculus non vidit deꝰ absq; te que preparasti expectantibus te Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum Math. xiij. Ecce cartissimi audiant terrenarum rerum amatores quãta bona preparata sint hijs qui terrena despiciũt quis eĩ exprimere valet ymo nec cogitare quanta sint gaudia beatorum in celestibus associari angelorum choris ⁊ omnibus cuibus supernis ⁊ videre gloriam dei sui trinitatem in vnitate ⁊ vnitatem in trinitate cristum regem angelorum et hominum ⁊ Mariam regiñaz tocius congregationis electoꝝ

De sancto mārtino episcopo

Si ergo tanta sunt bona in celis cur non erigamus oculos nostros et toto desiderio in ea tendamus vt ibi a malis huiusmodi liberemur ⁊c. Septimo ergo attendentes iam dicta totaliter hic deo vacantes adhuc alci⁹ erigunt oculos suos per contemplationem celestium. hic cum quadam firma inhesione quantum humane fragilitati est possibile ita vt et in tribulationibus quas hic sustinent senciant speciales dei consolationes. ⁊ magis in his delectentur q̄ in mundi voluptatibus. Talibus autem valde insidiatur diabolus. Cum enim videt se non posse proficere in tribulationibus illos perducendo ad impacienciam. conuertit se astutissime ad ea que placent homini naturaliter. videlicet gloria vana ⁊ sibi immittit quomodo sit magne sanctitatis et meriti apud deum. qui tam paciens est. cui deus sic prouidit in hoc mundo vt etiam hic eum consoletur in aduersitatibus et similia persuadet. Et per hoc sepe magnos viros q̄ multis annis deo inheserunt perducit in presumptionem periculosam. vt cogitent se ex meritis suis hec a deo percepisse. Et si tales ita persistunt illos demergit in perditionē Sancti autem viri habent argumenta ex aduerso cogitantes se sine dei auxilio nihil facere posse. secundum illud Johannis .xv. Sine me nihil potestis facere. Nesciunt etiam si eorum opera sint accepta deo. quia omnes iustitie nostre ante oculos diuine maiestatis sunt quasi pannus menstruate. ysa. lxiiii. Et ideo quanto magis diabol⁹ eos conatur erigere supra se ipsi se deprimunt ne id quod querunt amittant. Ex his ergo patet quid facere debemus vt terena despiciamus et celestia amemus. erigendo videlicet oculos nostros per septem considerationes iam dictas. Hec autem circumspectio septem considerationum enumeratarum bene figurata est Ezech. j. et .x. vbi de sanctis animalibus dicitur q̄ erant plena oculis ante et retro. Quod exponens Gregorius dicit. Corpora sanctorum animalium idcirco plena oculis describūtur. quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est bona deliberabiliter preuidens ⁊ mala solicite cauēs. Caute ergo inuigilant vt secundiq̄ aspiciant. vbiq̄ custodiant ne et mala ipsa appetant. aut hec eadem sub specie bonorum agant vbi se vicia virtūtes mentiantur. De his autem septem circumspectionibus dicitur zacharie iij. Septem oculi erant super lapidem vnum ⁊c. Dirigamus ergo oculos retro nos ad cognoscendū peccata nostra preterita. ante nos ad perpendendum diuinum iudicium contra peccatores durissimum Infra nos ad videndum infernū detestrimum. Intra nos ad cognoscendum feditates malarum cogitationum ⁊ concupiscenciarum extra nos circumquaq̄ ad contemnendum mundum. Supra nos ad celum et sic cor nostrum ad celestia desideranda vertamus vt vere hodie cum beato Martino dicere possimus. Ad te leuaui oculos meos

qui habitas in celis per quod secuz valeamus consequi gaudia preparata electis per cristum dominum nostrum Amen.

Iu die sancti Leopoldi sermo cj.

Agnus es tu et faciens mirabilia ps. lxxxv. Videmus q̄ qñ vna res recipit similitudinem alterius rei potest sicut ipa res nominari. Sic luna dicitur lucida qñ recipit lumen a sole. Ita sancti qñ recipiunt aliquam dei similitudinem tunc ea que de deo dicuntur possunt eis appropriari. Et ideo licet verba proposita secundum verum intellectum prophete de deo dicantur. possunt tamen beato Leopoldo cuius hodie festum celebratur conuenienter appropriari vt dicatur ei verbum prelibatum ꝑ themate assumptum. Magnus es tu et faciens mirabilia. In quibꝰ quidam verbis propheta in persona ecclesie duo tangit. Nam primo tāgit beati Leopoldi sublimitatez ibi Magnus es tu. Secundo suaz virtutem. ⁊ faciens mirabilia. ¶ Quā
A tum ad primum nota q̄ sanctꝰ Leopoldus dicitur magnus propter quatuor ex quibus aliquis dicitur magnus in hoc mundo videlicet. Primo propter nominis sublimitatem. Illum enim dicimus magnum qui habet nomen magnum. Ideo cristus dicitur magnꝰ vt habetur Luce. ij. Quia magnum nomē domini emanuel ysa. vij. Sic et sanctus Ledpoldus dicitur magnus propter nomen magnum quia Leopoldus interpretatur quasi leo pollidus siue pollitus aut pollens. Et bene dicitur leo pollitus. quia sicut leo est scd̄m Aristotelem nobile animal ⁊ rex omnium animalium gressibilium ⁊ communicatiuum ad illa Ita S Leopoldus fuit vere rex ⁊ princeps suorum subditorum ⁊ communicatiuus ad eos procurando eis pacem. Naz de eo dicit papa in bulla canonizationis q̄ quadraginta annis principatuz Austrie regens in diutina pace cōseruauit. Etiaz illis precipue temporibus q̄bus ꝓpt̄ henricorū p̄tis ⁊ filij mutuas concertationes. et postea propter heinrici quarti cum lothario acerrimas contentiones in Germania bellis. incēdijs ⁊ agrorum vastationibus tumultuatuz est. Quod est contra principes moderni temporis etiam eius sanguinis ꝯtra quos inuehe ⁊c. Uno nūc exista patria in exilium missa sūt videlicet pax ⁊ confidencia. Cum autem summe in hac prouincia desideramus ⁊ optemus pacē. ¶ Est B
dubium quot requiruntur ad hoc q̄ in aliquo regno vel ducatu procuretur pax ⁊ ꝯseruetur in eadem. Solucio tria precipue requiruntur videlicet ad summum principem id est deum. reuerencia cum timore. in principe prouidencia cum amore. in subditis obediencia cuz honore. Primo requiritur reuerencia cū timore videlicet q̄ tam princeps q̄ populus deuz reuereatur et timeat ipsum offendere ⁊ cum eo pacez habere studeat et seruare. Vnde dominus iheremie. xv. dicit. Quis miserebitur tui Iherusalem aut q̄s

contristabitur pro te. aut quis ibit ad rogandum pro pace tua tu em̃ dereliquisti me dicit dominꝰ. Jtez Leuit. xxvj. Si in preceptis meis ambulaueritis ⁊ mandata mea custodieritis ⁊ feceritis ea dabo vobis ⁊c. promittens eis habundanciam bonorum omnium. pacem specialiter promittit eis tanq̃ precipuum bonum dicens. Dabo pacez in finibus vestris ⁊c. q̃ si non audieritis me nec feceritis om̃ia mãdata mea ⁊c. comminatur eis bonorum omnium egestatem. fam̃e pestilenciam. intemperiem aeris. siccitatem. guerras. gladium ⁊ terrores ⁊ alia multa mala. Quomodo principibus ⁊ populo pacem habentibus cum deo ipse semper pacem dederit patet exemplis innumeris. Salomon q̃diu deum dilexit ⁊ coluit pacem ex omni parte habuit. Sicut dicitur. iij. Reguz iij. Sed quando deprauatum est cor eius per mulieres vt deos coleret alienos suscitauit ei dominus aduersarium. iij. Regum. xj. Asa rex Juda quia fecit quod placitum erat in conspectu dei. et subuertit aras peregrini cultus ⁊c. regnauit in pace. ij. Paral. xiiij. Jtem de Josaphat dicitur. ij. Paral. xx. q̃ postq̃ terram purgauit ⁊ populo predicauit vt quererent dominũ prebuit ei dominus pacem per circuitum. Jtem temporibus iudicũ quociens relinquebant dominum dabat eos in manus hostium. quãdo vero conuertebantur ad eum misericordiam postulantes liberabat eos largiens eis pacem. Quia scriptum est Prouerbioꝝ. xvj. Cũ placuerint domino vie hominis inimicos quoq̃ eius conuertet ad pacem. Ceteris quanta nunc sustineat ille populus israhel videam⁹ Baruch. iij. dicitur. Quid est israhel q̃ in terra inimicorũ es. inuetus es in terra aliena confide veraciter ⁊ cognosce. Nam si in via dei ambulasses habitasses vtiq̃ in pace super terram. Hoc heu nunc de nobis verificatur. Jnuehe vt scis contra incolas patrie. Quicunq̃ igitur princeps in terra sua pacem habere desiderat cum deo pacem habere studeat et populus eius similiter. quia quandoq̃ propter peccata populi. quandoq̃ propter peccata principis reipublice pax turbatur. Jdeo sanctus Leopoldus tẽpore sui regiminis in Austria semper bonam pacem habuit quia cũ deo bonam pacem habere studuit Ad hoc hortatur papa principes sculi ⁊ populos dicens in bulla. Leopoldi nobilis principis coniugati ⁊ multorum filiorum ac subditorum cura irretiti clarissimo exemplo admonemur vt omni excusatione semota per hec temporalia ita caute ambulemus. ita nos sancte exerceamus vt eterna non amittamus. Secundo ad pacem procurandam siue conseruandam requiritur regis vel principis prouidencia cuz amore. ij. Machabeoꝝ iij. Sine regali prouidencia impossibile est pacem rebus dari. Et Hester. xv. Quoniam malis quorundam suggestionibus regum studia deprauantur prouidendum est paci omnium prouinciarum. Hec autem prouidencia consistit in tri-

bus conditionibus quas princeps debet habere in se qui vult pacem procurare vel conseruare in terris suis. ¶ Debet enim princeps prudēs et prouidus habere dulcorem clemēcie in benivolos, rigorem iustitie in rebelles, et rigorem constancie ī aduersarios. Primo princeps debet habere dulcorem clemencie benivolos benignius gubernando, exemplo regis Asueri qui dicit Hester. vij. Cuz plurimis gentibus imperarem et vniuersum orbem meditioni subiugassez nolui nequaq̄ potencie abuti magnitudine sed clemencia et lenitate gubernare subditos volebam. Nam vt dicit Seneca. Nullum magis ex omnibus q̄ clemencia regem et principem decet. Prouerbioz. xx. Mansuetudo et veritas custodiunt regem et clemencia firmatur thronus eius. Id circo in signum pietatis et clemencie reges inunguntur, vt in. c. j. de sacra vnc. Et rex apum solus nō habet aculeum cum omnes alie apes habeāt quod iracūdissime ī vulnere cum pungunt relinquunt. Nō erit ergo princeps sicut Nero crudelissimus qui interfecit matrem et magistrum suum ꝛc. Sed sicut Gaius cesar qui quos armis subegit clemencia vicit. Et sicut Titus offensarum et iniuriarum indulgētissimus. Et sicut sanctus Leopoldus noster. De quo dicit papa in bulla q̄ inter alia salubertima sanctitatis exempla diuina misericordia sidus quoddam mundo fulgere dedit beatum Leopoldum Austrie principem decorum bonitate mansuetudine atq̄ clemencia conspicuum. Secundo debet princeps habere rigorem iusticie maleficos puniendo. Nam ex punitione malorum pacem turbancium redditur pax in terra ysaie. xxxij. Erit opꝰ iusticie pax. ps. Justicia et pax osculate sunt. Item. Orietur in diebus eius iusticia et habundancia pacis. Ideo dicit beatus Augustinus. iiij. de ciuitate dei. c. iiij. Remota iusticia quid aliud sunt regna nisi quedam latrocinia. Vnde antiqui principes ita precise iusticiam obseruabant q̄ nec contra se metipsos nec contra filios aut propinquos infringere sinebant. Vnde Valerius libro. vj. narrat de Karundio senatore cuz propter seditiones occultas fuisset lex edita a romanis vt nullus intraret consiliū ferro accinctus qui non ferro moreretur contigit q̄ ille Karundius tunc veniens elonginquo accinctus ferro ex oblitione concionem senatorum intrauit, et cum dictum fuit sibi q̄ legem infringebat ipse auertens respondit. Ego statim resarciam eam et ferro quo erat accinctus se transfodit. Etiam ibidem narrat q̄ cum in vrbe locrensium fuisset lex posita vt quicunq̄ in adulterio deprehenderetur oculis priuaretur. Et cum filius zelanti legislatoris illo crimine fuit comprehensus et propter honorem patris tota ciuitas vellet filio indulgere ipse victus precibus ciuium filio suo fecit eruere vnum oculum et sibi alterum. Ad hoc etiam facit exemplum de traiano et vidua vt

n arrat Suetonius de duodecim imperatoribus. Exemplo igitur predictorum ꝙ sancti Leopoldi princeps debet esse iusticiarius. Nam vt inquit Gregorius in .c. cum devotissimam. xij. q. ij. Summum in rebus bonum est iusticiam colere ac cuiq; iura sua seruare. Ideo princeps debet hanc virtutem pre oculis habere alias esset inutilis reipublice. Nam sicut viribus acquiruntur regna sic absq; iusticia non retinentur. Inuehe contra pr̄ cipes nostri temporis. nullus habz expeditionem iusticie nisi muneribus sibi datis. vtinam muneribus nō peruerteretur. et adulatores pocio res sunt qui faciunt alios odibiles siue fauorabiles ꝛc. Tercio princeps debet habere rigorem constā cie aduersarios expugnando. Debet eum esse virilis ac strennuus ad debellandum hostes. Ideo ante eum portatur gladius. quo vti debet in hostes. non in subiectos. Vnde apostolus. Non sine causa gladium portat sed ad vindictam malorum et defensionem bonorū. Ita fecit Dauid hostes expugnando vndiq; quousq; pacem reddidit in tota terra. Ita ꝙ Ezechias. Josaphat. Josias ꝛc. vt habetur in libro Regum. Et multi alij imperatores et principes vt habetur in multis historijs. Ita fecerunt sanctus Leopoldus et eius progenitores qui ab Austria Hungaros tanq; hostes eiecerunt. Nam ita legitur in annalibus maiorum q̄ anno domini. M. xxxvij. sedente Benedicto nono pontifice maximo cum Austria ab Albonio Hungarie regnum tunc occupāte dura seruitute premeretur Heinricus secundus romanorum imperator. quia consilio ꝙ armis Alberto qui Arnesto sueuorum duci frater erat recuperata et in ditionem germanorum recepta esset eidem Alberto dono dedit eumq; marchionatus Austrie titulo insignitum esse voluit. Huic Alberto successit filius Leopoldus. cuius alter Leopoldus omnium fortissimus successor extitit. Hic reliquit sanctum Leopoldum filium successorem qui Hungarorum seuicia superata in diuina pace et tranquillitate omnez Austriam continuit. Hec in legenda. Debet igitur omnis princeps pacem habere cum suo superiori. id est deo. Cum suo homine interi. Cum quolibet inferiori. id est subditis. omnes subditos ad pacē deducere vt pacem habeant inuicem ꝙ ad omnes. Item debet pacem habere cum omnibus extraneis propinquis ꝙ remotis si potest fieri. iusticia semper saluā. nec vnq; debet cum extraneis maxime cristianis bellum incipere. sed nec illis prouocātibus debet guerras mouere nisi pro ardua valde causa ꝙ necessitate. Sollicite deliberare debet ꝙ diligenter aduertere quanta mala fiant in guerris. quā ta pericula tam rerum q̄ corporuz immineant rei pub. qui ante turbationes animorum. quante oppressiones pauperum. destructiones bonorum. vastationes vinearum et segetum. combustiones villarū

euersiones castrorum. exterminia ciuitatum. strages hominum. labores corporum. terrores menciuz rancores et inimicicie in futurum et dampnationes innumerabiliuz personarum. In hijs alijsq; pluribus debita consideratione pensatis diligenter attendat prudens princeps q; inuite guerras mouere debeat vel motas ab alijs acceptare. Ita precepit dominus Deutrono. xx. Si accesseris ad expugnandā aliquam ciuitatem primum offertes eis pacem cui si consenserint pacis et amicicie federa sociabis si fieri potest salua iusticia permanente. nisi forte sint eduersarij fidei cū quibus nec pacis pacta nec fedus amicicie debent habere fideles domino prohibente. Deutrono. vij. Non inibis cum eis fedus neq; misereberis eorum. Et primo Esdre iy. Non queratis pacem eorum et prosperitatem eorum vsq; in sempiternum. Et. ij. Esdre. viij. Nō queratis pacem habere cum eis omni tempore. Tercio ad pacem procurandam et conseruandam requiritur subditorum ad principem obediencia cum honore. Non enim posset princeps rem publicaz regere nisi subiecti fideliter et ex corde sibi parerent. Propter hoc dicit apostolus Hebre. xuij. Obedite prepositis vestris et subiacete eis. Et ad Roma. viij. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita esse debet. de censi. Omnis anima. xcij. distinc. Obediencia Omnis enim potestas a deo est. Que autem a deo sunt ordinata sunt. Quare vt ibidem concluditur qui potestati resistit ordinationi dei resistit. ī. c. qui resistit. xj. q. iij. Quam sentenciam confirmat beatus Petrus prima petri scdo dicēs Subiecti estote omni humane creature propter deum. glosa. Super vos ad regendum deputate. siue regi tanq; precellenti. siue ducibus tanq; ab eo missis. Et rursum. Subiecti estote in omni timore dominis. Et non solum modestis sed etiam discolis. Hec est enim voluntas dei. Sed iusto dei iudicio fit frequenter vt populus male obediat principi si ipse male obediat summo regi nec ipse cum populo nec populus inter se pacem habz nisi ipse cum summo principe pacem seruet. ¶ Secundo aliquis dicitur magnus propter generis nobilitatem. Propterea vt habetur Thobie. v. Cum angelus Raphael dixit ad Thobiam. Ego sum Azarias Ananie magni filius Respondit Thobias dicens. Ex magno genere es tu. Hoc modo sanctus Leopoldus merito dicitur magnus quia ex magno et nobili genere natus. Nam vt habetur in legenda per Innocencium octauū approbata. Sanctus Leopoldus ortum habuit ex Sueuis ducibus Nam Albertus proauus eius de quo supra dictum est fuit pater Arnesti Sueuorum ducis. Auus vero eius filus Alberti fuit Leopoldus primus. Qui genuit Leopoldum secundum patrem sancti Leopoldi. Hic Leopoldus secundus ex Itha Heinrici tercij filia mulier sanctissima que ad expeditionē Jheroſolimitanam cum Guelfo

ne noricorum duce tendens morte obiit sanctum Leopoldum de quo nunc est sermo materne sanctimonie imitatorem filium suscepit. Hic cum mira integritate ⁊ humilitate iuuenilem etatem suam exornasset tandez anno domini M.c.vj. Agnetam filiaz Heinrici quarti ⁊ sororez Heinrici quinti romanorum imperatorum duxit in vxorez ex qua duos de viginti liberos habuit ꝛc. Ex quibus habetur magna eius nobilitas scdm carnem. Et non solum nobilis fuit genere. sed nobilior moribus quia habuit ī se illas conditiones quas veri nobiles debent habere. ¶ Que sunt quatuor. Primo q debent esse liberales Nam et deus qui nobilissimus est liberalissimus ē. Tāta em est ei⁹ liberalitas vt non solum sua sed ⁊ seipsum dederit ⁊ non solū suis ⁊ sibi seruientibus sed etiam hostibus Ipse enim solem suum oriri facit super bonos et malos ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos Matthei.v. Ad dandum fecit quecunq fecit. Naz creaturas rationales fecit vt eis daret. irrationales vt eas daret. Videmus etiam in natura q quāto animal est nobilius tanto est liberalius. Sicut probat Plinius ī speculo naturali de aquila que ē regina auium cibum quem predando acquirit. sola nō comedit ꝑ alijs auibus sequentibus liberaliter diuidit. Ideo multe aues propter hanc causam eam sequuntur. Ita ⁊ nobiles huius mundi debent esse liberales pauperibus eos alendo ⁊ nulli calumpniam faciendo quemadmodum beatus Johannes Baptista docuit. Luce. iij. dicens. Neminem concutiatis neq calumpniaz faciatis quasi diceret sed pauperes nutriatis. Sed heu modo potest dici de illis quod scripsit Ezech. xxxvj. Statue tue nobiles in terram corruerunt. Hoc est nobiles q tanq columpne deberent debiles sustentare in terrenam deuenerūt cupiditatem ⁊ solent pauperes depredari vt verificetur de eis illud ysa.j. Principes tui infideles socij furum omnes diligunt munera. Talis non fuit sanctus Leopold⁹ sed fuit multuz liberalis more aquile. In signum huius liberalitatis defert in suo clipeo quinq aquilas Et vt dicitur in legenda q adeo liberalis fuit q postq anno domini M. nonagesimo sexto patri ī marchionatu successit per omnez vitaz tanta cum iusticia. clemencia. misericordia et pietate rexit vt perpetuum sibi pij marchionis nomen comparauit ac pauperuz pater appellaretur ⁊ vna omnium voce p sancto predicaret. et vt dicit papa in bulla eius liberalitatem cristiane religionis cultum nonnulla monasteria ⁊ quidem celeberrima ab illo cuz ampliss̄imis censibus cōstructa. Alia etiam magno sumptu illustrata habunde restantur. Quis enim nobilium more sancti Leopoldi duo monasteria magno cum sumptu ⁊ ampliss̄imis dotibus fundaret sicut est Newburgū claustrale ⁊ cenobium ad sanctaz crucem sed heu destruunt ⁊ census sibi vsurpant. Aliud etiam monasteriuz Medlicuz wulgariter melek nuncupatum maiorum suoruz im

pensa edificatum ⁊ iam ferme col
lapsum in pristinam. ymmo ī me
liorem formam restituit que om-
nia ostendunt eius liberalitatem
Secundo nobiles debent esse vera
ces in verbis iuxta illud Prouerb.
xvij. Non decent stultum verba
composita nec principez labia mē
dacij. optimum clinodium est ve-
ritas in nobilibus olim generale.
nunc est rarum. Ideo dicit ps. No
lite confidere in principibus quasi
diceret raro est veritas in ipsis. ipi
appendūt multa sigilla ⁊ multipli
cant verba sed in eis est pauca fi-
ducia. Talis non fuit sanctus Leo
poldus sed totus verax. Ideo cani
tur de eo in missa. Lex veritatis fu
it in corde ipius ⁊ iniquitas non ē
inuenta in labijs eius. Tercio no
biles debent esse mundi quia nobi
lia animalia in locis mundissimis
commorantur sed porci in luto de
lectantur. Ideo legitur in gestis
philozophorum. Cum quidam im
mundus coram quodā philozopho
diceret se libencius cum mulieribꝰ
q̄ cum philozophis commorari. il
le respondit. Et sus libenciꝰ in sce
no gaudet q̄ fonte sereno. Ita san
ctus leopoldus vere nobilis serua
uit mundiciam iniuuentute. quia
sciuit esse scriptum Prouerb. xxij.
Qui diligit mundiciam propter v̄
ba labiorum habebit amicum re-
gem. Seruauit etiaz in matrimo
nio castitatem coniugalem. Sic
enim legitur de eo. Hic leopoldus
ab infancia nō se delicijs aut volu
ptatibus quibus etas illa per max
ime irretiri solet. neq̄ hijs que faci
unt pueri se accomodauit aut aliq̄
ex parte corrupit. sed inter regios lu
xus opesq̄ innumeros ⁊ omnium
rerum delicias sobrium continentē
abstinentē ⁊ in carne quodammo-
do viuentem preter carnem cerne-
res. At postq̄ anno domini. M.
cvj. sacro matrimonio copulat̄ cō
tinenciā laudabilēq̄ castimoniaz
seruauit añ oculos sp̄ habēs matri
moniū magnuz esse in deo ⁊ eccīa
sacr̄m. iuxta apl'm ad Ephe. v. c.
In quo fides thori ꝯiugalis ⁊ ꝓles
verū testimoniū diuini nutus ꝑ-
hibent. De quibꝰ in. c. ꝑ venerabi-
lē. q̄ fi. sint le. ⁊ ī. c. oē. itaq̄. xxvij.
q. ij. Perseuerauit em̄ in eadē fide
et castimonia vsq̄ ad extremū vi
te exitū. Inuehe ꝯtra nobiles mo-
derni tp̄is q̄ oīno sunt īmūdi etiaz
in mr̄imonio ⁊c̄. Quarto nobiles
debēt eccīam dei scz sacerdotes vi-
duas ⁊ orphanos ꝓtegere. q̄ seip̄os
defendere nō possūt. vt iu. c. valēti
nianꝰ. lxiij. di. ⁊ ī. c. regū. xxiij. q.
v. Hoc fecit S. Leo. Sic em̄ dicit
de eo papa in bulla. Hic princeps
optimꝰ sacerdotes ⁊ viros religio
sos ad modū coluit summosq̄ pō-
tifices tāta veneratiōe ꝓsecutꝰ fu-
it. vt ab Inno. ij. ro. pō. peculiaris
sctī petri filiꝰ appellatet̄. ⁊ sequit̄.
Hic vir dei ī sūmis opibꝰ educatꝰ
in magna peccādi licēcia ꝯstitutꝰ
tñ misedie ⁊ pietatis munera subi
bat. lassos roborās. vacillātes ꝯfir
mās. opp̄ssos subleuās. īopes fouēs
⁊c̄. Inuehe ꝯtra nobiles moderni
tp̄is q̄ sacerdotes ī nulla reuerēcia
habēt ymo dehonestāt ⁊ ꝑsecūt̄ ⁊c̄.
Item raro se in defensione ecclesie
et pauperum occupant sed in deli-
cijs et vanitatibus mundi ⁊c̄. Et
bona monasteriorum inuadunt.

Etiam presentis monasterij con-
tra bannum ab Innocencio scdo
et Alexandro.iij.a diuo leopoldo
E impetratum.extende ꝛc.¶ Tercio
aliquis dicitur magnꝰ propter vir
tutum habundanciam. Sic Johā
nes baptista dicitur magnus. vt
habetur luce.j. cum dicitur. Erit
enim magnus corā domino. Hoc
modo etiam beatus leopoldus di-
citur magnus qui secundum gra-
dum atq; statum suum in pietate.
iusticia.multa paciencia.longani
mitate.pudicicia.castitate. humi
litate.sobrietate. prudencia. man-
suetudine.caritate.liberalitate.re-
liquisq; omnibus virtutibus ma-
gnam superexcellenciam habuit.
vt extensius declarat papa in bul
la.¶ Quarto aliquis dicitur ma-
F gnus propter operum efficaciam.
Ideo dicitur Exodi.xj.ꝙ Moy-
ses fuit vir magnus in terra egip-
ti. Ita et beatus leopoldus. Inter
omnia autem opera efficacior est
oracio deuota. Cui beatus leopol-
dus sollicite insistebat vt habetur
in legenda. Hec enim extendit vir
tutes suas ad celum.sicut patet tē-
pore Josue. Josue.x.c. Ad mundū
sicut tempore Helie.iij. Regum
xviij. Ad purgatorium sicut tem-
pore iude machabei qui dixit. Sā
cta et salubris est cogitatio pro de
functis exorare ꝛc.scdi Machabe
oꝝ.xij. Seceūdo in verbis premis
sis tāgitur virtus beati leopoldi
in miraculorum operatione.ibi.
Ec faciens mirabilia. Multis em̄
verorum miraculorum generibus
coruscauit. Ita dicit papa in bul-
la. Deus sanctimoniā btī leopoldi
īnumerabilibꝰ miraculis ad eiꝰ in
cuoatōz editis ꝯprobauit ꝛc. vide
ibidem.¶ Ita ꝙ ī omni rerum ge-
nere ad ipsius inuocationem deus G
mitacula fecit. Primo in rebus ha
bentibus esse tantum. sicut in ele-
mentis. Primo in terra ⁊ in aqua
Nam ad ipsius inuocationem sep
tem mortui in aqua et terra sunt
suscitati. Vnum est de puero in
puteo mortuo reperto. qui positus
super altare miraculose reuixit plu
ribus circumstantibus. Alterum
est de adolescente qui in aquam
cadens. et subtus per duas horas
manens et vt mortuus ad domuz
parentum portatus. cum per medi
am horam motus nulla in eo vita
apparuit. feretrum patabatur vo
to emisso puer flere cepit ⁊ vite re-
stitutus est. Item in igne et aere.
quando virgo icta fulmine reuixit
Secundo in rebus habentibus esse
et viuere vt in vite ex cuius ictu
quidam per nouem ebdomadas
oculorum dolorem paciens nihil
vidit. cum nulla poterat medici-
na curari voto completo statim
sanatus fuit. Simile habetur de
alijs que herbas veneuatas come-
derunt et inuocatione sancti Leo-
poldi a morte sanati sunt. Tercio
in rebus habentibus esse viuere et
sentire vt in aīmalibus irrationa-
bilibus sicut in cane rabido ex cuiꝰ
morsu quedam ad tantam frene-
sim deuenit vt nec marituz agno
sceret nec agnatos sed pedibus et
manibus ligata decubuit. cum nul
la poterat medela curari. voto
per maritum emisso. completo sta
tim apud tumbam multis ibidem

presentibus sanitatem recepit. Quarto in creatura rationali. vt in infirmis hominibus quos sanauit. Et in omni genere morbi. vt im mutis sanatis numero quindecim. Quidam enim mutus a natiuitate sua vsq; ad decimum annū nunq; locutus apud tumbam loquelam recepit et pater noster dixit. Item in surdis sanatis numero decem. Quidam enim in secundo sue etatis sue anno constitutus vsq; ad. xxix. sue etatis annum surdus permansit fluxumq; aurium per tres annos continue passus fuit ad tumbam votiue veniens sanatus est ⁊ a iudicibus audiens cōpertus. Item in cecis illuminatis numero. xxv. Quedam enim infantula per sex annos et vltra a natiuitate sua in sinistro oculo suo ceca dum tumbam ex voto visitaret ipsius oculꝰ clarum visum accepit et a iudicibus videre visa est Item in mulieribus a periculo partus liberatis numero nouem. Quedam enim tantam difficultatem i partu passa vt obstetrices ipaz cū fetu deficēiētē iā mori putabāt Beati Leopoldi inuocato auxilio primo femellam cum salute. deinde abortiuum peperit nec dum se liberatam sensit voto emisso iterum masculum viuum ⁊ hodie in humanis agentem peperit. Item a diuersis periculis liberati numero decem. vt quatuor laici ⁊ vnus sacerdos qui in parua nauicula fluctibus ⁊ ventis adeo percussi vt vltra q̄ per medietatem corporis sui in aquis adminus per vnum milia re sine aliquo releuamine fluxerūt estimantes impossibile esse q̄ euaderent. Inuocatione ad beatum leopoldum emissa a periculo redempti sunt. Item in freneticis sanatis numero sex. Quidam enim ex grauissima infirmitate et vulnere furiosus ac per mensem pedibus ⁊ manibus ligatus fuit. voto per vyorem emisso statim furia cessauit. Item in paraliticis liberatis numero. xix. Mulier quedam paralitica per quatuor annos se mouere nequiens cum nulla poterat medela curari voto emisso statim melius habuit et eo completo circa tumbā pristine fuit sanitati restituta. Item in pestilenticis liberatis numero quindecim. Mulier pestilentica i tribus locis infecta ob inflaturam colli per octo dies absq; cibo ⁊ potu iacens a peritis medicis mortis filia iudicata fuit. voto in corde emisso certa ei visio in somnis de beato Leopoldo apparuit sibi sanitatem promittens. excitatur statim inflatura colli recesserat resurgens infra tres dies sanitati restituta votum leta adimpleuit. Item a febribus curati numero triginti quatuor. Virgo iumpta febres quartanas per tres annos continuo passa cum nulla poterat medela curari. voto completo de tumba sana abiit et ex post febres nū q̄ sensit. Item contracti et claudi restituti in multo numero. Mulier quedam per sedecim annos in lecto decumbens manibus et pedibus suis contracta cum nulla poterat medela releuari aut curari

ad tumbam deducta et completa deuotione statim sanata fuit. Itẽ a capitis et dolore dencium liberati numero duodecim. Quidam per triginta annos dencium dolorem singulis annis ter aut quater. aliquando. xiiij. aliquando vero viginti diebus passus voto completo nunq̃ amplius dencium dolorem passus est. Item epilentici curati numero. xvj. Puella per nouem annos morbum caducum aliquando decies aliquando duodecies aut circa in die passa ad tumbã deducta ibiq̃ orationibus completis infirmitatem vlterius nunq̃ sensit. Item ab appoplexia liberati numero. iij. Adolescentula quedam per decem annos per totum sinistrum latus passa ad tumbam votiue deducta conualuit. Item a lepra curati. Item a dolore colico liberati. Podagrici curati. Itẽ vulnerati sanati in multo numero. de quibus habetur ĩ processibus inquisitionũ specialis ⁊ generalis. Item a vinculis et carceribus liberati numero quatuor. Dic de vno in turricippo constrictus qui per paruum foramen vt alias impossibile esset hominez exire exiuit. Et quia nõ compleuit votum iterum fuit captus ⁊ secundo iterum exiuit. De illo facit papa mentionem in bulla canonisationis. Quinto in creatura intellectuali mala vt in demonibus quos ab obsessis fugauit. Itez in creatura intellectuali bona vt ĩ angelis bonis qui eum in vita sua honorauerunt quando pepluz vxoris ad longum spacium deduxerũt vt habetur in legenda.

In die presentationis beate marie virginis in templuz sermo. cij.

Confidite ego sum nolite timere marci. vj. c. Verba ista sũt saluatoris nostri loquentis ad discipulos suos quando in mari de nocte existẽtes habebant contrarium ventum ⁊ ideo erant in maximis angustijs et timore tunc dixit eis. Confidite ⁊c. Tamen possunt esse virginis Marie quibus benigne alloquitur omnes in hoc mũdo in mari tribulationuz laborantibꝰ eis consolationem promittens dicẽs. Confidite ego sum ⁊c. In quibus verbis beata virgo nobis tria benigna promittit. Primum sue pietatis confidenciam quam ad eam habere debemus ibi. Confidite. Secundo exprimit sue cognitionis magnificenciam cum subdit ego sum. Tercio ostendit sue securitatis protectionem cum subiungit. Nolite timere. ¶ Circa primũ nota ꝙ quatuor genera hominum debent confidere de pietate beate v̄ginis. Primi sunt peccatores quibꝰ ipsa est mater misericordie ⁊ venie impetratrix. Vnde dicit. Confidite quasi diceret. Si me honoraueritis veniam vobis a filio meo quẽ offendistis ĩpetrabo. Vnde de ea cauit ecclesia. Omnis homo omni hora hanc implora. Sic figurata est nobis per Abigail. De qua legitur primi Regum. xxv. ꝙ Nabal viro suo. qui Dauid offenderat

veniam impetrauit. Bernhardus. Ipsam inuoca. ipsam lauda. ipaz ama quia salus est peccatorum. refrigerium miserorum. adiutrix lapsorum. reductrix desperatorum Exemplum de magno peccatore qui beatam virginem habentem puerum in sinu pro gracia impetranda rogauit a quo puer auertit oculos ⁊ deinde ostendit dorsum. Vide in speculo exemplorum dist. vl. c. viij. ⁊c. Secundi qui confidere debent de pietate beate virginis sunt penitentes. quibus ipsa dicit. Confidite. quasi diceret quia sum consolacio vestra. Vnde dicit illud ysaie. lj. Ego ipse consolabor vos. Et. ij. Corinth. j. Qui consolatur vos in omni tribulatione vestra. Sic figurata est nobis per iudith. que fuit consolacio omnium existencium in Bethulia quos ipa liberauit de obsidione Holofernis id est diaboli qui eos per peccatum obsederat. ipsos ab omnibus impugnando liberando consolatur. Clamemus ergo ad eam dicentes. O consolatrix pauperum Maria tuis precibus auge eos in corde. quos de mortis manibus per filium humiliter eripuisti. Tercij qui confidere debent de pietate beate virginis sunt iusti quibus hic augetur graciam ⁊ ibi gloriam. Vnde decantatur. Per te iustis gracia scilicet hic augetur. ⁊ibi gloria multiplicatur. Dicit ergo iustis. Confidite. quasi diceret. Quia vobis hic graciam. ⁊ ibi sedem in patria cū gloria a deo patre filij mei impetrabo. Sic figurata est per Bersabee que Salomon impetrauit sedere in throno Dauid patris sui. Salomon interpretatur pacificus ⁊ signat virum iustum qui in corde pacifico tam deo q̄ proximis ⁊ sibi reddit iusticie perfectionem. hinc Bersabee que interpretatur puteus sapiencie. ⁊ signat virginem Mariam. que est puteus diuine sapiencie. In ipsa nanq̄ omnes thesauri sapiencie et sciencie dei absc̄onditi sunt. obtinuit sedere in throno Dauid id est patris. Ante enim ortum hui⁹ virginis nemo tam sanctus nec iustus erat qui statim p⁹ mortem intraret in patriam. sed omnes in limbum descendebant. Sed post q̄ per filium eius porta patrie apetta fuit in ascensione dicit Maria viro iusto illud luce. j. Dabit illi scilicet iusto dominus sedem Dauid patris eius. Dicam⁹ igitur ei illud Judith. xv. Tu gloria Jherusalem id est iustorum. tu letitia israhel id est penitencium. tu honorificencia populi tui. id est peccatorum. Quarti qui confidere debent de pietate beate virginis sunt omnes d̄ hoc exilio in alia̅ vitam per mortem migrantes. Quibus ipsa dicit. Confidite. quasi diceret. Si vobiscum fuero in exitu anime a corpore omne periculum euadetis. Ideo ad ipsam clamantes quotidie. Maria mater gracie mater misericordie tu nos ab hoste protege ⁊c. Sic figurata est p columpnam nubis per die̅ ⁊ ignis per noctem quam filij israhel per desertum transeundo habuerunt. Que eis in die erat refrigerium contra estum. Et in nocte erat lux contra obscuritatem tenebratū

De presentatiõe beate marie in templũ

Sic Maria omnibus eam venerantibus in hora exitus eorum est refrigerium contra feruorem pene. et lux contra obscuritatem gehenne. Dicamus ergo ei illud. Ad te pia suspiramus si non ducis deuiamus. Dic exemplum de meretrice que. xv. annos fornicando dies suos vagabunde expenderat quãdo tamen singulis festis beate virginis et sabbatis ob reuerenciam beate virginis nullum peccatũ fecerat Insuper ipso die missam de labore manum suarum cum lumine comparabat. que tandem per sociaz in sabbato quodam in sanguine proprio volutans reperta virginis auxilium implorans ait. Adiuua me virgo Maria quia in die tuo nunq̃ peccatum feci insuper te inquantum valui honoraui. Cui mox auxiliũ virginis affuit dicens. Quia sabbatũ meũ custodisti sanitatẽ tibi tribuã. vitam prolongabo ⁊ veniam tibi a filio meo impetrabo. que statim sana surrexit ⁊ penitenciam agens post quinq̃ annos fine bono ad dominũ migrauit ⁊c̃. Aliud exemplum vide in speculo exemplorum de quodam latrone. dist. v. c. lxiij. Circa secunduz vbi dicit. Ego suz in quo exprimit sue cognitionis maguificenciaz. quia dicit. Ego sum scilicet mater misericordie quo ad peccatores scilicet reconciliando. Ego sum mater scilicet gracie quo ad penitentes consolando. Ego sum. scilicet mater dulcedinis diuine. quo ad iustos glorificando. Ego sum mater scilicet protectiõis et vite quo ad omnes eius suffragia implorantes. Vnde dicit ecciastici. xxiiij. Transite ad me omnes qui concupiscitis me ⁊c̃. Ego sum que hodie propter vos presentata suz ad templũ materiale vt intercedaz pro vobis sine intermissione in tẽplo eternali. Et quia hodie agimus festum presentationis eius in tẽplũ. ¶ Nota q̃ in hoc festo et hac die collate sunt beate virgini septem perfectiones graciarum. Prima gracia que disposuit ad generationem cristi est in templo presentatio seu dedicacio. In mundi quidem conuersatione non potest bene mens in diuinis dilatari. Nemo em̃ militans deo implicat se secularibus negocijs. Vnde ⁊ cristus inter turbas cuz esset duodẽnis amissus est in templo repertus. Virgo igitur Maria ablactata fuit trib⁹ annis Hec enim sunt forciores per totaz vitam suam q̃z si per per duos annos. Et fuit ablactata ꝓprijs matris mammillis. deus ⁊ natura nihil frustra operantur secunduz philosophuz. propterea autẽ date sunt mammille mulieribus vt valeant de lacte suo nutrire filios suos non vt ostendant eos populo. frustra igitur videtur esse in illis que non nutriunt filios ex eis cum possint sed tradunt alijs nutriendas. Qd̃ Grego. in. c. ad eius. v. disti. multum reprehendit. Nam ex malo lacte nutriti contrahunt malas conditiones naturales. Post ablactationẽ igitur eius cũ esset triũ annorũ duxerunt parentes eius ipsaz ad templum cũ oblationibus hostiarũ offerẽtes domino. non expectauerunt q̃ prius disceret mundi va

nitates. nec obtulerunt filiam claudam. illegittimam. turpez vel pauperem quam ditare non possent. sicut hodie faciunt qui offerunt filios vel filias ī monasterio seruituras Indignum est dare deo quod dedignatur homo ait Jheroni. super ꝓphetas. sed dederunt deo Mariam vnicam filiam pulcherrimam. honestissimam ab omnibus amabilem. Secunda gracia fuit sancta conuersatio quod figurauit quando presentata ad templum duz parentes se exuerent ⁊ culcioribus ex more se vestibus induerant. quia ab extra veniebant. beata virgo ita paruula scilicet trium annoruz per se sine ducentis ⁊ leuantis manu ita erecta ascendit per illos quī deciz gradus per quos ab ymo ascēdebatur in templum vbi sacerdotes officia exercebant vt perfecte etati in hac causa nihil deesse putares Et significant isti quindecim gradus quindecim status beatoꝝ qui sunt in templo glorie infra diuinam maiestatem videlicet nouem ordines angelorum ⁊ sex sanctorum scilicet patriarcharum prophetarum. apostolorū. martirum confessorum ⁊ sanctarum virginū quorum omnium perfectionē transcensura erat ꝓuerb. vlti. Multe filie id est anime congregauerunt diuicias tu sola scilicz beata Maria supergressa es vniuersas. Perfecta autem oblatione parentes virginē intra septa templi cum alijs virginibus ibidem educandum dimiserunt ⁊ domi reuersi sunt. Tercia gracia est visitacio frequens angelorum. Cum enim in templo insisteret multum orationi angeli visitabant eam consolantes. deferentes orationes eius āte deuz. A mane enim vt dicit Jheronimus in eius historia vsqꝫ ad terciam diuinis laudibus vacabat. Et a tercia vsqꝫ ad nonam in textrino opere se exercebat dans exemplum vitā di ocium. Panē inquit Salomon ociosa non commedit. A nona iterum non recedebat ab oratione vsqꝫ dum angelus domini ei appareret de cuius manu escam acciperet qua tantuz reficiebatur. Eam vero que a pontificibus tribuebatur pauperibus diuidebat. Quarta gracia est continuus profectus in virtutibus ⁊ maius bonum. Nam vt dicitur Prouerbioꝝ. iiij. Justorū semita quasi lux splendens proficit ⁊ crescit vsqꝫ ad perfectum diez vnde ⁊ animalia que vidit Ezechiel ī visione signancia secundū Grgo. sanctos viros cum proficiscerentur non reuertebantur. sed vnum quodqꝫ ante faciem suam gradiebatua qui homīes iusti nō redeunt ad mala que commiserunt nec desistunt a bonis operibus sed continuo ad meliora procedunt. Sic beata Maria semper ad perfectiora opera se extendebat. facta omnibus sanctitatis exemplum. Et hoc figuratur ꝙ dum ascendit per illos quindecim gradus non retrospexit ad parentes. Etiaz semper profecit in opere manuali ita ꝙ ab alijs virginibus vocata fuit regina operis. dic ex legenda. Quīta gracia est cura salutis aliorum Vnicuiqꝫ mandauit deus de proximo suo scilicet vt curam habeat

de salute eius. Vnde Anaclet⁹ papa in .c. tam sacerdos. xxiiij. q. iij Omnes summam debẽt habere curam de hijs qui pereunt vt aut eorum redargutione corrigantur a peccatis. aut si incorrigibiles sunt ciantur de ecclesia. Sollicita autem erat beata Maria ne aliquaz ex sodalibus offenderet admonẽs eas ne contumelioſa eſſet altera alteri ſed inuicem ſeruientes et bonorantes. ab ocioſis verbis abſtinerent. ſemper deum laudarent. Vnde et ipſa cum vocabatur reſpondere ſolita erat per deo gracias. vt et illud modicum verbum non eſſet ſine dei laude. Septa eſt propoſitum virginitatis. Nam vt dicit beatus Auguſt. et habetur in .c. ſufficiat. §. Cum ergo beata Maria xxvij. q. ij. Propoſuit enim in mẽte ſua virginitatem ſeruare niſi ſibi deus aliter reuelaret quia tunc ſolitum illud erat. Et ideo angelo ſalutanti dixit. Quomõ fiet iſtud quoniam virum non cognoſco id eſt propoſui non accipere virum. Septima eſt robur id eſt firmitas propoſiti in bono concepto. vt ẽm dicit Gregorius ſuper Ezech. Quibona agunt et meliora agere proponunt ſi non faciunt licet in bonis prioribus perſeuerent in conſpectu tamen domini ceciderunt. Multa eniz diabolus proponit ad impediendum ne quis exequatur bona poſita. ſed viriliter age et eſto robuſtus ad ea exequendum. Sic beata Maria cum iam eſſet nubilis facta et ſacerdos admoneret eam domum reuerti ad nupcias contrahẽdas. reſpondit ſe hoc agere non poſſe propter propoſitum virginitatis et ſic firma et robuſta fuit i ſancto propoſito. Summus vero ſacerdos vt legitur audito propoſito virginitatis beate Marie anxius quia res dubia erat queſiuit a domino et comprehendit voluntatez eius per virgam Joſeph que fronduit cui eam deſponſauit. Poſtea autem ſumpto ſponſo ex dei reuelatione votum virginitatis cum ſponſo Joſeph emiſit et vterqz vt dicit Auguſtinus in virginitate pmanſit. et habetur in dicto .c. ſufficiat. §. cum ergo. xxj. q. ij. Et ipe Joſeph fuit teſtis virginitatis ipi⁹ vt eadez cauſa. q. c. ſic quippe ꝛc. Circa tercium vbi dicitur. Nolite timere oſtendit beata virgo ſue protectionis ſecuritatem. Ideo in antiphona. Salue regina ad eaz clamamus. Eya ergo aduocata noſtra illos ꝛc. Vt enim dicit Anſhelmus. Impoſſibile eſt q illi a quibus Maria oculos ſue miſericordie auertit ſaluentur. Ita neceſſarium eſt q bij ad quos conuertit oculos ſuos pro eis aduocans ſint ſecuri ab eterna damnatione. Ideo dicit. Nolite timere. Sic figurata ẽ per archam teſtamenti quam filij iſrahel ſecum ad prelium deferentes ſecura pugnabant. Sic et nos eius auxilio mediante pugnaturi et in huius mundi ſtadio nihil timeamus. Vnde Bernhardus. Secutum acceſſum habes o homo ad deum vbi mater ſtat ante filium. filius ante patrem. mater oſtendit filio pectus et vbera. filius oſtendit patri latus et vulnera. Vbi ergo nulla poterit eſſe repulſa vbi ſũt

tot amoris insignia. Ad thronum igitur eius scilicet virginem Mariam in qua quieuit accedamꝰ cuꝫ fiducia vt ait apostolus ad Hebꝝ iiij. c. vt misericordiam ⁊ graciam consequamur in tempore oportuno Amen.

De presentatione beate Marie virginis sermo. cij.

Qui audit me

non confundetur ⁊ qui operãtur in me non peccãbunt. et qui elucidant me vitam eternam habebunt. Ecclesiastici xxiiij. c. Predicta verba dicit beata virgo Maria ad sibi deuotos. Pro quorum introductione nota q̃ naturaliter quelibet res partibus magis adheret vbi maiorem influenciam pietatis ⁊ auxilij sperat habere. sicut videmus in floribus que semper se vertunt ad partem solis propter influenciam. et vulgo dicitur. Vertere debes pallium qua parte noscis flare ventum Hoc etiam experimur in pueris. qui nullubi meliꝰ habent q̃ in domo patris ⁊ in sinu matris. ⁊ semper ad hunc habere suum recursum

C Vnde recitatur q̃ rex Dauid semel amisit Salomonem filiuꝫ suum quem cognoscens sapientem p eius sapienciam locum eius habitationis ⁊ mansionis auscultabat mittens in orbem terre tria propleumata ad omnes reges scies nemi nem illa nisi filium suum posse soluere ⁊ exponere vt per hoc filij mãsionem experiretur. Primum propleuma. Quid melius ⁊ vtilius et delectabilius est quod potest habere homo in hac vita. Secundum quis cibus esset homini magis cõueniens. Tercium quis locus esset securior pro puero. Que propleumata delata per circuituꝫ ad quendã regem tandem deuenerunt. cum quo tunc temporis Salomon morabatur. Qui rex auditis propleumatibus. misit omnibus satrapis ⁊ sapientibus consiliarijs pro horum solutione. Sed nemo inuentus accessit Salomon intelligens hec patrem suum misisse. Et respondit ad primum. Nichil vtilius ⁊ delectabilius potest homo habere in hoc mundo q̃ cor quietum Ad secundum non est conueniencior cibus pro puero q̃ lac matris. Ad tercium conuenientissimus locus ⁊ securissimus est gremiũ matris. Considerans ergo Salomon desiderium patris eius redijt. Ad quem pater ait. Fili mi nunq̃ me viuente habuisses ita quietum cor sicut mecuꝫ. quia puer naturaliter inclinatur stare cum parentibus. nec aliquis tibi tam bene facit nutrimento ⁊ doctrina sicut ego. nec alibi es ita securus in aliqua regis curia sicut in mea. ⁊ ideo noli vltrius recedere a me. Spiritualiter homo qui per peccatum longe recessit a deo stat in continua cordis perturbatione. nunc timore propalationis si occultum est peccatum nunc timore corporis dampnificatione vel rerum amissione. timore mortis ⁊ pauore eterne damnationis. Nec potest quietari nisi cum deo quando scilicet considerat se immunem a peccato ⁊ stare in gracia. Vnde Auguste. Inquietuꝫ

est cor meum donec veniat ad te Ergo peccator debet redire ad domum dei patris scilicet sanctam ecclesiam in qua securatur ab oĩbus aduersarijs. ⁊ hoc per penitenciaz ⁊ inueniet patrem gracioſum matrem ſcilicet virginem gloriaſam clementem. que refugientes ad gremium ſue miſericordie ſuſcipit. et ab hoſtibus defendit ⁊ lacte gracie nutrit pro vt ipſa promittit peccatoribus in verbis premiſſis cum dicit. Qui audit me ꝛc. In quib⁹ verbis gloriosa virgo Maria ſibi deuotis tria promittit. Primo euitationem confuſionis ibi. Qui audit me non confundet. Secundo declinationem iniquitatis ibi. ⁊ qui operant ĩ me nõ peccabunt. Tercio adeptionem eterne hereditatis ibi. Qui elucidant me ꝛc. Quantũ ad primum nota q̃ ſicut beata virgo immunis fuit ab omni confuſione ⁊ infamia pro vt angelus probat Luce. j. cum dixit. Aue. id eſt ſine ve confuſionis ⁊ infamie. Sic etiam ſeruientes ſibi ab omni confuſione liberat. ¶ Eſt autẽ sẽm glo. ⁊ doctores in. c. omnes. vj. q. j. Triplex infamia ſcilicet facti. iuris ⁊ infamia canonica. a quibus omnibus beata virgo liberat ſibi deuote ſeruientes. Infamia facti eſt quando leſa eſt fama alicuius apud bonos ⁊ graues propter factum quod commiſit. Hec infamia inducit purgationem. ⁊ aboletur purgatione preſtita vt. vv. q. v. de crimine ab illa liberat beata virgo. Exemplum de quadam abbatiſſa pregnante quam Maria ab infamia liberauit. Vide in Vincẽcio in ſpeculo hiſtoriali libro. viij. c. lxxxvj. Alia eſt infamia iuris et illa quandoq̃ irrogatur per sentẽcia iudicis vt cum aliquem de publico crimine condemnat videlicet furti. homicidij ꝛc. Quandoq̃ ex genere pene ⁊ delicti declarati per ſententiam vt cum quis fuſtibus ceditur. Quandoq̃ genere facti vt exercens improbum fenus ſiue vſuras. Hec notantur. iij. q. vij. in. § porro. Ab omnib⁹ hijs liberat maria. Primo ab infamia iuris quia ſententiam iudicis mutat. Deꝰ em̃ qui eſt iudex viuorum ⁊ mortuorum quando aliquis peccat mortaliter tunc fert ſuper eum ſententiam dãnationis ⁊ mortis eterne ſed virgo beata mutat hanc orãdo. Et hoc eſt bene figuratum. j. Regum. xxv q̃ cum Nabal offendiſſet Dauid regem fecit ſuper eum ſententiã mortis cum iuramento. quo audito venit vxor ſua Abigail prudens ⁊ p cidens ad pedes eius ⁊ hanc ſentẽciaz mutauit ⁊ reddidit ei graciaz ſuam. Per nabal quilibet peccator ſignatur qui cũ offendit Dauid. id eſt criſtum ſtatim dat ſuper eũ ſententiam damnationis. ſed Abigail id eſt virgo beata hoc audiẽs accedit ad criſtum ⁊ oratione ſua revocat ſententiam ab ore xpi. ⁊ ſic peccatori reddit graciam. Exemplum de muliere que conceptum ex filio puerum interfecit. vide in ſpeculo vbi ſupra. c. xciij. Tercia ẽ infamia canonica ⁊ hec irrogatur ex quolibet peccato mortali ⁊ aboletur per penitenciam. vt in. c. illi qui. vj. q. j. ⁊ per intercessionem virginis Marie. Quodlibet em̃ peccatũ

mortale cum infamia excludit pec
catorem a presencia dei. Sed vir
go Maria accessum parat peccato
ri. qui enim tociens offendit quo
modo auderz accedere ad deum ni
si ipsa ducatum preberet quia ma
ter eius est. Bernhard. Securum
habes o homo accessum ad deum
vbi matrem habes ante filiuz. ma
ter ostendit filio pectus 7 vbera. fi
lius patri latus 7 vulnera. Et ido
dicit apostolus ad Heb. iiij. Acce
damus cū fiducia ad thronum glo
rie. Ipsa enim est thronus Cristi
quo quieuit nouem mensibus. ipse
est thronus quem vidit Johānes
in apocalipsi de quo exiuit fluui
id est gracia 7 transit per medium
ciuitatis id ē cristianitatis. O quot
peccatores ipsa adduxit 7 viam fe
cit ad cristum. Item quodlibet pec
catum mortale cum infamia facit
peccatorem inimicum dei. sed ma
ria peccatores deo reconciliat. vn
de dicit Bernhar. Tu mater es mi
sericordie. tu es mater iudicis eter
ni. 7 etiam mater dei et hominis.
tu mater vtriusq discordiam int
eos sustinere non potes. Dic exē
plum de iuuene illo qui abnegato
cristo matrem eius noluit abnega
re. vide in speculo vbi supra. c. v.
Secundo in verbis premissis bea
ta virgo promittit sibi deuotis de
clinationem iniquitatis cum dicit
Et qui operantur in me non pec
cabunt. Ratio quia virgo Ma
ria omnibus hominibus cuiuscum
q̄ status formam viuendi tribuit
Et ergo quicunq̄ operantur secū
dum illam non peccabunt. Nam
omnes homines aut sunt in pspe
ritate aut in aduersitate aut in me
dio constituti. Primo illis qui sūt
in prosperitate 7 qui preeminēt ali
js in donis temporalibus vel natu
ralibus vel spiritualibus dat exem
plum humilitatis. Nam in die an
nunciationis preponitur omnibus
creaturis quia regina celi 7 mater
dei effecta est. Ipsa autem se hu
milians dixit ad angelum. Ecce
ancilla domini 7c. q̄ autem neces
se sit humilitatem in prosperitate
seruare ostendit Augustī. dicens.
Humilitatis sectatores 7 conserua
tores maxime eos conuenit esse qui
in aliquo dono ceteris preeminēt
Vnde humiliare nos debemus cū
deus sua dona siue temporalia si
ue spiritualia tribuit. siue etiam
cū ad dignitates promori sumus.
Vnde Bernhard. super missus est.
Non magnum est esse humilem ī
abiectione. Magna prorsus 7 rara
virtus humilitas honorata. Se
cundo illis hominib⁹ qui premun
tur tribulationibus dat exemplum
7 formam paciendi. Et hoc in tē
pore 7 in die passionis Cristi quan
do plus q̄ martir effecta est quia
habuit grauius martirium. eo q̄
eius martirium non fuit in carne
sed in mente. Vnde Jheronimus
Alij sancti passi sunt pro cristo in
carne. Beata autem virgo in illa
parte passa est que impassibilis et
immortalis habetur hoc est in ani
ma vel in mente. Idcirco veruz
fateor plusq̄ martir fuerit ḡa atro
cius passa est dum tempore passio
nis cristi gladium in anima sua
sustinuit. quia gladi⁹ doloris con
sabatur primo ex eo q̄ ipsa presens

erat ꝙ vidit filium suum pati penam ignominiosissimam. id est penam latronum. penam dolorosam quia in neruis membris manibus ꝙ pedibus clauis perforatus et per totum corpus vulneratum. penam diurnam quia ab hora noctis et per totam noctem vsq; ad horam nonam diei in qua expirauit. in supplicijs ꝙ doloribus semp fuit. ꝙ penam iniustam quia peccatum non fecit sustinuit. multum enim dolet mater quando audit filium morte horribili necatum. magime autem dolet cum ante oculos suos videt filium vulnerari et occidi. Quanto ergo dolore beata virgo cruciabatur quando filium suum videbat mortuum ꝙ ipsum morte horribili necatum. Et hec omnia fieri ante conspectum suum Item erat impotens ad iuuandum Magna etenim est consolacio matri quando assistit filio morienti. et potest sibi in aliquo subuenire. Hec autem filium morientem in nullo potuit adiuuare. Audiebat ipsum sitire. ꝙ non poterat ei potũ porrigere videbat corpꝰ eiꝰ plenũ vulneribꝰ. ꝙ nõ poterat alligare videbat corpꝰ eiꝰ cruentatum. et nõ poterat lintheo abstergere. videbat caput eius non habere reclinatorium nec illi poterat exhibere fulcimentum. viderat et illum nras deflentem miserias. nec se tamen posse lachrimas abstergere ab oculis. videbat ipsum expirare ꝙ non poterat ipsum osculari ꝙ amplexari. Item erat destituta omni humano auxilio. Nam apostoli fugerãt a Christo sic ꝙ non habuit auxiliantem nec consiliantem. Unde Damascenus. Ipsa beata virgo dolores quos effugit patiens has in christi passione sustinuit. In omnibꝰ tamen hijs tribulationibus semper pacienciam seruauit nec aliquod signum odij et impaciencie ostendit dans in hoc formam operandi hijs qui sunt in statu tribulatiõis qui sic operando non peccabunt. Tercio illis qui in medio sunt constitnti dat exemplum operandi et tempus vtiliter expendendi. Nam ipsa semper tempus vtiliter expendit ꝙ nunq; otiosa fuit. Prouerbiorum vltimo. Panem otiosa non comedit. Sic et exemplo Marie debemus operari bonum. Unde io hannis. ix. Operamini dum dies ẽ venit enim nox in qua nemo operari potest. Nam inter omnia que deus nobis administrat in presenti nihil est nobilius ꝙ vtilius q; tẽpus gracie. Bernhardus. Nihil pretiosius tempore. ergo studiose seruandum. omne enim tempus nobis impensum a nobis exigetur q; fuerit expensum. Unde in hijs punctis iam dictis debemus operando imitari beatam virginem. ꝙ sic faciendo non peccabimus. proverbiorum. viij. Beati qui custodiunt vias meas. Tercio in verbis premissis bta virgo promittit sibi deuotis adeptionem eterne hereditatis cum dicit. Qui me elucidant vitam eternam habebunt. De hoc membro vide in sermonibus de beata virgine supra.

Sequitur de sancta Katherina sermo. ciiij.

3 Omine deus meus exaltasti super terram habitationem meam. Ecclesiastici vltimo. Commendator de impressionibus aeris dicit. Nubes alte non pluunt sed depresse. Sic spiritualiter mentes superbe non habent pluuiam gracie. sed mentes depresse per humilitatem. Jacobi. iiij. Deus superbis resistit humilibus autem dat graciam. Nam secundum Jheronimū. Nulli licet veniam sperare sine humilitate. De quo Origenes. Si humilis non fueris graciam spiritussancti non habebis. Ideo dicitur Judith. xv. Superbi non placuerunt tibi ab initio. Propterea docuit thobias filium suum. c. iiij. Superbiam nunq̄ in tuo sensu. in tuo verbo dominari permittas. Ideo Augustinus. Si vis capere altitudinem recipe prius eius humilitatez. Quare dicit saluator Luce. xviij. Omnis qui se humiliat exaltabit̄. Prout fecit sancta katherina cuius hodie festum celebramus. que valde humilis fuit ideo meruit exaltari pro vt ipsa dicit in verbis thematis. Domine deus ꝛc. Que quidam verba adaptantur beate Katherine que post beatissimam virginem Mariam super omnes alias virgines super terram exaltata est in triplici statu scilicet in vita
21 in morte et post mortem. ¶ In vita tria perfectissima dona habuit. videlicet castitatem in corpore sanctimoniā in mente ⁊ anima. et doctrinam in opere. Primo in castitate exaltata est super terraz merito virginitatis. Virginitas enim propter quinq̄ valde est commendabilis ⁊ deo amabilis. Primo q̄ a deo mirabiliter ⁊ ab omnibus honoratur. A deo qui de virgine nasci voluit. Ab angelo qui se Apoc. xvij. a Johanne virgine adorari nou permisit. A cristianis vt patet Etiam a gentibus. Vnde Jheronimus contra Jouinianum. Romanus populus in quanto honore virgines semper habuerit hic apparet q̄ consules ⁊ imperatores curribus triumphantes ⁊ omnis dignitatis gradus eis de via cedere solitus est. Secundo deus virginitatem in castitatis gradus exaltat et nobilitat videlicet respectu matrimonij ⁊ viduitatis. Vnde Jheronimus in epistola ad victoriam locum habet virginitas. castitas. et coniugalitas. vt sit virginitas aurum. castitas argentum. coniugalitas paupertas. vt sit virginitas pax. castitas redemptio. coniugalitas captiuitas. vt sit virginitas patria. castitas portus. coniugalitas pelagus. vt sit virginitas rex. castitas regina. coniugalitas ancilla. Hec ibi. Et addi potest. vt sit virginitas flos. castitas ramus etc coniugalitas stipes. Tercio deus virginitatē multū ornat ⁊ decorat. In cuius signū Apoc. xij dr̄. q̄ signū magnum apparuit in

in celo. Mulier amicta sole. ecce ornatus corporis. Et luna sub pedibus eius. Ecce ornatus scabelli pedum eius. Et in capite eius corona duodecim stellarum. Ecce ornatus capitis. Et in vtero habens. ecce cristus in mente virginum. Quarto deus virginitatem multum zelat et vindicat eam impugnantes

B ¶ Quod ostendit Jheronimus in epistola ad Aletam narrans terribile exemplum. Pretexata inquit nobilissima quondam et cristianissima femina iubente viro Hemecio qui patruus Eustochij virginis fuit habitum eius et cultuz mutauit et neglectum crimen mundano more texuit vincere cupiens et virginis propositum et matris desiderium. Et ecce sibi tandē nocte cernit ī somnis venisse angelū terribili facie minantem penas et hec verba frangentem. Tu ausa es viri imperium preferre Cristo et caput virginis dei tuis sacrilegis manibus contrectare. que iam nunc arescunt vt sencias excruciata qd feceris et finito mense primo ad inferna ducaris. si autem perseuerauerit in scelere et marito similiter orbaberis et filijs. omnia per ordinem expleta sunt et seram miserie penitenciam velox signauit interitus. Sic vlciscitur cristus in violatoribus templi sui. Hec Jhero. Quinto deus virgines multum p̄miat. quia semen verbi dei in eis affert fructum centesimum. vt tāgitur Mathei. xiij.

C ¶ Beata autez katherina post virginem Mariaz super alias in virginitate est exaltata propter quinqz que habuit. iuuentutem. pulchritudinem. diuicias et libertatem siue nobilitatem. que quatuor videlicz mūdi currus multas trahunt ad infernuz. Quītum etiam habuit videlicz constāciam in sollicitatione ad peccatum quod est velud auriga mundialis currus. predicta enim quinqz donum probant virginitatis. Primo habuit iuuentutem. quia erat decemocto annorum. Juuentus autem est multis causa lasciuie. Jdeo apostolus. ij. ad Thimothe. ij. Juuenilia desideria fuge. Jsta autem iuuentus beate katherine nocere non potuit quia cordis grauitate et maturitate eam superauit. Secundo habuit pulchritudinem quia de ea legitur q̄ fuit incredibilis pulchritudinis et omniū occulis admirabilis. Pulchritudo vero habenti interdum et alijs est occasio mali. Vnde Prouerbioꝝ xj. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua. Hec pulchritudo katherine nocere non potuit quia de interiori pulchritudine magis curauit. scd̄m illud p̄s. Omnis gloria eius filie regis ab intus ꝛc. quam admiratur Sapīe. iiij. O q̄z pulchra ē casta generacio ꝛc. Tercio habuit rerum habundanciam eo q̄ patri suo qui rex fuit in diuicijs magnis successit. Diuicie enim suffocant sicut spine verbum dei. Mathei. xiij. sed hee sibi non nocuerunt. quia in habundancia rerum seruauit paupertatem et carenciam deliciarum. Quarto habuit libertatem et nobilitatem. Quia filia regis et suorum domina. Libertas eniz est multoꝝ occasio ma

lorum. Vnde eccīastici. ix. Ne des potestatem mulieri anime tue ne ī grediatur in virtute tua ⁊ confundaris. Ista katherine nocere nō potuerunt quia habuit dei timorem. Quinto habuit et passa est multitiplicem sollicitationem in muneribus, in scientificis persuasionib⁹ et terroribus. sed domus istius virginis hijs allisa nō cecidit q̄ de ea verificabatur illud Mathei. viij. Omnis qui audit verba hec et facit ea assimilabitur viro qui edificauit domum suam supra petrā id est xp̄m ⁊ descendit pluuia scilicet terrenarum promissionum et venerunt flumina minarū sub tormentis ⁊ flauerunt venti scz scientificarum persuasionum et irruerunt in domum illā et non cecidit. fundata enim erat supra firmam petraz ⁊c. Primo in muneribus quia tria ꝓmissa sunt sibi que mulieres multum appetunt vt consensum imperatori preberet. primo sibi promisit tirannus diniciarum copiā. secundo dignitatem magnā vt scd̄a essz in pallacio imperatoris. tercio gloriam immensam adeo vt et statuam in foro promitteret ei erigere et eam adorari. sed talia promissa sibi non nocuerunt quia caduca omnia spreuit. vnde ait. Desine talia dicere que nephas est cogitare. Secundo sollicitata est scientificis persuasionibus cum quinquagīta rethores eloquentissimi eaz decipere non potuerunt. sed ipsa eos conuertit. Tercio sollicitata fuit terroribus propter quos muili male faciunt. sicut Daniel. xiij. Sic faciebatis filiabus israhel. et ille timentes loquebantur vobis. Sed hec katherine non nocuerunt quia mori pro xp̄o non timuit. Secundo habuit in vita beata katherina quo ad meutem scienciam admirabilē in qua excellit alias v̄gines. ¶ Est autem triplex sapiencia. quedam diuina. que consistit in tribus videlicet in vero dei cognitione. Augu. Infelix ille qui omnia alia scit te autem nescit. In preceptorum obseruatione. August. Sapiēcia dei est non eloquia dei scire. sed scd̄m eloquia dei viuere. In proximorū dilectione. Augus. Ille tenet quod latet et qd̄ patet in diuinis sermonibus qui caritatem seruat in moribus. Hanc sapienciam beata katherina habuit quia vnum deū verum cognouit. eius mādata et cōsilia seruauit et vsq̄ ad mortem ꝓximum dilexit. Alia est sapiencia media seu mundana, et diuiditur in tres partes. In ethicam que docet mores seruare. In yconomicaz que docet domum et familiam regere. Et in politicam que docet vrbes potenter gubernare. Primam habuit beata katherina q̄ se oīm virtutū varietate decorauit. Secūdā q̄ pallaciū et familiā sapiēt̄ gubernauit. Terciā quādo regnū ip̄a regina prudēter rexit. Tercia sapiencia est infima que scd̄m Jacob. iij. c. in tres diuiditur in terrenam que consistit in cupiditate In animalem que consistit in expletione voluptatis. In dyabolicā que consistit in appetitu laudis et honoris. Sed b. ka. primā ꝯtēpsit quia omnia terrena vilipēdit. Secundam despexit quia omnes vo

luptates abdicauit in virginitate
Terciam abhorruit quando hono
res mundi refutauit humilitate.
Tercio habuit beata Katherina ī
presenti vita doctrinam fructuosis
simam in opere videlicet predicati
onis in quo super alias exaltata ē
E ¶Quamuis enim apostolus regu
lariter dicat. j. Corinth. xiiij. Mu
lieres in ecclesijs taceant id est nō
predicent. Et officium predicatio
nis in genere prohibetur omnibus
laicis in. c. cum ex iniuncto. de he
reticis. Et specialiter prohibetur
mulieribus. in. c. noua. de peni. et
remis. tamen dispensatiue alique
docuerunt sancte vt Maria mag
dalena. ⁊ quedam alie. Hec autez
super alias dotata est in verbo dei
Quia alie conuertebant homines
populares sed illa reginam ⁊ prin
cipes. vt vxorem Mayencij ⁊ por
phirium principem militum. Alie
conuertebant illiteratos seculares
Sed hec quinquaginta rethores ⁊
philozophos. Alie habuerunt sapiē
ciam infusam. sed ista ⁊ infusam
et septem liberalium arcium sciēci
am acquisitam. Alie erant conten
te simplici sermone ⁊ habuerūt sci
enciam. hec autem etiam eloquen
F ciam summā. ¶Secundo princi
paliter beata Katherina super om
nes exaltata est in morte triplici
ter. in moriencium differencia. in
tribulationum consolatiōe. in pri
uilegioꝝ multitudīe. Primo ī mo
rienciū differēcia ⁊ martirij. Alie
em̄ vnū duo vel tria martirij gene
ra passe sunt. ꝫ hec q̄nq̄. Primum
q̄ fuit scorpionib⁹ cesa. Scd̄m ꝙ
fuit incarcerata obscurissimo carce
re. flagellata ⁊ lacerata. Terciū ꝙ
fuit fame vexata. Quartuz ꝙ fuit
super rotas horribiles extēsa. Quin
tū ꝙ fuit decollata. Sed scd̄o ꝯtra
hec quinq̄ quintuplex habuit adiu
toriū ⁊ ꝯsolationē ab angelis. Pri
mo ꝯtra lacerationē fuit ab angel'
vncta adoramine. Scd̄o ꝯtra te
trū carcerē ibidē illumīata maxīa
celesti luce. Tercio ꝯtra famē fuit
celesti columba nutrita. Quarto
contra rote superpositionem fuit ꝑ
angelū qui rotas ꝯfregit liberata.
Quinto ꝯtra decapitationis penā
fuit ab angelis in montē sinay du
cta. Tercio in ei⁹ morte a deo mul
tipliciter fuit priuilegiata. vt oīa
que de⁹ alijs sctīs in eoꝝ passione
ꝯcessisse videt̄ particulariter isti v̄
gini concessisse videat̄ vniuersali
ter. ¶Et sunt septē. Primū moriē G
ciū sanctoꝝ priuilegiū est xp̄i visi
tatio sicut patet in obitu Johānis
euāgeleste ob priuilegiuz specialis
amoris. sic ⁊ xp̄s ad hui⁹ mortē ve
nit. ⁊ illud attestat̄ b. Kathe. amo
ri. Scd̄m ē celestis refectio vt ī b.
maria magdalena. sic ꝑ colūbā b.
Ka. nutrita ē in carcere. xij. dieb⁹
⁊ illd̄ attestat̄ ꝯtēptui mdi quē ha
buit. Terciū ē petitionū exaudicio
vt in petitiōe b. Blasij ⁊ sctē mar
garethe. sic hec obtinuit ī morte vt
quicūq̄ sui memoriā ageret vl' in
morte se sibi ꝯmēdaret vl' in q̄cūq̄
alia necessitate eā inuocaret diuine
miscd̄ie effectū sentiret. ⁊ vox venit
de celo eā exauditā dicēs vt postu
lasset ⁊ illd̄ attestat̄ sue magne sctī
tati. Quartū ē celestis porte resera
tio vt stephano q̄ vidit celos aptos
sic ka. iā de collā de venit vox de celo

dicēs. Veni electa mea ecce tibi cel̄ pallacia aperta sunt. Et illud at testatur sue magne perfection i.
Quintum est angelorum accessio sicut in beato Martino ⁊ Maria magdalena. Sic etiam hec katherina in vita ab angelis de agone est informata. in morte per eosuncta post mortem ab eis portata. ⁊ illō meruit sua castitate que est angelorum socia. Sextū est lactis emanacio vt in beato Paulo. Sic Katherina percussa lac pro sanguine dedit. ⁊ istud attestatur sue puritati. Septimum est diuine lucis coruscacio. ⁊ illud fuit in morte sancti Petri ⁊ sancti Andree. Sic beata Katherina existente in carcere magna ibi lux apparuit ⁊ illud attestatur sue fame. ¶ Tercio principaliter post mortem deus hanc virginem super alias exaltauit in tribus. Primo in hoc ꝙ corpus eius mirabiliter honorauit quando ipz per angelos sepelici fecit. Angeli enim per viginti dierum spacium illud deportauerunt in montez synay ⁊ illud ibi honorifice sepelierūt In quo assimulatur sancto Clemēti. cui angeli sepulchrum fecerunt. Est autem mons synay mons nobilis in quo deus suam legez dedit Moysi in quo eidem sicut amicus deꝰ loquebatur. In quo etiaz moyses quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus ieiunabat. Et talem sepulturaz meruit sancta Katherina sua sapiencia. Secundo in hoc ꝙ post mortem ex eius corpore oleum sacrum sudauit valēs ad salutem multorum. ⁊ quantuz ad hoc similis est sancto Nicolao. Tercio in hoc ꝙ tricenteno p̄mio siue corona decoratur ⁊ coronatur in quo Johanni Baptiste assimilatur. De quo canitur. Serta ter denis ⁊c. Quia sicut ⁊ ille fuit martir doctriz ⁊ virgo. Vnde Math. xiij Semen seminatum in terra bona facit fructum. aliud triceſimum. aliud sexagesimuz. ⁊ aliud centesimum. Terra bona faciens frucuz bonum triceſimum sunt boni coniugati qui cum fide trinitatis de calogum seruauerunt. ideo triceſima p̄mia habebunt. Bona terra sexagesimuz faciens sunt boni cōtinentes qui cum sex operibus misericordie cristi precepta custodierunt. ideo sexagesima premia possidebunt. Bona terra faciēs fructū centesimum sunt virgines predicatores ⁊ martires. Et ideo beata Katherina cum virgo. doctriz et martir fuerit tricentena premia a deo accepit. quia ille que fuerūt tā tū virgines tantūcentena premia habebunt simplicia. Que virgines et martires habebunt centena duplicia. sed que virgines martires ⁊ doctrices habebunt triplicia centena. sicut fuit beata katherina. que habet tricentenum premiuz ⁊ tres aureolas. Declara vt scis de aureolis ⁊c.

Sermo alius de sancta katherina. cv. Wann. xxij.

mnis gloria

filie regis ab intus. ps xliij. Quamuis hec verba ad litteram intelligantur de gloria sponse id est ecclesie quam habet a Christo sponso suo. sicut

et totus. ps. Eructauit cor meum ꝛc. Exponitur de nuptijs sponsi ⁊ sponse id est Christi et ecclesie scilicz regis et plebis sue saluatoris et saluandorum. vt dicit Augustinus. tamen non inconuenienter. ymo conueniētissime recitantur ad laudem gloriose virginis ⁊ martiris katherine que est speciaalis plebicula et sponsa Christi domini summi regis ⁊ sponsi sui. Quamuis enim beata katherina fuerit filia regis potentis terreni vnde communiter homines solent habere gloriā mūdi siue exteriorem. attamen hanc mundi gloriam ipsa non requisiuit non appecijt sed magis spreuit sciens quia talis gloria est vana. caduca et brevis et transitoria. quia homo qui hodie gloriatur et extollitur quandoqz cras non inuenitur ymmo talis gloria non solum est vana et caduca sed et multum periculosa. quia hanc vt in plurimum sequitur ignominia eterna. Ideo magis appecijt gloriam interiorez et occultam que nō hominibus huius mundi sed soli deo est cognita quia intus manet in pura conscīcia. Propter hanc gloriam beata katherina dicebatur filia regis celestis Christi domini. ymmo non solum filia sed et sponsa. Ideo de ea recitātur verba thematis. Omnis gloria filie regis ꝛc. vbi supra. Pro gracia Aue Maria.

Omnis gloria filie regis ab intus ꝛc. vbi supra. ¶ Circa verba thematis duo nobis insinuantur. videlicet q aliqua est gloria exterior aliqua interior. sine aliqua est gloria vana alia commendabilis et laudanda. Prima est gloria huius mūdi corporalis quam qui finaliter pter se appetit ignominiam et confusionem perpetuam sustinebit secundum illud Osee. iiij. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Alia est gloria interior spiritualis in pura conscientia. De qua dicit thema. Omnis gloria filie regis ab intus ꝛc. ¶ Circa primum videlicet circa gloriam exteriorem huius mundi siue corporalem est notandum q secundum beatum Jheronimus in quadam epistola. Gloria mundi inanis siue vana est inordinatus motus animi quo aliquis propriam desiderat excellenciam vt alios honore precellat. hoc autē valde multipliciter contingit tam de rebus spiritualibus qz etiam corporalibus siue mundanis. Aliqui enim gloriam querunt de sua parentela et de generis nobilitate. Alij de diuicijs ⁊ potestate. Alij de pulchritudine corporis et sanitate Alij de prouidencia et morum honestate. Et sic de alijs multis causis vane glorie quantuz ad res corporales. Alij vero gloriantur de rebus spiritualibus. vtputa de vite bonitate. Alij de elemosina et religione. Alij vero de sciencia ⁊ aliorum informatione. Alij de castitate ⁊ deuotione ⁊ sic de alijs. Dicit autē illoz gloria ē vana ⁊ caduca. iuxta illud. j. Machab. ij. Gloria eius stercus ⁊ vermis. hodie extollitur ⁊ cras nō inuenit. Quid enim hō habere pt in hoc mōdo de quo gloriam querat cū nec ad minutū sit securus de vita. ⁊ si pdit vitā minqd in oībus pdit gloriā mōdi. vtiqz. Quales

ergo gloriā homo habere potest de rebus vanis ⁊ transitorijs. nam si est in habundancia. si in diuicijs ⁊ potestate. si in pulchritudine ⁊ sanitate ⁊c̄. hoc totū habet a d̄o. id̄o dicit apostolus. j. ad Corinh. iiij. Quid habes quod nō accepisti. Si aūt accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis. Nec hō gloriari debet in rebus spūalibus. q̄r de talibus dicit saluator Math. vj. Amen dico vobis receperunt mercedē suā id ē gloriā ab hominibus quā querunt Quantū aūt in spūalibus siue operibus hoīem impugnat vana gloria bene ostendit August. in libro de ꝯflictu viciorꝝ dicens. Inanis gloria dicit age bonum quod vales ostēde bonū cunctis quod agis vt bonus a cunctis dicaris vt sctūs et venerabilis ab omnibus p̄diceris vt dei electus voceris. vt nemo te contemnat. nemo te despiciat. sed vniuersi tibi debitū honorē p̄soluāt Hec August. Et Crisost. sup Matheū dicit. Dicebant apud se scilicꝫ vane gloriosi. si bene fecerimꝰ cuꝫ pauperibus quis illud videt ⁊ si viderint non multi vident. ⁊ si multi vident pro tempore vident. transit tempꝰ ⁊ cum tempore beneficij memoria. melius est ergo edificia facere que aspiciant omnes. nō in hoc tp̄e solum ꝫ et in posterū. Hec Crisost. Sed audi quid subiūgat O insipiens quid tibi p̄dest pꝰ mortem ista memoria si vbi es torqueris ⁊ vbi non es laudaris. quasi diceret Crisost. Quid prodest tibi te ardere in inferno ⁊ ab hominibus laudari in mundo certe nihil ꝫ magis obest. q̄a ex hoc tua pena grauatur. Talem gloriam mundi beata katherina bene habere potuisset Habuit enim illa in se de quibus homines communiter gloriantur videlicet nobilitatem. pulchritudinem. diuicias ⁊ vestitum pulchruꝫ quem habere noluit. Habuit ⁊ in se sapienciam. eloquenciam ⁊ audaciam loquēdi. Sed de omnibꝰ hijs noluit gloriari bene attendēs id quod scriptū est Prouerb. xxvij Ne glorieris in crastinū ignorans quid superuentura pariat dies. Et Eccīastici. xj. In vestitu ne glorieris vnq̄ꝫ nec in die honoris tui extollaris quoniam mirabilia sunt opera altissimi. quasi diceret. Hodie quis eleuatur cras deprimitur Dicamus ergo cum propheta. Nō nobis dn̄e non nobis sed nomini tuo da gloriā. ¶ Circa secundā partez de gloria interiori aduertendū est ꝙ gloria interior nihil aliud est nisi puritas consciencie. patet ex v̄bis thematis. Omnis gloria filie regis ab intus id est in consciencia vt dicit glosa. De hac gloria dicit Bern̄. in quadam epistola. Puritatis intime bono gloriari non pōt veraciter nisi qui extrinsecus gloriolas perfecte respuerit. nec enim pure valet dei ⁊ proximi lucra querere qui propria non contempserit Et hoc est quod dicit Crisost. in quadam omelia. Si gloriari cupis gloriam despice ⁊ omnibꝰ eris gloriosior. ac si diceret. Si cupis esse gloriosus apud deum despice gloriā mundi. ¶ Hanc ergo gloriam habuit ip̄a beatissima virgo ⁊ martir katherina interiorem secunduꝫ triplicem vim anime scilicet con-

C

D

cupiscibilem. Rationalem. 7 irascibilem. vnde in concupiscibili habuit gloriam continencie virginalis. In rationali habuit gloriaz sapiencie spiritualis. 7 in irascibili habuit gloriam pacience triūphal' Ecce triplicem gloriam ab intus in anima. de prima gloria dicit ysa. xxxv. Gloria libani data est ei. libanus autem interpretatur candidus vel dealbatus siue candor aut dealbatio. 7 illud conuenit castitati 7 maxime virginali. quid enim cādidius castitate. Habent autez virgines duplicē candorem propt duplicem continenciam videlicet mētis 7 corporis. Et hoc bene innuit Canticoy. iij. cum dicitur. Veni de libano sponsa mea veni de libano veni coronaberis. Ecce bis ponitur libano propter duplicē candorem. Dicitur autem ter veni. qa sponsus Cristus dominus ter vocat sponsam suam id est fidelē animam scilicet in vita. in morte. et post mortē. Venit ergo primo spōsa sancta ad Cristum dum in hoc mundo viuens bona que potest operatur. Venit secundo quando in hora mortis anima ipsa videlicet sponsa a carne exuitur. Venit tercio quādo in die iudicij finalis carnem resummit 7 cū Cristo thalamum celestem ingreditur. ¶ Candor autem virgineus candori angelorum equipparatur. nam 7 angeli sepe in candidis apparuerunt. scōm illud Math. xxviij. Vestimenta eius candida sicut niy. Sed audeo dicere quia glorioſior est candor siue puritas virginis cū angeli In virgine enim duplex candor reperitur videlicet carnis et spiritus In angelo autem solum simplex. quia angeli non carnis sed tantuz spiritus candorem siue puritatem habent. in homine etiam gloria illius candoris acquiritur per pugnā in angelo autem est per naturam. maioris autem meriti est in carne gloriam candoris acquirere per pugnam cū ipsam habere per naturā vt dicit Jheronimus. ¶ Ey illi patet quomodo merito angeli virginibus sunt familiares ex quo ipsi vnico candore vestiti sunt 7 virgines dupliciter. Hinc est q beata Katherina candidissima pugnatura cum oratoribus ab angelo est confortata. Item ab angelo in carcere est visitata. Item a rotarum tormentis ab angelo est liberata. Itē in monte sinay ab angelis sepulta siue collocata. Secundo beata katherina in visiue potencia racionali habuit gloriam sapiencie spiritualis. De qua scriptum est Proverbioy. iij. Gloriam sapientes possidebunt. Sed heu quidam sapiētes non gloriam sed contumeliā possidebunt. De quibus dicitur Jhere. viij. Sapientes sunt vt faciāt mala. bene autem facere nescierunt. Horum sapiencia non est spiritualis sed sicut dicitur Jacobi. iij. terrena. animalis. diabolica. Terrena est 7 ideo non intelligunt quantum contempnenda sint temporalia sed magis ea per suas fallacias acquirunt. Animalis est 7 ideo nō sapiunt quantum appetenda sint celestia. nam gustus eorum est infectus per terrenorum amorem. et ideo spiritualia 7 celestia eis non

f

E

sapiūt. Tercio est diabolica ⁊ ideo non preuident quantum timenda sint infernalia. Contra hanc triplicem sapienciam ymmo verius fatuitatem ait Bernhard. O vtinaz saperes que dei sunt. intelligeres q̄ mundi sunt ⁊ prouideres que inferni sunt profecto inferna horresceres superna appereres. ⁊ que ad manum sunt contempneres. Qui sic sapiunt. qui sic prouident. qui sic ĩtelligunt vere sapientes sunt. Sapientes vtiq; non vt faciant sed fugiant mala. scd̄m illud Prouerbioꝝ. xiiij. Sapiens timet ⁊ declinat a malo. Tales sapientes gloriam possidebūt vbi supra. Ex hijs patet quanta fuerit gloria sapiētissime katherine que quinquaginta oratoribus reputatis sapiētissimis sapiencior fuit. Tercio beata katherina in vi irascibili habuit gloriam paciencie triumphalis id est gloriaz matirij. De hac gloria scriptum est Ecclesiastici. xxiij. Gloria magna est sequi dominum. sequi vtiq; per viam passionis per quam ipse precessit. scd̄m illud. j. Petri. ij. Cristus passus est pro nobis vobis relinquens exempluz vt sequamini vestigia eius. sic sequi dominum vtiq; magna est gloria quia immensa. ymmo tanta est ĩ celo ꝙ parum est quicquid pro ip̄a patimur in mundo vt ait apostolus ad Roma. viij. Non sunt condigne passiones huiꝰ temporis ad futuram gloriam que reuelabitur ĩ nobis ⁊c̄. Neq; etiam condigne st̄ passiones ad preteritam culpam q̄ remittitur neq; ad presentem consolationez que immittitur. neq; ad futuram gloriam que promittitur Si ergo sequi terreat te gloria alliciat te. si sequeris per passionem in mundo vt de gloria consolationem habes in deo hoc est ꝙ saluator ait Mathei. xvj. Qui vult pꝰ me id est ad meam gloriam peruenire abneget semetipsum ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me. Vbi dicit Crisosto. Tu perpende quomodo nullo pacto cogit oratio. nō enim dixit oportere discipulos pati. sed quid. Si quis ait post me venire vult. non impello. non vrgeo sed liberam singulorum voluntatem efficiens dico. Si quis vult. Non enim ad afflictiones et onera nec ad supplicia ⁊ penas vt cogere nihil opus sit. sed ad ineffabilia bona conuoco. quorum ea natura est scilicet ea attingere per crucem et tribulationem. quasi dicerz saluator secundum Crisosto. Si non putatis vobis comodum esse quod dixi nec ad similia vos arceo sed eos dumtaxat voco qui me sequi volunt. Ex predictis patet ꝙ beata katherina consecuta est triplicem gloriam interiorem videlicet gloriam candoris in vi concupiscibili. gloriam sapiencie spiritualis in racionali. ⁊ gloriam paciēcie triumphalis in irascibili. Huic autem triplici glorie in beata katherina correspondet triplex aureola ⁊ tria priuilegia. Primo glorie candoris siue puritatis virginalis correspondet aureola virginum. Secundo glorie sapiencie spiritualis correspondet aureola doctorū siue confessorum. Tercio glorie pacicēie triumphalis correspōdet au

Greola martirum. ¶ Secundū hanc etiam triplicem gloriam predicta habet tria priuilegia quibus ī morte ipsa honorata fuit. Primum est q̄ lac pro sanguine fudit ⁊ hoc pertinet ad gloriam continencie. Secūdum q̄ in monte sinay vbi sapiencia data est id est precepta diuina sepulta est per angelos ⁊ hoc pertinet ad gloriam sapiencie spiritualis que in deum tendit ex quo omnis sapiencia profluit. Tercium q̄ oleum de corpore eius fluit ⁊ hoc pertinet ad gloriam paciencie. sicut enim oleum vulnera linit ⁊ sanat ita paciencia aduersa nulla repellit sed quadam pietate que per oleum designatur cuncta aduersancia deuincit. Hec de secūdo videlicz gloria interiori. ¶ Dubitatur circa predicta an Cristus dominus sponsā suā. b. katherinam dotauerit aliquibus specialibus priuilegijs ex quib⁹ eius gloria singulariter possit cognosci. Respondetur ad hanc dubitationem q̄ sic. Vnde Cristus dominus beatam katherinam honorauit singularibus priuilegijs ī vita. singularibus in morte ⁊ singularissimis post mortem. Primo ī vita specialiter eam priuilegiauit ꝙ ipsam super omnes virgines post beatam virginē videtur adamasse. Quod patet ex eo. quia multis gracijs ⁊ donis eam preuenit. Dedit enim sibi virginitatem seruare quod est quoddam donum angelicum vt patet supra. q̄ autem virginitas sit quoddam angelicum patet ex verbis saluatoris Luce scdo Vnde cum saducei interrogassent Si quis plures vxores habuisset vna plures viros cum quo resurgeret. Respondit dominus. Filij huius seculi nubunt ⁊ traduntur ad nupcias. Illi vero qui digni habentur seculo illo scilicet futuro neq̄ nubunt neq̄ ducunt vxores neq̄ vltra mori poterūt. equales enim angelis sunt. Ex quo patet q̄ qui hic non nubunt ⁊ seruant virginitatē suam angelis assimulantur. Hoc autem donum virginitatis excellencius alijs habuit beata Katherina. sicut patet in eius legenda. Nā valde difficulter seruatur castitas in magnis diuicijs. nobilitate ⁊ libertate in quibus tamen beata katherina virginitatem suam custodiuit. quia nobilis fuit filia regis. potens in diuicijs. quia paterna bona sibi erant relicta ⁊ tota libera a nemine regebatur neq̄ cogebat. Et nihilominus virginitatem suam deo custodiuit. ymmo nec maxencius eam superare potuit maximis promissionibus. quia eam secundam post reginam exaltare voluit ⁊ imaginem suam fabricari. et ad honorem illius in medio ciuitatis collocare. ⁊ eam a cunctis velud deam adorari. ymmo nec maximis tormentis eam vincere potuit quin semper cōstans in suo proposito virginitatem conseruaret. Sciunt nanq̄ deo et angelis summe placere virginitatem. Et quia deus de virgine nasci voluit. Et hanc in passione virgini commendauit. Quantum autem ipsa virginitas placeat audistis supra in parte de gloria continencie. Sed quia sepius magis mouent exempla q̄ verba. ¶ Audiatis vnum

mirabile exemplum de quadam virgine q̄ recitat Ambrosius lib. ij. de virginitate dicens in sententia. ¶Erat quedam virgo Antiochie fugiens publicos virorum aspectus. sed quanto magis virorum vitabat oculos tanto amplius incēdebat impudicos. pulchritudo enim audita non visa plus desideratur. itaq̄ virgo tanto magis cupiebatur. sed sancta virgo vt finem daret integritatem pudoris professa sic restrinxit improborum facies vt non iam amaretur sed prodereretur. Duplex ergo certamen puella profitebatur videlicet se seruaturam virginitatem ⁊ cristianam. non timida morte sed potius expectans mortem. Cum autem improbi viderunt constanciam virginis in fide cristi ⁊ castitate cepērūt cogitare quomodo propter amorem castitatis religionem cristianam tollerent qua ablata tandem ⁊ virginitatem auferre possent dicentes q̄ aut dijs sacrificaret aut lupanar intraret. Audiens hec virgo intra se cogitauit. quid faciam hodie aut martir aut virgo altera a me inuidetur corona scilicet virginitatis. sed nec virginitatis nomen agnoscitur vbi virginitatis auctor negatur. nam qualiter virgo sum si adulteram colā scilicet deam. si adulterum diligo. tollerabilius est mentem habere virginem q̄ carnē vtrunq̄ bonum si haberi potest. si non vtrunq̄ saltē deo mente sim casta. ⁊ si non possum habere corpus castum siue intactum. quasi diceret. Si non valeo habere castitatem mentis ⁊ corporis. Attamen vnum seruare possum scilicet mentem impollutam. Si non dedero voluntatem ad polluendum corp⁹ Et vltra apud se ait. Raab meretrix fuit sed postq̄ deo credidit salutem inuenit. Et Judith vt adultero Holoferni placeret se ornauit et tamen nemo eam adulteram iudicauit eo q̄ fecit religionis amore siue ex fide. Si ergo illa per hoc castitatem seruauit ⁊ patriam forte et ego dante deo seruando fidem seruabo castitatem. Talib⁹ itaq̄ animata exēplis simul verba domini mente habuit quibus ait. Quicunq̄ perdiderit animam suā propter me inueniet eam. Audite ergo virgines mirabile ducitur ergo dei ad lupanar tunc magn⁹ factus est concursus petulanciū. claditur intra lupanar virgo sed extra certant singuli qui primus eam intraret. At illa manibus in celum leuatis ait. Criste domuisti virgines feros leones potes etiam domare feras hominum mentes. iudeis vnda se suspendit non natura sed tua misericordia. Susanna ad supplicium genuflexit ⁊ adulteris triumphauit. Benedicatur ⁊ nunc nomen tuum vt que ad locum adulterij veni virgo discedam. Completa ergo oratione ecce miles terribil' irrupit quem virgo timuit. Sed non immemor lectionis Daniel inquit Susannam a supplicio liberauit. posset et in hoc lupi habitu ouis latere. habet et cristus milites suos ⁊c. Ibi subiungit Ambrosi⁹. O virgo fides tua te saluam fecit. Tunc ait ad eam miles. Ne paueas soror veni tanq̄ frater saluare

animam tuam non perdere. serua me vt tu seruaris. quasi adulter ingressus sum si vis martir egrediar vestimenta mutemus. conueniūt mihi tua & tibi mea. sed vtraq; cristo. tua vestis me verum militem & me a te virginem faciēt. Sūme habitum qui abscondat feminam et trade mihi qui consecret martirē Summe pilcum qui tegat crines et abscondat os. Solent enim erubescere qui lupanar intrant & ne respicies retro cum egressa fueris memor vxoris Loth. Egreditur ergo virgo de lupanari et statim alter ingreditur ad mechandum cum ea. Non enim nouerunt eam exeuntem. Cum autem ille intrasset ait. Quid est hoc. Puella ingressa est. vir videtur. Ecce non fabulosum istud certa pro virgine. Audiui etiam & non credidi q̄ cristus aquam in vinum conuertit forte et iam sic sexum mutauit. Recedamus hinc dum adhuc sumus quod fuimus. nunquid et ego mutatus sum qui aliud cerno q̄ credo. Ad lupanar veni cerno vadimonium id est pignus vel fideiussorem ac si diceret. video virum pro virgine et ego mutatus ex eo. Adulter em̄ intraui & pudicus exeo. Sed quid factum est. certe damnatur miles pro virgine & ad supplicium ducitur. Ita de lupanari dicit ambrosius. Non solum virgo sed et martires exierunt. Cum autem videret puella militem ducere ad locuz supplicij venit et ipsa & sic simul certabant pro morte. Cum autez miles diceret ego sum iussus occidi te. absoluit sentencia quando me tenuit At illa clamare cepit. Non ego te vadem mortis elegi sed predaz pudoris optaui. si pudor queritur. id est castitas virginitatis manet sexus. si sanguis exposcitur fideiussorem non desidero. Ac si diceret. Ad custodiam virginitatis mee te loco mei posui. non autem vt pro me mortem subires quam ego libēter sustineo. ego obprobrium declinaui non martirii. vestem. non fidem Cristi mutaui. quod si mihi pretipis mortez non redemisti me. sed circumuenisti. Caue queso nō contendas ne contradicere audeas Noli eripere beneficium quod dedisti. Ac si diceret. Si me non admittes morti priuabor virginitate quam in me custodisti. Et subiunxit. Possumus ambo satisfacere sentencie mortis si prius me paciaris occidi. In te habeant alia quaz exerceant penam q̄ in virginem propter pudorem. Itaq; gloriosior eris si videaris de adultera martirem fecisse q̄ de martire adulteraz reddidisse. Ecce quid factum est. duo contenderunt & ambo vicerūt nec dimissa est corona sed addita ipsa principium martirio dedit. ipse finem & effectuz consummauit Ecce quomodo deus mirabiliter hanc virginem preseruauit vt simul coronam virginum et martirum attingeret. quod et factum ē. in katherina. & vltra hoc aureolaz confessorum ipsa est consecuta vt supra. Dedit enim ei dominus speciale prerogatiuam vt predicarz in vita. quod fuit proprium officii

tum Cristi. Dedit etiam ei in vita magnum donum vt mortem non timeret. Dedit ei magnam caritatem in contemplatione. magnam pulchritudinem. magnam sapienciam ⁊ angelicam puritatem vt supra. Ecce magna priuilegia katherine in vita. Secundo Cristus p̄ ceteris eam priuilegiauit in morte

℟ Patet illud q̄ quedam priuilegia deus pluribus sanctis in sua morte ⁊ passione concessit particulariter vni illud. alteri aliud que omnia beate katherine in sua passione ⁊ morte concessit vniuersaliter. Primum priuilegium est cristi visitacio. Et istud fuit in beato Johanne euangelista. ad cuius transitum cristus cum suis discipulis venit. Illud autem priuilegium beata katherina similiter inuenit. qa cum esset in carcere Cristus cum multitudine angelorum ⁊ virginū ad eam descendit dicens. Agnosce filia creatorem tuum pro cuius amore laboriosum subisti conflictum. constans esto quia ego tecum sum Et istud est signum specialis amoris. quia Cristus Johannem ⁊ katherinam specialiter dilexit. Ideo circa tempus mortis eorum illos visitauit. Secundum priuilegium est celestis refectio. Et istud fuit in Maria magdalena que celestibus refectionibus pascebatur. Et in pluribus aliis sanctis heremitis Istud etiam fuit in beata katherina que licet in carcere fuerit posita vt ibi fame cruciaretur per duodecim dies tamen deus per columbā cibum sibi misit quotidie. Et istō attestatur in ea contemptum mūdane dilectionis. Quia enim carnales delectationes cōtempsit ideo consolationibus celestibus nutriebatur. Vnde q̄ cito filijs israhel defecit farina de egypto in deserto tā cito receperunt manna de celo. simul et econtra q̄ cito in terram p̄missionis intrantes terrenos fructus comederunt tam cito celestez cibum amiserunt. Tercium priuilegium est peticionum exaudicio Et istō fuit in sancto blasio ⁊ sancta Margaretha que in sua passione deum rogauerunt. vt quicunq̄ in ipsorum nomine aliquid peciuit a deo obtinebit. Intellige dum assunt conditiones ad exaudibilitatem oratiōis requisite scilicet pie pro se ⁊ perseueranter. Istud etiaz priuilegium fuit in beata katherina. que in sua passione deum oraauit vt quicunq̄ sui memoriaz agerent aut in morte se sibi commendarent. vel in tribulatione eam inuocarent diuine misericordie sentirent effectum. Et facta est vox de celo q̄ sic fieret vt postulauit. Hoc semper ītellige dūm ō assunt circūstancie orationis vt supra. Hoc autem in ea attestatur magnam sanctitatem. Magne enim sanctitatis est testimonium quando q̄s in suis petitionibus meruit frequēter a deo exaudiri. Quartum priuilegium est celi apercio. Et istud fuit in beato Stephano protho martire qui celos vidit apertos. Hoc autem similiter fuit in beata katherina. q̄ cuz decollari debuit vox ad eā facta ē. Veni dilecta mea spōsa mea ecce ianua celi tibi aperta est.

Et illud attestatur in ea magnaz perfectionem. Nam celum specialiter tribus aperitur videlicet viris perfectis. martiribus ⁊ nouiter baptizatis. Ipsa autem fuit valde perfecta ⁊ martir in sanguine suo de nouo purificata. Quintum priuilegiuz ē angelorum visitacio ⁊ cōfortacio. Illud etiam fuit in beato Martino ad cuius obitum angeli accesserunt. Ita beate katherine angeli astiterunt ⁊ obsequium prestiterūt in vita. in morte ⁊ post mortem. Invita dum angelus eam cōfortauit. in conflictu cum oratoribus. in passione mortis dum angeli in carcere plagas suas pertunxerunt. Vidente regina vxore Maxencij cuz ingenti claritate ⁊ rotas confregerunt. Post mortem quia angeli eius corpus sepulture tradiderunt in monte sinay plus q̄z per xx. dietas a loco passionis. Et illud priulegium attestatur in ea magnam puritatem virginitatis quia angeli virgines et puri sunt per naturam. ipsa autem per graciam solū Jdo libenter cū ea angeli morabantur. Sextum priuilegiuz est lactis emanacio. Istud fuit in beato Paulo in cuius decollatione vnda lactis emanauit. Ita ⁊ factū est in beata katherina. que dum decollata fuisset pro sanguine lac effluxit. Et hoc in testimonium sue magne puritatis virginalis vt supra. Septimum est diuine lucis coruscacio. Illud fuit in beato petro in cuius martirio maxima luxemicuit ⁊ cum ipsa luce eius anima in celum ascendit. Ita et fuit ī beatu katherina. quia vt supra. dum in tenebroso cārcere clausa fuisset maxima dei claritas resplēduit. Et fuit in testimonium sue fame et conuersationis. Juxta illud Sapiencie. xiij. O q̄z pulchra ē casta generacio cum claritate. ipa enim instar lucis habuit sublimitatem in situ quia eius conuersacio semper erat in celo. Rectitudine ī incessu quia omnia opera sua ad dei gloriam dirigebat. Pulchritudinem in aspectu. quia plures suo exemplo ad dei amorem trahebat. vt oratores quinquaginta. Porphirium cum ducentis militibus ⁊ reginam cum multis aliis.

¶ Tercio dominus suam electam sponsam triplici priuilegio post mortem honorauit. Primum quia eius corpus mirabiliter honorauit eo q̄ ipsam vt supra dictum est p angelos sepeliri fecit. Et non solū hoc sed in monte synai sibi sepulchrum fieri fecit angelicis manib⁹ in quo deus legem dedit humano generi ⁊ cum Moyse famulo suo familiariter locutus fuit tanq̄z amicus amico. In quo ⁊ Moyses quadraginta diebus ⁊ noctibus ieiunauit ad designandum q̄ katherina dei sapiēcia plena fuit ⁊ deo familiaris extitit ⁊ q̄ ab omni amore mundi perfecte abstinuit. ita vt vere de ea dici possit illud ysa. xj. Erit sepulchrum eius gloriosuz Et in hoc communicat cum sancto Clemente. cui etiam angeli in mari sepulchrum marmoreum fecerunt. Secundo eam priuilegiauit deus post mortem q̄ eius corp⁹ magno prodigio illustrauit q̄a ex ipso resudat sactum oleum. quod

valet in salutem multorum. ⁊ quā tum ad hoc similis fuit beato Nicolao de cuius corpore oleum manat et cunctos languidos sanat. Et istud est testimonium sue magne misericordie. per oleum enim misericordia designatur. Tercio post mortem priuilegiauit eaz dominus quia post aureā tribus aureolis eam decorauit. ita vt ratione virginitatis possideret fructum centesimum. similiter ratione martirij centesimum. ⁊ ratione predicationis centesimum secundum illud Mathei. xiij. Semen cecidit ī terram bonam ⁊ aliud fecit fructū tricesimū ⁊c. Terra bona faciens fructum tricesimum sunt boni coniugati qui cum fide trinitatis decalogum seruauerunt ⁊ ideo trigesima premia habebunt. Bona terra faciens fructum sexagesimum sūt boni continentes qui cum sex operibus misericordie decem precepta custodierūt. ideo sexagesima premia possidebūt. Bona autem terra faciens fructum centesimum sunt virgines predicatores ⁊ martires Et ratione illorum cum beata katherina consecuta est tricentena p̄mia. Imploremus ergo dilectissimam sponsam Cristi beatam katherinam vt sicut in sua passione orauit pro fideliter ⁊ deuote eam inuocantibus ita nūc nos eam inuocantes respiciat ⁊ suis precibus nobis veniam peccatorum nostrorum ⁊ que salutis nostre sunt obtineat per Cristum dominū nostrū Amen.

De sancta katherina sermo. cvj. Wann. xxij.

Vlte filie congregauerūt diuicias tu supergressa es vniuersas Prouerbioꝝ vlti. Hec verba pronunciat ecclesia ad laudem et gloriam sanctissime virginis ⁊ martiris Katherine cuius hodie celebrat festum ecclesia per vniuersum orbem propter multas eius virtutes ⁊ merita quibus sponso suo domino nostro Jhesu cristo placuit et placere studuit. Nam et si omnes sancte virgines cristo domino placuerunt suis virtutibus ⁊ meritis. Ista tamen post virginem Mariam supergressa est vniuersas iuxta thema Multe filie. In verbis thematis Salomon duo innuit. Primo virtutes ⁊ merita omniuz sanctarum virginum cum dicit Multe filie ⁊c. Secundo excellencia virginis ⁊ martiris beate Katherine inter illas cum dicit. Tu supergressa es vniuersas. De qua singulariter videnduz erit. Nemo dubitat quin omnium sanctarum v̄ginum ⁊ cuiuslibet earum merita sunt magna quibus consecute sunt eterna cum sponso suo cristo gaudia. Sed quibus modis excellat katherina videbitur infra. Et q̄a sapiens loquitur de diuicijs dicerz quis. De quibus diuicijs intelligi debent verba sapientis in themate. ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ triplices sunt diuicie. scilicet temporales. spirituales ⁊ eternales. De primis diuicijs dicit propheta in p̄s. lxj. Diuicie si affluāt nolite cor apponere. vbi dicit glo. Diuicias licz habere ꝫ n̄ eis īherere. nā qn̄ hō mē

re illis inheret tunc ad peccatum inducitur. secundum illud apostoli. j. ad Thymo. vj. Qui volūt diuites fieri incidunt in temptationem et in laqueū diaboli ⁊ desideria multa ⁊ inutilia ⁊ nociua que mergūt hominem in interitum et perditionem. Et subdit. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Notanter dicit apostolus. Qui volūt siue cupiunt diuicias. non dicit q̄ habent quia diuicie haberi possunt sine peccato aut cum peccato. sine peccato quando iuste habentur siue possidentur ⁊ ad dei voluntatez distribuuntur. Taliter beata katherina habuit diuicias. Sed cuz peccato quādo īordīato cū affectu habentur. sicut dicit propheta vbi supra. Diuicie si affluant nō. vel quādo inuste acquiruntur aut possidētur. ⁊ tercio quando indebite dispēsantur. Secunde sunt spirituales diuicie ⁊ ille consistunt in tribus. scilicet in meritis. virtutibus ⁊ gracijs. que quanto plura compamus tanto diciores erimus. Tales diuicias habuerunt sancte virgines et excellēter beata katherina tales et nos comportare per opera meritoria debemus. Secundo tales diuicie consistunt in virtutibus. sine quibus nulla sunt opera meritoria Nihil enim est nobis meritorium nisi fuerit virtutib⁹ ad ornatū. Illas autem diuicias ex nobis siue a nobis acquirere non possumus et ex propriis laboribus nisi deus operetur in nobis. Tercie diuicie spirituales sunt gracie. Has iterum nullus lucrari potest. nisi a largitore graciarum. Vnde scōm Bonauentrā. Gracia est donum dei p quā anima efficitur sponsa xp̄i ⁊ filia patris eterni. Et. j. petri. v. Deus dator omnis gracie. Est tamē homo inexcusabilis si graciam non habuerit. quia gracia gratis data per quā hō est a deo p̄uēt⁹ semper presto est liberum arbitrium excitare ⁊ commouere. Et huic cōmotioni homo poterit cōsentire. hoc est poterit facere quod in se est ⁊ sic graciam gratum facientem a deo recipere. Tercie diuicie sunt eternales. scōm illud p̄s. Gloria ⁊ diuicie in domo eius. De quibus dicit apostolus ad Ephe. iij. Bet vobis dominus diuicias glorie sue. Et prouerbioz. viij. Mecum sunt diuicie et gloria. Et. j. ad Coz. ij. Oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se nē. Has nunc diuicias possident sancte virgines cum cristo in celesti patria. Et excellēter beata katherina que supergressa est vniuersas. Hec de primo. Quantū ad secundū videndum erit de excellencia b. virginis katherine quō ipa supergrediat vniuersas ¶ Pro quo notandū q̄ bt̄a virgo katherina post virginē matiā ceteras virgines in trib⁹ ē supgressa triplici vicz merito ī quo singulariſſime placuit xp̄o spōso suo scz merito vginitatis. martirij ⁊ p̄dicationis. Ex hoc aūt triplici merito triplex sibi debet aureola. Primo aureola vginū rōe sue excellentis vginitatis q̄ pluries vt patebit impugnata suā castitatē ītactā seruare voluit soli xp̄o in hoc mundo tāq̄ singulari et amātiſſimo sp̄oso

B

De hoc legitur historia quam etiaz refert sanctus Vincencius ordinis predicatorum in quodam sermone de sancta Katherina q cum esset magni regis videlicet Costi filia. dum esset septem annorum a patre ad scolas ponitur ⁊ dum bene indolis esset liberalibus studijs traditur. Mortuo vero patre multi principes in conjugem eam habere affectabant. Quadam vero vice speculum inspexit ⁊ pulchritudinē suam considerans dixit intra se. Preter me nunc pulchriorem vidi. nullum ergo maritum accipiaz nisi sit tam pulcer. nobilis ⁊ sapiēs sicut ego. Erat autem quidam heremita sapiens iuxta ciuitatez. ad quem cristiani iudei ⁊ pagani confluebant. Ad hunc Katherina veniens prehabita narrauit. Cui ille. si vis ordinabo tibi virum nobilem pulchrum ⁊ sapientem cui similis inueniri non potest. sed timeo ne te ducat. cui illa. Rogo attente vt mihi ostēdas eū vt illū videam. Cui ille. Expecta me. Et oblata ymagine virginis filium in brachijs habentem dixit Katherine. Ille similis est illi de quo dixi. Cui katherina. Virgo virum nullum ducam nisi habuero istum. Et sic recedens nocte illa apparuit ei virgo gloriosa filium suum habens i vlnis suis. quem videns katherina dixit virgini. Date mihi hunc iuuenez. Mater filio. Accipies hāc virginem in sponsam. Et noluit sed magis renuit. Pro quo beata katherina ingemuit adeo vt a somno excitaretur. Et accedens katherina heremitam singula enarrauit illi. Et ille gauisus valde katherine dixit Et filia pdixi tibi q te nō duceret quia ei non placeres ꝫ scio fontez in quo si baptisaberis ei placebis et cepit ei predicare de passione Cristi. Tandem baptizata domum rediit iocunda. Eadem vero nocte iteruz apparuit ei in somnis virgo gloriosa cum suo dilecto filio dicens ei. Katherina vis filiū meum in sponsum. Cui illa. Volo domina. Tunc ait mater ad filium. Vis illam in sponsam. At ille. Volo. Et sic eam sibi cum annulo desponsauit. Et tunc mater cum filio disparuit. Excitata katherina annulum i digito inuenit quem in amore Cristi iugiter portauit. Ecce iam patet quomodo Cristus eam specialiter in sponsam elegit cui et ipsa suam virginitatem intactam seruauit merito ergo sibi aureola virginum debetur. Ratione secundi meriti videlicet passionis debetur sibi secunda aureola videlicet martirum qua cristus eius sponsus eaz singulariter coronauit propter multiplicia vt patet supra tormentorum genera que passa est pro fide ⁊ amore spōsi sui cristi dominiq ad mortez Tercio ratione meriti predicationis debetur sibi tercia aureola scilicet doctorum qua iterum Cristus eam specialiter coronauit eo q cuz sapientibus scilicet oratoribus disputauit et eos deuicit ⁊ ad fidem conuertit. q autem ratione istius triplicis meriti triplex sibi debeat aureola habetur per magistrum distinc. xlviij. quarti sententiarū et doctores ibidem.

De sancta katherina

¶ Diceres cur solum sunt tres aureole ⁊ non plures ⁊in quo differt aurea ab aureolis. Ad hoc dicūt breuit doctores ibidē q aurea ē premium essenciale videlicet gaudium de deo ⁊ debetur victorie ī communi. Et sicut aurea principaliter ē in anima. sic etiam aureola sed per redundanciam in corpore erit quedam decencia ⁊ fortitudo singularis representatiua aureole predicatoꝝ in ore virginibus in illa parte martiribus in cicatricibus. vel alijs partibus corporis secundum genus martirij vt statim ex aspectu corporis sciat̄ qualis quisq; martir fuerit virgo vel doctor. Est enim aureola premuim accidentale essenciali superadditum. et sc̄m bonauenturā est quidam decor in corpore vel gaudiū de tali decore ⁊ victoria. ⁊ sic totalis aureola est decor in corpore ⁊ gaudium in anima de tali decore et operiꝫ excellentis victorie pro xp̄o factis quibus sanctus talem decorem et singulare gaudiuz meruit. Aurea autem nihil aliud est q̄ premium essenciale beatorum siue beatitudo essencialis consistens in clara dei visione ⁊perfecta cum gaudio fruitione qō habent beati in deo clare sic viso ⁊ amato. per quam beatitudinem rationalis creatura perfecte ꝺiungitur deo. ⁊ dicitur corona per similitudinem quia meritū quo illud premium hic meretur fit cum quadam pugna. sc̄m illud Job. vij. Milicia ē vita hominis sup terrā. mō victorie debetur corona. Dicitur etiam corona ideo q; per hoc premiū fit homo particeps diuinitatis quodammodo ⁊ sic p hoc fit particeps regie dignitatis. sc̄z illud Apoc. v. Feciſti nos deo nostro regnum ⁊ sacerdotes. Corona autem est proprium signum regie dignitatis. ⁊ ideo essenciale p̄mium quo homo sic fit particeps deitatis ⁊quoddammodo regie potestatis dicitur corona. Etiam corona significat quandam perfectionem ratione figure suc circularis que est perfectissima figuratiū eo q nō hz̄ inicium neq; finē. Et ex hoc etiam conuenit pefectioni beatorum in patria que finem nō habet sicut corona in sui rotunditate Aureola autem dicitur coronula diminutiue et est premium accidentale vt supra. Sunt autez tres aureole ⁊ non plures. Primo ideo quia solum sunt tres vires anime scilicz rationalis cui debetur aureola confessorum. concupiscibilis cui debetur aureola virginum. Irascibilis cui debetur aureola martirū Secundo ideo quia tres sunt principales inimici anime ꝓpter quoꝝ victoriā dant̄ aureole. Pro victoria carnis dat̄ aureola virginum Pro victoria demonis] aureola cōfessorum. Et pro victoria mundi aureola martirū. De quiꝫ ī alijs sermonibꝫ meis plura diuique breuitatis gracia transeo. Dubitatur ex quodictum est q beata katherina triplici merito supgredit̄ oēs alias virgines post virginem] martam videlicet merito virginitatis. martirij ⁊ p̄dicationis. in quibus tamen excellit alias virgines merito virginitatis cum et alie virgines castissime fuerunt vsq; ad fi

nem vite sue amore sponsi sui dñi nostri Jhesu cristi vt Barbara Margaretha Dorothea Agnes ⁊c. ⁊ multe alie. Ad hoc dicendum est q̄ beata katherina iuxta thema supergressa est vniuersas, alias ī diuicijs quas acquisiuit merito virginitatis patet quia tanto est virginitas maioris meriti quanto plura habet trahencia ad inconuenienciam quibus resistit. ¶ Et talis fuit virginitas beate katherine Et hoc ostēdi potest ex quīq̄ causis, videlicet iuuentute, quia erat tunc, xviij, annorum. Pulchritudine quia erat incredibilis pulchritudinis. Habūdancia quia successit parentibus in diuicijs. Libertate et securitate quia domina suorum remansit ⁊ multiplici sollicitutiōe siue temptatione quia muneribus et terroribus agitata et pulsata. Primo dixi q̄ iuuentus eam merito trahere debuit ad carnis libidinē quia tunc erat, xviij. annorum q̄n cum cesare ⁊ oratoribus disputauit. Cū ī ā pater eius esset defunct⁹ et mater et ipsa sola domi relicta ī delicijs. Juuentus autem multis ē causa lasciuie sēm illud Ecclesiastes, xj. Adolescencia eñ ⁊ voluptas vana sunt sed iuuentus sibi nocere non potuit quia cordis maturitatem seruauit sēm illud Sapiencie, iiij. Cani sunt sensus hominis ⁊ etas senectutis vita immaculata ⁊ corpus suum castigando in seruitutem redegit. Exemplo apostoli, j. ad Cor. ix. Secundo habuit pulchritudinem quia vt dicitur in eius legēda erat incredibilis pulchritudinis ⁊ omniū oculis admirabilis videbatur. Pulchritudo autem mirabilis vt frequencius est causa ruine. Ideo statim post verba thematis puerbior̄ vltimo sequitur. Fallax gracia et vana est pulchritudo mulier timens deum ipa laudabitur. Et proverbior̄, xj. Circulus aureus ī narib⁹ suis mulier pulchra et fatua. Videmus enim q̄ pulchre maiores habent temptationes extraneas q̄ deformes, pulchritudo autez corporis exterior beate Katherine nocere non potuit, quia post baptismuz solum de pulchritudine interiori cogitauit sēz illud ps. xliij. Omnis gloria eius filie regis ab intus. ¶ Hanc autē occasionem peccati per pulchritudinem vitari voluit quidam adolescens nomine spurus de quo narrat Valerius maximus libro quarto q̄ cum essz excellentis pulchritudinis ⁊ mira specie plurimum feminarum illustriuz sollicitaret oculos ⁊ ex hoc viris earum ⁊ parentibus se suspectum sentiret oris decorem vulneribus abstulit deformitatem q̄ sue faciei magis esse voluit q̄ pulchritudinem esse irritamentum aliene libidinis. Ecce iste pulchritudinem faciei deposuit quam omnes naturaliter desiderant, et nos per contritionez nolumꝰ amouere turpitudinem faciei spiritualis que naturam deformat oculos dei ad iracundiam prouocat. Debet autem peccator facere diligenciam ad recogitādū peccata ppria, nō aliena nisi causam talibus dedisset vel aliquā culpā in talibus haberet nō fraterne arguēdo. Tercio habuit rerum habundanciam

quia patri suo qui rex erat in diui-
cijs magnis successit. Ista autem
habundancia sicut ⁊ voluptas so-
let esse multis occasio luxurie scdm
illud ps. lxxvij. Prodijt quasi ex
adipe iniquitas eorū. quia diuites
frequenter sunt in crapula que mo
F uet ad luxuriā. ¶ Vnde Bernhar.
ī parabola de ethiopissa dicit. Tria
sunt per que diabolꝰ precipue capit
animas puellarū scilicet pecunia
auro ⁊ argento. potatione vini et
choreis. Ecce quomodo virgines
tripliciter decipiuntur. Inter oīa
enim cristianorum certamina sola
duriora sunt castitatis prelia. vbi
quotidiana pugna ⁊ rara victoria
vt dicit August. in quodā sermo-
ne. Hec aūt beate Katherine noce
re non potuerunt quia habundan-
ter seruauit temperanciam. scdm
illud pruerbioꝝ. xxx. Est quasi di-
ues cum nihil habeat. ⁊ est quasi
pauper cum in diuicijs multis sit.
Quarto habuit libertatem ⁊ securi
tatem quia sui et suoꝝ dña remā-
sit. nimia autem libertas in mulie
re est periculosa. Ideo dicit Eccīa
stici. vij. Filie tibi sunt serua cor-
pus illarum ⁊ non ostendas hilarē
faciem tuam ad illas. Et in ps. vt
supra dicitur de hijs que habent li-
bertatē ⁊ securitatē. in labore hoīz
nō sūt ⁊ cū hoībꝰ nō flagellabunt̄ ꝫ
cuz quibus flagellabuntur. certe si
non penituerint cum demonibus
Ideo sequitur in ps. Ideo tenuit
eos superbia operti sunt iniquita-
te ⁊ impietate sua. Et ibidem seq̄-
tur. Prodijt quasi ex adipe ⁊c. Sz
quamuis beata katherina fuit libe
ra ⁊ secura habuit tamen dei timo
rez ideo sibi libertas ⁊ securitas no
cere non potuerunt secundum illd̄
prouerbioꝝ vltimo. Mulier timēs
deum ipsa laudabitur. Quinto pas
sa est multiplicem sollicitationē
siue temptationem. sollicitatōem
fuit muneribus ⁊ terroribus. mul-
te autem sunt virgines aut mulie
res que ad vnam horam cadunt in
luxuriam videlicet vel per munera
vel per terrores. ¶ Sed diceres quo G
modo fuit sollicitata muneribus
cum diues fuerit. Respondetur tri
pliciter. quia tirannus tria sibi pro
miserat munera scilicet diuiciarū
copiam infinitam. secundo digni
tatem maximam vt videlicet se-
cunda esset in pallario post regi-
nam. ⁊ gloriam immensam vt si
bi in foro erigiret statuā ⁊ ab om
nibus eam adorari faceret. Sz be-
ate katherine illud nocere non po-
tuit quia diuicias contempsit. dig
nitates respuit ⁊ gloriam munda-
nam abhoruit. propter quod dixit
tyranno persequenti eam. Desine
talia dicere. que nephas est etiam
cogitare. ꝙ autem terroribus fuit
impulsata patet quia comminati
onibus ⁊ tormentis. Istud autem
sibi nocere non potuit quia pro cri
sto mori non timuit. Iuxta illud
Mathei. x. Nolite timere eos qui
occidunt corpus ⁊ post non habēt
amplius quid faciant. sed pocius
eum timete qui potest corpus ⁊ ani
mam perdere ⁊ mittere in gehen-
nam. Ex hijs patet quomodo be-
ata virgo Katherina supergressa
est vniuersas. Alias virgines in v̄
ginitate. que enim virgo tot rem-
ptatiōibus habuit. ⁊ vbi nuncinus

niretur virgo que in tot temptationibus staret habens tales carnis temptationes quintuplices ⁊ grauissimas. De nulla etiam virgine legitur que sic fuisset iuuenis. pulchra. habundans. libera ⁊ secura. Et cum hoc multipliciter muneribus ⁊ terroribus temptata. Recipiant ergo omnes virgines exem̄ in hac p̄clara virgine ne cadant in carnis temptationes. ⁊ si temptāt̄ vt resistant fortiter sicut fecit sancta katherina. Ideo deberent omnes virgines ⁊ vidue ymmo ⁊ maritate temptate ad luxuriā implorare auxilium beate virginis Katherine. quod vtiq; esset efficacissimum sicut ipsa in sua passione a sponso suo hoc īpetrauit. Dubitat̄ scd̄o quō beata virgo katherina alias virgines supergredit̄ siue excellit officio predicationis cuz tñ inhibitū sit mulieribus predicare vt dicit apl's. j. Cor. xiiij. Mulieres in ecclesijs taceant. ¶ Ad hoc dicendū est ꝙ licet inhibitum sit mulierib⁹ officium p̄dicationis vt habet̄ in canone. xvj. q. j. addicimus. ⁊ dis. xxiij. mulier. Quibusdam tñ a spiritu sancto fuit hoc ꝯcessum ex quadam p̄rogatiua gr̄e singularis. Et dicit glo. p̄dicti capl'i mulier super verbo nō presummat. Hoc em̄ sacerdotale est officiū. Et notanter dicit textus capl'i. Mulier viros scz docere nō p̄summat. ⁊. xxxiii. q. v. c. mulierem dr̄ masculos. Beata ergo katherina v̄bū dei p̄dicauit ex singulari p̄rogatiua. ⁊ multos ab errore conuertit. Et quātū ad hoc supergressa est vniuersas. Diceres tamen etiam alie virgīes ⁊ mulieres p̄dicauer̄t ex singulari p̄rogatiua ⁊ gr̄a spūsscti. sicut Maria magdalena Martha Barbara et sic de alijs quomodo tunc katherina in hoc officio supergressa est vniuersas Respōdet̄ ꝙ licz alie etiam predicauerunt tamen omnes supergreditur katherina post virginem Mariam. Alie enim conuertebant homines populares. hec reginam ⁊ principem sicut vxorem Maxencij imperatoris ⁊ porphirium principem milicie. Alie conuertebant simplices ⁊ illitteratos. hec autem conuertebat quinquāginta rethores ⁊ philozophos ex varijs p̄uīcijs vocatos ⁊ electos. Alie erāt contente simplici eruditione. Hec autem per varias conclusiones sylogismoꝝ allegorice. methaphorice et mistice cū cesare ⁊ oratoribus p̄dictis disputauit ⁊ illos conclusit. Alie in predicando habuerunt sapienciā infusaz. hec aūt vltra hoc habuit scienciā acquisitā in septē artibus liberalibus ⁊ maximaz cū hoc habuit eloquenciā. ꝓpterea dixit īperator oratoriib⁹. Est apud nos puella spūsancto ⁊ prudencia incōpabilis. Similiter dixit katherine Audiuim⁹ tuā eloquenciā ⁊ mirati sum⁹ tuā prudenciā. Ip̄a em̄ habuit magnā ꝯstanciā dicens. Fac quecunq; aīo ꝯcepisti paratā enim me vides ad oīa sustinēndū. sic et dixerūt rethores. Null⁹ añ nos vnq̄ stare potuit quin a nobis vinceret̄. hec aūt puella sic nos vicit vt ꝯtra eā aliquid dicere aut oīno nescimus aut peuitus formidamus. Ecce quō b. v̄go katherina officio p̄dicationis alias v̄gines precellit.

J ¶Dubitur tercio quō beata virgo Katherina supergredieur vniuersas merito martirij. Respondet ꝙ multipliciter. nā alie vnū vl' duo genera martirij passe sunt. hec aūt quintuplex genus martirij passa ē vt patet infra quia fuit quintupliciter punita vicz scorpionibus flagellata ß in remediū ab angelis celesti vnctione vncta fuit in carcere Sic flagellata ⁊ lacerata in obscuro carcere clausa ß in remediū celesti luce ꝑfusa ⁊ a xp̄o visitata. Fame cruciata. xij. dieb⁹ sine victu in carcere sed columba cibū deferente nutrita. Su ꝑ rotas horribiles extensa. ß ab angelo rota destructa multitudine gentiliū interfecta. demū decollata ß ab angelis in montem sinay deportata. Sed ꝯtra acerbitatem haꝝ penaꝝ habuit quintuplex adiutoriū siue quinq; adiutoria diuinaꝝ ꝯsolationū supra dicta ¶Dubitat quarto ex quo beata katherina tantū ē perpessa martiri
K um in quo tñ eius martiriū ē priuilegiatū siue honoratū. Respondet ꝙ in trib⁹ vicz qꝛ habuit honorabile obsequium angelorum per spacium vigīti dieꝝ. Honorabile sepulchrum in monte sinay angelicis manibus p̄paratū. Gloriosum miraculū qꝛ oleū stillauit de eius corpe. De primo patet qꝛ angeli ꝯsueuerūt deferre aīas. ß in b. katherina detulerunt eius corpus. ymmo sic sibi obsequio fuerunt ꝙ in vita sua sibi obsequiū p̄buerūt sicut cū angel⁹ in ꝯflictu cū rethorib⁹ ip̄am ꝯfortauit. ⁊ in martirio suo dū ei⁹ plagas punxit. ⁊ post mortē dū multitudo angeloꝝ eius corp⁹ ad mōtez sinay ꝑduxerunt. De scd̄o ꝙ habuit honorabile sepulchrum patet q̄a in monte sinay sepultū ē corpus ꝙ fuit signū magne amicicie ⁊ sapiēcie cū deo vt ibi sepeliret vbi deus legem dedit Moysi ⁊ cum eo familiariter vt cū amico locutus ē. Et ibi Moyses q̄dragīta dieb⁹ ieiunauit. De tercio ꝙ habuit miraculuz gl̄iosum qꝛ de eius corpe oleū emanauit significando ꝙ ipsa pia et misericors extitit quia per oleū misericordia significat. Oleū cm̄ habet virtutē penetratiuā. sic ei⁹ cor miseria pauperum penetrauit. oleum etiam sup̄natat omnib⁹ liquoribus. ita misericordia animaz ad dei similitudinem eleuat ⁊ sibi preceteris virtutibus assimilat luc̄ vj Estote misericordes sicut ⁊ pater vester miseritors est. sic b. virgo katherina suis dilectis se inuocātib⁹ misericordiam impendit. ¶Qd̄ bene declarat Petrus rauēnas in li. L
gestoꝝ notabiliū de beato Sabīo Mediolaneñ. ep̄o qui katherinam a iuuentute sibi sponsam elegit. et post virginē mariā deuote sibi seruiuit. vnde cū ad terram sanctam cum abbate cassino theodorico de monte ꝓfectus ad tumbam sancte katherine ꝓcesserunt adiunctis sibi duobus capellanis. sex militibus. et famulis trigīta. in pede montis crudelissimum ducem sarracenum obuiam habuerunt qui eos detinuit nec ascendere montē vt petebāt permisit. sed lingua. naribus. auribus ⁊ summitatibus digitorum ⁊ pedum amputatis. ⁊ membra iussit vt igne cremarentur ⁊ sic semiuiui in montē vehetent dicēs. Vi

debo quid valeat sepulchri huius visitacio. Et adiecit. Cum vobis membra renascentur quod impossibile est fidei vestre adherebo. et sic iussit illos in animalibus ad sepulchrum deduci vbi mox abbas moritur Sabino orante sicut potuit. Crica medium noctis vero mons sinay totus contremuit tantusque pauor ducem inuasit vt inde effugere vellent sed non potuerunt. lux tunc desuper venit vt dies putaretur per trium horarum spacium vt non solum vicini sed etiam sarraceni in remotis locis constituti hora eadem vigilantes diem clarum cerdiderunt fore factum et sinay montem in solem conuersum estimabant. et ecce beata katherina de sepulchro processit et membra truncata sabini episcopi inunxit et statim pristine sanitati sunt restituta. Inde sabinus plenus gaudio pedibus eius se aduoluit. Cui ipsa ait. Christus sponsus meus paratus est me honorantes honorare. mane offer sibi sacrificium. et de oleo quod sudat de sepulchro meo singula membra abbatis perunges et pristine restituetur sanitati et apprehendens eius dexteram preciosum annulum digito eius imposuit et cartulam tres rigas habentem. Prima. Sabine hec lrefunt signa inter me et te perpetue dilectionis. Secunda. Fecit tibi meritum ingens dolor. faciet tibi gaudium vehemens amor. Tercia. Ducem baptizabis sanus ad propria remeabis sicque decennio laudabiliter expleto mecum eris in celesti pallacio. quod factum est. vnde et hec carta cum annulo hodie cernuntur in mediolano. prefatus autem dux mane ascendens montem inuenit episcopum celebrantem et obstupuit. et post vnctionem abbatis omnibus videntibus reuixit omnibus membris integre. quo viso dux cum multis compungitur et ab episcopo baptizatur. Et quia sine heredibus erat terram suam vendidit et magnam substanciam fratribus in monte sinay distribuit. rome profectus in monte cassino factus est monachus beate vsque ad finem vixit. et monasterium virginum quod aula dicitur fundauit de suis facultatibus sufficienter. Aliud exemplum de monacho rothomagensi qui ad eius sepulchrum venit et septem annis in eius seruicio mansit. et orationibus suis vnum artirulum de manu eius impetrauit in cuius morte katherina affuit. et videntibus fratribus animam eius choris angelorum sociauit. Aliud exemplum cuiusdam adolescentis sibi deuote singulis diebus mane ecclesiam in beate katherine honore consecratam visitantis vxorem vicinam partui spum zelotopie sibi manus inicientem quod aliam accederet ad preces ipsius suscitauit. Item paruulum filium regis anglie timore sui magistri de ponte cadentem ad clamorem prefati magistri. O domina katherina suscipe et tuere eum sub vndis per diem naturalem tanquam in domo conseruauit illesum. Item de sacerdote traiectensi qui in festo katherine faciebat solemnitatem et conuiuium cuius cameram infregerunt fures tempore diuinorum qui acrisia percussi ianuam egredi non potuerunt et abscisum caput canis contra eos latrauit. donec familia et sacerdos venientes fures deprehenderunt. Ecce quanti meriti est beata virgo katherina. ¶ Hanc autem virginem katherinam deus mirabiliter glorificauit in vita. in morte et post mortem. in vita cum sapientissimos doctores edocuit de

vno deo vero colendo Jhesu cristo et eos conuicit ⁊ ad passionē vna cū Porphirio principe ⁊ regina perduxit vt patet supra. In morte nā alijs sanctis legitur xp̄s apparuisse ⁊ ip̄os vocasse vt Johannē euangelistam. Alij leguntur oleū sudasse. vt Nicolans. Walpurgis. Alij in passione lac pro sanguine fudisse vt Paulus. Alijs legit̄ sepulchrum p̄paratū angelicis manibus vt clementi in mari. Alij legunt̄ in suis peticionibus exauditi etiā pro inimicis vt Stephanus. Sed hec oīa fuisse in beatissima virgine katherina testat̄ eius legenda. eius etiā sepulchrum ⁊ monasteria ibidē cōstructa tricentoꝝ monachoꝝ fertur Soldanus ⁊ alij sarraceni multū honorare ⁊ personis ibi seruientib⁹ largiter prouidere. precipue hijs q̄ habitant sub montesinay in monasterio. sub quo sunt alij. xij. fratres per girum ecclesie in monte in cellis habitantes. Post mortē etiam deus eā glorificauit q̄ triplici aureola vicz martirū. doctorū ⁊ virginū eā ornauit. Fuit etiā v̄go. xviij annorū cū Maxenciū ⁊ alios ydolatras arguit ⁊ ꝯclusit. Fuit etiam doctrix illoꝝ quos conclusit ⁊ tandē martir effecta omnia tormētoꝝ genera ꝓpter cristum pro nihilo reputauit ⁊ totam vitam suam deo dicauit. vnde benemerito nō soluz corporis ⁊ anime ꝯmunibus dotibus beatorum deus eam glorificauit sed ⁊ pluribus gracijs ⁊ priuilegijs eam magnificauit in vita. in morte ⁊ post mortem vt audistis vbi iam vltra multos sancios tribus aureolis resplendet in celis.

Ipsam ergo hodie deuote imploremus vt deum oret ꝑ nostris reatibus. quia si deus eā exaudiuit hic in terris quando non clare cognouit defect⁹ nostros quanto magis illam nunc exaudit in celis cū clare omnes defectus ⁊ etiam necessitates se implorancium cognoscit. ⁊ maiori caritate sponso suo dn̄o Jhesu cristo iuncta conregnat per infinita secula Amen.

Sermo de sancta Barbara. cvij Wann. xxiij.

Quesiui mihi eam sponsaz assummere ⁊ amator factus sum forme illius Sapīe. viij. In hijs v̄bis salomon ostēdit quantū habuerit desideriū et affectionem ad sapienciā inueniendā. quantū etiaz habuerit amorez ad eā nunc inuētam adeo. quia dilexit eā tāq̄ spōsam. Possunt autem hec v̄ba conuenienter recitari ad laudem gloriose virginis Barbare vt per ea detur intelligi quantū desideriū assūmendi eā in sponsam habuerit dei filius dicens. Quesiui ⁊c. Ac si diceret. Ex multis illam specialiter q̄siui mihi assummere in sponsam ꝓpter ornatum morū ⁊ vite illius. ⁊ hoc est qd̄ sequit̄. ⁊ amator factus sum forme illius. nō vtiq̄ forme siue pulchritudinis exterioris. q̄ vana est ⁊ transitoria ⁊ multis laq̄um prestat eterne damnationis. ꝫ forme interioris in anima que est in ornatu virtutum. Quia omnis gloria filie regis ab intus. vt audistis supra in festo katherine ⁊ alijs festiuitatibus virginum ⁊ beate v̄

ginis. Ideo ratione interioris pulchritudinis dominus quesiuit ⁊ assumpsit sibi in sponsam beatã Barbaram ⁊ factus est amator forme illius. Pro gracia Aue Maria.

Quesiui mihi eaz sponsam ⁊c. vbi supra. In quib⁹ verbis duo nobis insinuantur pro laude virginis Beate ⁊ martiris Barbare. Primo ipius spõsi dignitas ⁊ desiderium ad sponsam suam beatam Barbaraz et perconsequens ad quamlibz animam virtutibus ornatam. dignitas quia deus. ego scilicet deus. desiderium quesiui mihi eam sponsam. Secundo insinuatur inter sponsum ⁊ sponsam singularis amicicia ⁊ caritas cum subiungitur Et amator factus sum forme illi⁹

A ¶Circa primum cum dicitur quesiui eam mihi sponsam. Est notandum sicut sponsus naturaliter desiderat sponsam propter prolem. ita dei filius desiderauit beatam Barbaram in sponsam propter prolez Proles autem propter quam Cristus desiderauit sponsam suam nichil aliud est q̃ opus meritorium. Desiderauit ergo Cristus spõsam suam quia sciuit multiplicem prolem ex ea genituram. id est habundanter opera bona per eam perfici. Ideo merito eam desiderauit tã q̃ arborem fructiferam. De hac prole etiam ait saluator. Matthei. vij. Omnis arbor bona facit fructum bonum. Diui notanter sicut sponsus naturaliter desiderat sponsam propter prolem. Ita enim ait philozophus secundo de anima. q̃ naturalissimum operum in viuentibus est generare sibi simile. licet cõtraria intentione ⁊ peruersa ⁊ quã doq̃ per volupcatem carnis extracta ratione plures sibi sponsas querunt non propter prolem sed propter delectationẽ. ¶Et timeo qđ B dolendum est q̃ illorum sit maior pars non attendentes triplex bonum matrimonij scilicet fidem prolem ⁊ sacramentum. vt dicit magister in quarto sententiarum disti. xxxj. Et subdit ibidem. ⁊ sunt verba Augustini. In fide attenditur ne post vinculum coniugale cum alio vel cum alia cocatur. In prole vt amanter susapiat ⁊ religiose educatur. In sacramento vt coniugium non separetur ⁊ dimissus vel dimissa nec causa prolis alteri coniungatur. possunt tamen vt magister ait separari corporaliter causa fornicationis vel causa religionis ex communi consensu sed non sacramentaliter si sunt persone legittime coniuncte quia adhuc semper manet vinculum coniugale inter eos. Ex illis patz q̃ si quis ducit vxorem solum causa delectationis non causa prolis aut vitande fornicationis non tãq̃ sponsam sed tanq̃ meritricem eam desiderat. Secundo patet q̃ cristus dominus in sua sponsa beata Barbara inuenit spiritualiter oĩa tria bona matrimonij p̃dicta. fidẽ q̃ nunq̃ p⁹ fidẽ susceptam ad ydola aut creaturã fidẽ quertit ⁊ opib⁹ eam ornauit. Prolẽ q̃ multa opa bona sponso suo valde placencia perfecit in prosperis ⁊ in aduersis. vt docet eius legenda. Sacramentum quia vinculum fidei promisse ⁊ ꝯiugij cũ cristo vsq̃ ad mortẽ nõ

irritauit et post mortem eternaliter sibi in celestibus ꝯiuncta manet. ¶ Scdo notandū ꝙ xp̄us dn̄s sponsam suā quesiuit non in loco carnalis voluptatis qꝛ locꝰ ille lutosus ē. Nō decet aūt regē regū in luto recumbere. quieuit aūt in arto presepio. qui ergo vult vt xp̄s dn̄s aīam eiꝰ assummat in sponsaz vadat ad presepiū arte pnīe ⁊ asperitatis. ille em̄ est locus ꝯgruꝰ tanti sponsi. considera matrē sponsi cuiꝰ purissima virginitas abhorret ꝓstibulum voluptatis ꝫ non abhorret eius ꝓfundissima hūilitas stabulū paupertatis putas aūt ꝙ filius dimittat matrē suā solā in stabulo ⁊ veniat tecū iacere in ꝓstibulo absit Scdo xp̄s sponsus uō quesiuit spōsam suā in foro mundane negotiationis vbi ē ꝯcupiscencia oculoꝝ id est cupiditas terrenoꝝ. Sed ī cubiculo deuote orōis patet quia non est negociator terrenorū sed aīaꝝ qui vult ergo aīam suā xp̄o despōsare videat vt mundat domū conscienciē sue ꝑ ꝯtemptū terrenorum Cañ. iij. Per vicos ⁊ plateas quesiui ⁊c. et nō inueni. Et sequit̄. Pꝰ paululū cū ꝑtraussissem scz tumultū mundi inueni quem diligit aīa mea. Tercio xp̄s nō querit spōsaz suā ī comitatu pompe secularis sz in tēplo vbi ē domꝰ orōis. patz ex illo p̄s. Audi filia ⁊ inclina aurem tuā. Et sequit̄. Et obliuiscere populū tuū. Ideo dicit saluator Mathei. v. Tu aūt cuz oraueris intra cubiculū tuū ⁊ clauso ostio ora patrē tuū in abscōdito ⁊ reddet tibi. Sicut em̄ xp̄s dū a maria quereret̄ nō ē inuentus in foro vel seclari pōpa sz in templo docēs luce. ij. Ita nec vult querere sponsaz suā ī publico vel in mundano ꝯuētu sz in tēplo hoc ē in ꝯscīa pura. Ex ill̄ patet ꝙ xp̄s dn̄s nō querit sponsaz suam in loco vbi fetet ꝯcupiscēcia carnis sz in arto pnīe p̄sepio. nō in foro vbi feruet ꝯcupīa occulorū sz in secreto cōscīe. nec in comitatu vbi regnat supbia vite sed in scola humilitatis in templo vicz materiali et spirituali. Ex quo infert̄ ꝙ dn̄s in triplici loco querit sponsaz suā vicz in pnīa. in pura ꝯsciencia. ⁊ ī templo. Quecūqꝫ ergo aīa vult desponsari xp̄o spōso dignissimo viuat in castitate nō in voluptate. ī ꝯscīe puritate. nō tp̄aliū rerum cupiditate. et hūilitate. nō in tumore superbie. Hoc vtiqꝫ fecit beata v̄go et martir Barbara que nō mānsit in luto ꝯcupīe carnalis qꝛ pr̄e eam volente desponsare potenti respuit carnale ꝯiugiū. Nō inhabitauit in foro siue in publico sz reclusa in turri. nō vixit in fastu supbie sz in hūilitate qꝛ magis hūilitate voluit ꝑ xp̄o ꝯfusiones et v̄bera sustinere q̄ꝫ in supbia diabolo militare ¶ Ideo dignissimus sponsus xp̄us dn̄s. ymmo non solum dei filius sz et deus pater et deus spiritussanciꝰ ip̄am in sponsam assumpsit. sicut ip̄a misteriū trinitatis sponsi sui in misterio trium fenestrarum in turri represeutauit. Ecce alloquitur beatā Barbarā. d̄s pater dicēs Quesiui mihi eā spōsam assummere. Dicit ad eā d̄s filiꝰ. Quesiui mihi eā spōsaz assummere. et d̄s spūsstūs. dicit. Quesiui mihi ⁊c. Pr̄ vt ostēdat in ea suā potenciā quia di

sacerdotibus. Primuz ꝙ grauiter peccant sacerdotes raro celebrãtes. Racio quia scdm Greg. cũ crescũt dona crescunt ⁊ rationes donoruz. ideo cũ sacerdoti sit data potestas nobilissima ꝯficiẽdi corpus xp̃i verũ in missa reus negligencie erit et imputabit̃ sibi ad culpam. nisi illa vtat̃ ⁊ missam legat ad honorem dei ⁊ salutẽ suã ⁊ alioꝝ viuorum ⁊ mortuorũ. scdm illud. j. petri. iiij. Vnusquisq; sicut accepit graciã in alterutrũ illam administrantes. Ideo sacerdotibus p̃ceptum est. j. Coꝝ. xj. Hoc facite in meaz ꝯmemorationem. Dicunt em̃ doctores vbi supra ꝙ quilibet sacerdos tenetur celebrare missam etiã si nõ habet beneficiũ in precipuis festiuitatibus ⁊ maxime illis diebus in quibus fideles communicare cõsueuerunt scz natiuitatis. pasce. penthecosten ⁊c̃. Scdm documentũ ꝙ sacerdos peccat mortalit̃ si extra casum necessitatis celebrat in profunda nocte excepta nocte natiuitatis xp̃i vt in. c. nocte sancta. de conse. dist. j. Terciũ documentũ ꝙ sacerdos peccat mortaliter qui celebrat in pura aqua aut puro vino sciẽter vt ĩ c. d̃ ꝯsec̃. j. dist. ij ⁊ ĩ. c. cũ marthe. ⁊ in. c. in quadã. de cele. mis. Similiter peccat mortaliter sacerdos qui nõ ieiunus celebrat. vt in c. nihil. vij. q. j. vbi dicit̃. Nullus post cibũ potũq; quantumlibet minimũ sumptũ missas facere p̃summat. si quis autem p̃sumpserit excommunicationis sentenciam sustinebit. Quartuz documentũ peccat sacerdos qui nõ celebrat missaz diei solenni congruentem. qꝛ scdz congruenciã dierum missarum solennia sunt celebranda vt in. c. quidam. ⁊. c. cũ creatura. de cele. mis. Qui em̃ transgredit̃ constitutionẽ eccĩe approbatam peccat mortalit̃ vt in. c. quicunq;. ix. dist. Quartuz sacerdos quociensc unq; celebrat dz totum sumere nisi impediat̃ per violenciam vel per infirmitatez aut mortem. quia dicit xp̃us apostolis ⁊ sacerdotibus Math. xxvj. Accipite ⁊ comedite. Ideo in. c. relatũ de conse. dist. ij. reprobat̃ error eoꝝ qui volebant consecrare corpus cristi ⁊ non summere. Hoc etiã ẽ cõtra sacerdotes qui celebrant siccas missas pro vt vidi in stiria in cellis Marie. ¶ Quid autem si apparerz corpꝰ xp̃i miraculose sub specie pueri aut carnis dicit Ihero. ꝙ sacerdos nõ debz sumere. Nec ꝓpter hoc est transgressor p̃cepti quia ea que miraculose fiunt nõ subdunt̃ legi. Consulit tamen sctũs Tho. in. iiij dist. xij. ꝙ sacerdos in tali casu iterato celebret ⁊ corpus ⁊ sanguinem sub alienis speciebus summat. Tercio sacerdotes debent testimoniuz perhibere xp̃o dispẽsatiõe sua pauperibus largiter impendendo. q̃a dicit Ihero. in. c. qm̃ quicq̃d. xvj. q. j. Quicquid habent clerici vltra necessitatem suam totum pauperũ est. ⁊ domus illorum omnibꝰ pauperibus. peregrinis ⁊ hospitibus debẽt esse cõmunes ⁊ aperte vt in. c. quiescamus. xlij. dist. ⁊ in. c. si cupis. xvj. q. j. Nunc ꝯmuniter sunt clause ⁊ nulli pauperi patent. Ido specialiter eis dicet̃ in districto iudicio illud Math. xxv. E suriui et non dedistis mihi manducare ⁊c̃.

Quare sp attendāt illud .j. Joh. iij
Qui habuerīt substanciā huiꝰ mdi
⁊ viderint fratres suos necessitatē
pacites ⁊ claudūt viscera pietatis
ab eis quō manet caritas. deiī illis
q. d. nullo mō. Nūc in scdo articu
lo dicet quō ⁊ qualiter layci ⁊ alij
fideles debeāt sacerdotibꝰ testimo
niū ꝑhibere. Ad cuius euidenciam
nota ꝙ tales tenent testimoniū ꝑ
hibere sacerdotibꝰ tripliciter scz ho
noratiōe. obeditiōe ⁊ retributione
Primo honoratione. sacerdotes nā
q̄ sp fuerūt in magno honore apd
oēs ideo ꝑ seculares oēs summe ho
R norari debent. ¶ Et hoc ꝓpter sex
rōes scz rōe ꝯsecrationis. rōe platio
nis. rōe filiationis. rōe fructificati
onis. rōe exemplificationis ⁊ rōe
vigorationis. Primo sacerdotes
oēs sunt honorādi rōe ꝯsecratiōis.
Nā quilibet sacerdos vltra laycuz
adminꝰ sepcies ad specialē dei cultū
est ꝯsecratꝰ. nā ordines sunt septez
in quibꝰ quilibet sacerdos speciali
ter ꝯsecrat. et in ꝯsecratiōe qualibz
inprimit sibi specialis caracter in
aīa. ⁊ sic vltra laicū hz septē cara
cteres aīe sue impssos indelibiles ꝑ
quos in futuro iudicio et in eterna
patria aut in inferno ab alijs cog
noscet in quo ordīe fuerit. q̄ signa
cula ei cedent in magnū gaudium
si saluabit. ⁊ in maximū tormētuz
si dampnabit. Cōsequēter sacerdos
in quolibet ordine recipit specialem
grām sacralem quaꝝ vna ē ꝑfecti
or alia scdm gradus ordinis qꝛ in
quolibet deputat ad specialē actū
diuinū ad quē grā exigit specialis
Si igit locus sacer vt cimiterium
eccīa. altare ⁊ sacra vasa. puta ca
lix. capsa. eucharistie ⁊ vestes sacre
vt corꝑale. palle. indumenta sacer
dotalia ⁊ huiusmodi sunt reueren
ter tractanda. que tñ oīa sunt irra
tionabilia cur rōnalis sacerdos se
pcies sacratꝰ deo nō plus esset ho
norandus. Itē si layco nō licet ꝑdi
cta vasa sacra ⁊ vestes sacras puta
corꝑale tangere quātominus ei li
cet sacerdotē qui manibꝰ suis eucha
ristiā ꝯsecrat ⁊ tractat ledere. Idō
eccīa statuit rōnabilit oēs illos ex
cōicatos maiori excōicatiōe q̄ ma
nus violentas in clericos iniciunt
vt habet ī. c. si quis suadēte. xvij.
q. iiij. Scdo sunt honorādi rōe ꝑ
lationis ⁊ ꝓpter status altitudinē
¶ Sunt em in altissimo statu ꝯsti L
tuti quia sacerdotalis dignitas ex
cedit oīm regumpocenciā vt in. c.
duo sunt. xcvj. di. et ē b. Ambro.
in prīcipio sui pastoralis. vbi ostē
dit ꝙ aurū nō tā preciosius sit plū
bo q̄ regia potestate altior ordo
sacerdotalis. ⁊ in. c. solite. de ma.
et obe. dr. Quāta est inter solē ⁊ lu
nā tanta est inter pontifices et re
ges differencia. Et Greg. in. c. sa
cerdotibus. xj. q. j. ad Mauricium
impatorē scribens ita dicit. Sacer
dotibus nō ex terrena potestate ī
perator cicius indignet sed excellē
ti ꝯsideratione ꝓpter eū cuiꝰ serui
sunt idē dei debitā reuerēciā īpēdat
Nā in diuinis eloquijs sacerdotes
aliqñ dij aliqñ angeli. aliqñ reges
vocant. nā ad Moysen de eo qui
ad iuramentū ducendꝰ est dr Ex
odi. ij. Applica illū ad deos id ē ad
sacerdotes. Et rursus ibidem dr.
Dijs nō detrahes id ē sacerdotibus
Angeli dicunt Malachi. ij. Labia

sacerdotis ⁊c. quia angelus dñi exercituum est. Reges vocant per beatum Petrū .j. petri .ij. Vos estis genus electū regale sacerdocium gens sancta ⁊c. Jho b. Jhero. in quadā epla. ⁊ habet ī .c. duo sē genera. xij. q. j. loquens de sacerdotibus sic ait. Hij nanq; sunt reges se aliosq; suis virtutibus regentes et ita in deo regnū habent. ⁊ hoc designat corona ī capite. Hanc coronam habent ab institutione romane ecclesie in signum regni qđ ī ypo expectat. Quare beatus Grego. vbi supra ita concludit. Quid igitur mirum si pietas vestra illos dignetur honorare quibus deus in suo eloquio honorem tribuens eos angelos aut deos appellat. si ergo propter excellentem statum sacerdotalem imperatores ⁊ reges tenētur sacerdotes honorare merito laici inferiores debent eos summo honore venerari. Sed tamen de hac gloria non debet se sacerdos extollere iuxta illd ecclīastici. xxxij. Rectorez te posuerūt noli extolli. esto in illis quasi vnus ex eis. hoc ē cōtra plures sacerdotes qui talem statum sine honore accipiunt ⁊ letantur cum ad sacerdocium ascendunt Audiant illi Jheroni. super ezech. Grandis dignitas sacerdotum ꝑ grandis ruina si letantur ad ascensum glorie. ideo timeamus lapsuz quia non soluz pro nostris delictis reddemus rationez sed pro omniū peccatis quorum vtimur donis. et Augusti. in .c. omnia. xl. dist. Nihil apud deum tristius miserabilius ⁊ damnabilius episcopi ꝑspiteri aut diacon dignitate si perfunctorie atq; adulatorie res agatur ⁊ econtrario nihil beacius si eo modo militetur quo imperator noster iubet ypus. ¶ Tercio sunt honorādi ratione filiationis. Honora īquit deus patrem tuum. Exod. xx. et Matth. xv. sed sacerdotes sūt oīm fidelium patres ergo summe honorandi ꝑsequencia nota ⁊ maior q; preceptum dñi est vbi supra. minor probatur per beatū Grego in .c. qs dubitet. xcvj. dist. vbi dicit. Quis dubitet sacerdotes ypi regū ⁊ principum omniumq; fidelium patres et magistros censeri. nonne ergo miserabilis insanie esse cognoscit si filius patrē discipulus magistrū sibi conet subiugare ⁊ iniquis obligationibus illū sue potestati subicere a quo credit non solum in terra sed etiam in celis se ligari posse et solui. Quarto sunt honorandi ratione fructificationis quia sunt vtilissima mēbra ecclesie multiplices fructus fidelibus afferētes. Primo ex eo quia nullus ypianus rite efficitur necessitate excepta nisi per sacerdotem in baptismo. Secdo ido quia nullus ī ypi militem ꝑficit nisi per sacerdotem videlicet epm in confirmatione. Tercio nulli peccatum dimittitur ab aliquo p deum nisi per sacerdotē. Quarto oēs anime fame perirent si nullus sacerdos eucharistiam ꝑficeret. Quis enim in mortis articulo infirmus sacramento eucharistie ⁊ extreme vnctōis premuniret si sacerdos nō esset. Quinto quis fructuosius matrimonium ꝓtrahere ⁊ in ipo benedici potest nisi per sacerdotez. Sexto quis salubrius peccatoribus in

seculo et animabus in purgatorio subueniret si sacerdos nos esset. cũ eis melius subueniri non possit q̃ per eucharistiam in missa oblataz Ideo dicit Alexander papa in .c. nihil. de consecra. dist. ij. Nihil in sacrificijs maius esse potest q̃ corpus ⁊ sanguis Cristi. nec vlla oblatio hac pocior est. sed omnes hec precellit. Propter illas ergo vtilitates ⁊ fructꝰ sacerdos merito ab oĩbus fidelibus est honorandus. Timeant ergo sibi et confundantur. qui tanq̃ heretici dicunt. Si nullꝰ sacerdos esset adhuc viuere vellemꝰ in catholica fide. Quomodo enim verum esset euangelium ⁊ verba Cristi qui dixit Mathei vltimo. Ego vobiscum sum omnibus diebus vsq̃ ad consumationem seculi. Non autem loquebatur de sola diuinitate quia nullus fidelium dubitat secundum diuinitatem ipsuz esse vbiq̃. sed dixit. Ego scilicet deus ⁊ homo ⁊c. Hoc autem quomodo verum esset si sacerdos missam non celebrarz vbi enim Cristus esset nobiscum scd̃m humanitatem. nisi sub speciebus panis ⁊ vini ⁊c. Aduertat hoc inimicus cleri ⁊ scias te si hoc sentis pocius hereticuz q̃ xp̃ianum fore. Quinto sunt honorãdi ratione exemplificationis Summant obsecro minores exempla maioris sicut poeta dicit. A boue maiori discat arare minor. Primo summamus exemplum a Cristo Jhesu domino nostro qui sacerdotes etiam malos honorauit. Nam cum decem leprosos mũdasset dixit eis. Jte ostendite vos sacerdotibus. Luce. xvj. Audi Cyprianũ in .c. dominus noster. xciij dist. dicentem. Dominꝰ noster ihesus cristus rex iudex ⁊ deus noster vsq̃ ad passionis diez seruauit honorem pontificibus ⁊ sacerdotibꝰ quamuis illi nec timorem dei nec agnitionem Cristi seruassent. Naz cum leprosum mundasset dixit illi Vade ostende te sacerdoti. ⁊ offer donum vt habetur Mathei. viij. Sacerdotem adhuc appellat quez sciebat esse sacrilegum. Item subditus passiõi cum alapam accepisset et ei dicererur. Sic respõdes põtifici nihil ille contumeliose locutꝰ est in personam pontificis. sed sic magis defensauit innocenciam suam dicens. Si male locutus suz ex probra me de malo si autem bene cur me cedis. Docuit enim cristus sacerdotes veros legittime ⁊ plene honorari dum circa falsos sacerdotes ipse talia extitit. ¶ Sequamur scd̃o exempla imperatoruz ⁊ regũ paganorum ⁊ xp̃ianorum qui sacerdotes maxime venerati sunt. Legitur enim de alexandro magno. q̃ dum Jherusalem pergeret ⁊ summum sacerdotem pontificalibus ĩdutum ornatumq̃ vidisset mox de equo descendens illum protinꝰ adorauit. qui cum a suis militibus super hoc argueretur dixit. Hunc mihi vt deum nocte hac summa pietas demonstrauit. Simile legit̃ de Attila honorum rege crudelissimo qui cum ytaliam deuastaret Leo sanctissimus papa primus huius nominis filijs spiritualibus. timens per seipsum regem accessit et cuncta que optauerat obtinens Non solum romane vrbis. sed

etiam tocius ytalie salutem reportauit. Recedente autem pontifice interrogatus Attila a suis cur vltra morem solitum tantam reuerēciam romano pontifici exhibuisset cur ad omnia que non petisset modo sed etiam imperasset obtemperauerit. Respondisse fertur. Nō ego eius personam qui aduenit honoraui. sed iuxta ipsum stantem alium virum in sacerdotali habitu mihi euaginato gladio terribiliter mortem minantem nisi cuncta que ille petebat explessem. qui creditur fuisse sanctus petrus apostolus. Item est aliud exemplum pagani. principes qui verum deum nescientes deos ligneos ⁊ lapideos colebant et tamen eorū sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum dicit Gregorius in dicto. c. sacerdotibus si cristianus imperator veri dei sacerdotes honoret dum vt prediximus pagani principes honorem impenderunt eorū sacerdotibus qui dijs ligneis et lapideis seruierunt. Aliud exemplum vide de cristianissimo imperatore constantino in. c. in scripturis. xcvj. dist. vbi sic habetur. In scripturis narratur Cōstantinum imperatorem dixisse. Vere si proprijs occulis vidissem sacerdotem dei aut aliquem eorū qui monachico habitu circumamicti sunt peccantem clamidem meam expoliarem et cooperirem eū ne ab aliquo videretur. Ecclesiastica quoq; historia de isto Constantino testatur vt narrat Gregorius in dicto. c. sacerdotibus ꝙ cum ipso constantino imperatori in scripto oblate accusationes fuissent libellos quidem accusationis accepit et eosdem qui accusati fuerant episcopos conuocans in eorū conspectu libellos quos acceperat incendit dicēs. Ite ⁊ inter vos causas disponite quia indignum est vt nos iudicemus deos id est sacerdotes. ¶ Sexto sunt honorandi ratione vigorationis. Tanta est em̄ potestas sacerdotū ⁊ virtus ꝙ omnes infernales demones superant et tamen vnus ex eorum minimis maiorem habet potestatem q̄ omnes homines mundi. ⁊ vnus minimus sacerdos maiorem habet virtutem omnibus illis. quia si vnus peccator ab eo absoluitur totus infernus illi clausuz celum tenere nō potest. Quod innuit dominus cuz Petro dixit math. xvj. Tibi dabo claues regni celorū et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Secundo maior est vnius minimi sacerdotis potestas q̄ omniuz spirituum beatorum. nunq̄ enim aliquis ipsorum spirituū celos aperit et cristum deorsum descendere facit. Et quilibz sacerdos minimꝰ dum rite celebrat celos aperit ⁊ cristum tractando manibus descendere facit. Nam vt allegat magister in quarto dist. xj. ⁊ sunt verba Grego. in omel. pascali. ⁊ habent in. c. quid sit sanguis. de consecra. dist. ij. vbi sic dicit. Quis fidelium ignorare valet in ipa ymmolationis hora celos aperiri ⁊ angeloruz choros adesse summa imisq; sociari. Item tercio maior est potestas vnius minimi sacerdotis q̄ sit potestas virginis gloriose. quod pbo

per exemplum. Pono casum. Hic est vna sera. vna clauis illam quī q̄ reuolutionibus aperit. alia vero octo et non paucioribus. nonne prima est potencior q̄ secunda. sic et ī proposito ante incarnationem filij dei porta clausa erat. At cum plenitudo temporis veuisset. vt dicit apostolus ad Gall. iiij. vt deus filium suum mittere deberz in terris et angelus ad virginem mitteretur qui de ea verbum incarnanduz nūciaret. dic queso quomodo illa benedicta ancilla celi portaz aperuit. certe lingua sua octo videlicet verbis quasi reuolutionibus octo videlicet. Ecce ancilla domini fiat mihi secundū verbum tuum. sacerdos aūt etiā minimus dū corpus cristi conficit quinq̄ tantum reuolutionibus celos aperit ⁊ suis manibus verum deum descendere facit. Et mirabiliori modo venit ad man⁹ sacerdotis q̄ venerit in vterum v̄ginis. Venit nanq̄ in vterum virginis passibilis ⁊ mortalis. in manus sacerdotis impassibilis ⁊ immortalis. In virgine ī semel tantū in manibus sacerdotis quotidie ⁊ semper dum celebrat. Quarto tanta est virtus sacerdotis q̄ efficitur creator creatoris sui ⁊ pater patris sui. August. Qui creauit me dedit me creare se. Et Bernhard. Certuz est iudicium cum sacerdos sit creator sui creatoris q̄ nunq̄ debeat a suo creatore separari. Ideo exclamat. O preclara et veneranda potestas vestra. O sacerdotes cui nihil in celo vel in terra comparari potest. vos potestis consecrare corpus ⁊ sanguinez domini nostri ihesu cristi sup potestate ⁊ priuilegio omnis creatue. stupet cor. miratur terra. contremiscit infernus. et vt plurimum angelica celsitudo veneratur. Ex predictis eliciuntur aliqua documenta. Primum q̄ hodie maxime gaudere debent huius noui sacerdotis parentes ⁊ omnis parentela et singuli alij quorū auxilio aut ministerio factus est sacerdos ⁊ regraciari tenentur q̄ talem habent filium et nepotem qui hodierna die ī missa maior efficitur angelis. dignior omni creatura quia pater dei omnis sacerdos pater fit cristi ratione sacramēti. Letari etiam debent q̄a plus fiunt particeps spiritualibus bonorum operum sacerdotis q̄ plures alij qui ad ipius sacerdocium non sunt cooperati.

¶ Scd̄o infertur tale documentuz q̄ grauissime peccant sacerdotibus detrahentes quibus tenerētur honorem ⁊ reuerenciam corporalez ⁊ mētalem exhibere et non infamare. Ratio quia quotiens aliquis sacerdoti detrahit tociens capiti cristi coronam spineam imponit. q̄a ipsi sunt caput et superior pars ecclesie militantis. Ideo dominus ī euangelio ait Luce. x. Qui vos audit me audit. ⁊ qui vos spernit me spernit. Secūdo quociens cunq̄ q̄s iniuriam sacerdoti fecerit tociens cristum clauis confodit. Ido zach. ij. Quia vos tangit quasi pupillaz occuli mei tangit. Tercio quociens eis conuiciatus fuerit tociens in faciem cristi spuit. Quarto quociens eos exosos habuerit tociens cristi latus transfodit quia quanto magis sunt honorandi tanto detesta-

bilior ē eoꝝ dehonoratio. Audi telo-
pherū papā in.c. sacerdotes .vj.q.j.
Sacerdotes q̄ ꝓprio ore corp⁹ dñi cō
ficiūt ab oīb⁹ sūt obediēdi ⁊ timēdi
nō dilacerādi aut detrahēdi. qꝛ a q̄b⁹
se dñi ppl's bñdici. saluari ⁊ īstrui cu
pit nll'aten⁹ eos arguere dz. ppl's em̄
ab ei s docēd⁹ ē. ñ ipi ab eo. qꝛ nō ē di
Q scipul⁹ sup mgr̄m. ¶ Ido tradūt do
ctores fidelib⁹ hāc regulā ꝙ quātūcū
q̄ sacerdos sit mal⁹ ⁊ subdit⁹ bonus
tñ q̄diu ab eccīa tollerat̄ dz ei exhi-
bere honorē ⁊ reuerēciā ꝓpt̄ duas cās
Prima qꝛ sacerdos gerit vicē dei ⁊ ꝑ
sonā ei⁹ vt minister ei⁹ rep̄sentat. p̄-
cipue in administratiōe sacr̄oꝝ. ideo
de⁹ in ip̄o specialiter honorat̄. ido ꝓ-
pter eorū vitā malā nō st̄ ꝯtēnendi
aut detrahēdi. cū em̄ mittit̄ aliq̄s mi
nister a rege ñ attēdit̄ ad q̄litatē ei⁹
ꝫ ad dignitatē mittētis ⁊ eū in mini
stro honorat. Scd̄a rō qꝛ sacerdos ē
ꝑsona publica. vñ in eo honorat̄ res
publica ⁊ bonitas eccīe q̄ maior ē q̄
bonitas singl'aris ꝑsone. Tercio īfer
tur ex dictis ꝙ grauit̄ peccāt q̄ sacer
dotib⁹ coopant̄ ad peccādū. puta lu-
dēdo. crapulose viuēdo. ⁊ p̄sertī luxu
riādo. tactu. v̄bis. munuscul' vel acti
bus qꝛ oēs tales maculāt sacerdotes
dñi ⁊ indignos faciūt maximis bo-
nis q̄ facere possent si nō essent talib⁹
pctīs inq̄nati. Scd̄o fideles tenēt̄ te
stimoniū ꝑhibere sacerdotib⁹ obedi
tiōe. obedire em̄ tenēt̄ sacerdotibus.
Vñ apl's ad Ro. xiij. Oīs aīa ptāti
bus sublimioribꝰ subdita sit. nā dei
ordinationi resistit q̄ ꝑtāti resistit. ⁊
ad Heb. vl. Obedite p̄positis vr̄is ⁊
subiacete eis. ipi em̄ p̄uigilāt q̄si rōez
ꝓ vobis reddituri. exēplo xp̄i. de quo
R Lu. ij. Erat subdit⁹ ill'. ¶ Vñ circa il
lā obediēciā doc. tradūt hāc regulaz
ꝙ sacerdotib⁹ obediēdū ē in sp̄ūa lib⁹
necessarijs ad salutē vl' ad hoc ꝑtinē
tibus. vñ talib⁹ in p̄fatis nō obedien
tes sciēter ⁊ sine rōnabili cā ⁊ ī re ali
cuius importācie aut ex ꝯtēptu pec-
cāt mortalit̄. nisi forte illd̄ qd̄ p̄cipit̄
eēt ꝯtra p̄ceptū dei vel in salutis di-
spēdiū. aut ꝯtra p̄ceptū supioris. In
alijs aūt q̄ ad eoꝝ superioritatē nō ꝑ
tinēt nō ē necessariū eis obedire. vt ī
c. si q̄s. de ma. ⁊ obe. xiij. q. iij. si dñs
Et hec regula nō solū hz v̄itatē ī bo
nis sacerdotib⁹ ꝫ etiā in mal'. quib⁹
eoꝝ mala vita nō obstāte ī p̄dictis ē
obediēdū. Ido dr̄. j. petri. ij. c. Sub
iecti estote oī hūane creature ꝓpt̄ de
um. ⁊ subdit̄. Serui estote subditi ī
oī timore dñi nō tm̄ bonis ꝫ etiā di
scolis. Vñ Greg. in. c. quid ergo mi
rū. xiij. q. iij. dicit. Quid mirū si pec-
cator hō obediēcie se in hui⁹ breuita
te subiciat qñ hāc mediator dei ⁊ ho
minū ⁊ qui obediētes remunerat nō
reliquit. p̄cipue obediēdū ē sacerdoti
bus ī auditiōe v̄bi dei. qꝛ nihil ꝓdest
verbū dei audire. nisi quis velit eis
obedire ⁊ scd̄z ea vitā suā dirigere.
hoc docet saluator Math. xxiij. Oīa
quecūq̄ vobis dixerīt facite. ⁊ Bern
hard̄ in sermōe de pasca. Obediēcia
dirigit gressus nr̄os ⁊ sctē ꝯuersatio-
nis gr̄am ꝓmeret̄. ip̄a ē q̄ vitā ordi
nare nouit. ip̄a ē q̄ penitēciā docet ⁊
donat. Ideo Greg. in. c. sciēdū. viij
q. j. dicit ꝙ obediencia sola dei meri
tum possidet sine qua quisq̄ infide
lis esse ꝯuincit̄ etiā si fidelis esse vide
at̄. ¶ Tercio fideles tenent̄ testimo-
moniū ꝑhibere sacerdotib⁹ retributi S
one. j. ad Thy. v. Qui bñ p̄sunt p̄spi
teri duplici honore digni habeantur

glo. duplici honoris vt scz eis obediatur ⁊ exteriora ministrent. Ideo hec retributio maxime stat in fideli solutione iuriū prochialiū ⁊ maxime decimarū. q̄ ex iure quilibz laicꝰ dare tenet vt in. c. prochianos. ⁊. c. a nobis. ⁊. c. cū nō sit in hoīe cū similibꝰ de decimis. Ideo dixit saluator Mathei. xxij. Reddite q̄ sunt cesaris cesari ⁊ q̄ sunt dei deo. quas si fideliter soluit laicꝰ tāto magis habūdat vt dicit Aug. in. c. maiores. xvj. q. vij. Maiores nr̄i ideo copijs oībꝰ habundabūt qꝛ deo decimas dabāt ⁊ cesari censum reddebāt. mō aūt qꝛ discessit deuotio dei accessit iudicio fisci. nolumꝰ cū deo partiri decimas ideo hoc tollit fiscꝰ ꝙ nō accipit xp̄s. ⁊ in. c. decime. xvj. q. j. dicit. ꝙ si dederis decimā nō solū abundanciā fructuū recipies ß etiā salutē corpis ⁊ aīe ꝯseq̄ris. De illa retributiōe debiti gloriabat quasi ex singulari bono phariseus in templo dicens Luce. xvij. Decimas do oīm que possideo. De illo autem hodie pauci gloriari possunt xp̄iani. ymmo nec vnq̄ ꝯfitent licz sit maximū peccatū mortale ⁊ sacrilegium cū eccīe subtrahāt rē suā. qꝛ dicit Aug. in dicto. c. decime ꝙ decime ex debito exquirunt ⁊ qui eas dare noluerint res alienas inuadunt. qui ergo sibi aut p̄miū ꝯparare aut pctōꝝ desiderat indulgenciā ꝓmereri reddat decimā ⁊ de nouē partibus studeat elemosinā facere pauperibus. Hec Augustinus.

Ad idem in primicijs noui sacerdotis sermo. cxiij.

Accede ad altare ⁊ offer holocaustū ⁊ deprecare ꝓ te et populo Leuit. ix. Hec verba dixit Moyses ad Aaron sacerdotē. Que ꝯgrue adaptāt nostro nouo sacerdoti quē dn̄s noster ꝑ ea hortat ad offerendū hodie in altari sacrificiū corpis ⁊ sanguīs eius ꝓ eo et ꝓ populo. qꝛ ad hoc ex officio suo obligat. Vn̄. Greg. in. c. ꝓ obeuntibus. xiij. q. ij. Quāuis em̄ oēs peccatis subiacemꝰ ꝯgruit tamē sicut sancta tenet eccīa vt sacerdos ꝓ vere catholicis viuis atq̄ defunctis memoriam faciat et intercedat. Quia scriptū ē in leuitico. Si q̄s peccauerit veniat ad sacerdotē qui orabit ꝓ eo corā deo ⁊ dimitter ei. Vn̄ Johel. ij. dr̄ ꝙ int̄ vestibulū ⁊ altare plorabūt sacerdotes ministri dn̄i. plorare āt dn̄t sacerdotes ꝓ suis ⁊ ppl'i criminibꝰ vt suo ploratu ppl'm ad plorādū excitēt et dicēt sacerdotes. Parce dn̄e ꝑce populo tuo. nāquotidie debēt orare ꝓ ppl'o qꝛ quotidie pctā ppl'i comedūt oblatiōes et elemosinas ab ip̄is recipiēdo nō solū ꝓ viuis ß et ꝓ defūctis vt dicit alexāder papa in. c. ip̄i sacerdotes j. q. j. et Greg. Sacerdotis negociū ē orōez fundere et ꝓ iustis ne cadāt et ꝓ pctōribꝰ vt resurgāt. necnō ꝓ defunctis vt a penis eripiāt. ideo dicebat in nr̄o thema. Accede ad altare ⁊c. ¶ In q̄bꝰ quidē v̄bis tria notare possumꝰ. primū istiꝰ noui sacerdotis dignitatē ibi. accede ad altare scdz sui officij excellēciā ibi. et offer holocaustū. terciū tociꝰ eccīe cōem vtilitatē. ibi ꝓ te et ppl'o. Primo notat dignitas huiꝰ noui sacerdotis. Vn̄ Ambro. in suo pastorali dicit. ꝙ nihil excellēciꝰ in seculo hoc repiri p̄t. vt tn̄ dignitatē occulis demōstremꝰ nomē ꝯgruat actiōi et actio cor

respōdeat noī. Bern. O sctissimi sacerdotes filij dei altissimi nulli reges nulli principes sē vobis digniores. q vos estis gen⁹ electū. regale sacerdociū gēs sctā et ppls acquisitionis. vt dicit b. petr⁹. j. petri. ij. Quare hoc q vobis illa dignitas ē collata q etiā ē angel' negata. et b. Marie vgini minime cōicata. vos tāgitis sacrificiū et ꝓficitis illū cui tremēs seruit tot⁹ cet⁹ angelo⁹. et cū felix ē qui ad hoc nat⁹ ē et cui tāta dignitas ꝓferē. nō ab angelo vl' ab aliquo hoīe ꝫ a dño ds ꝓtestat sacra scptura ad heb. v. dicēs. Nemo sibi assummat honorē nisi qui vocat⁹ ē a deo tāq aaron. Augu. O veneranda dignitas sacerdotū si ꝓcplare poteris altitudinē celi altior es. si pulchritudinē celi pulchrior es. si nobilitatē angl'or nobilior es vñ inē ceteras creaturas dignissima et nobilissima es et nō solū angelis digniors ꝫ oīb⁹ regib⁹ et pncipib⁹ solo nāq creatore inferior es. Augu. sup ep'laz ad heb. dicit q oēs sacerdotes ve. te. fuerūt de tribu leui. ihs aūt sūm⁹ sacerdos et ver⁹ pōtifex fuit de tribu iuda et regali. sic em trāslatū ē sacerdociū de tribu ad tribū. de sacerdotali ad regalē. idcirco ordo sacerdotal' ꝑmanet dignitati regali vt habetur in. c. duo sūt. xcvj. di. Triū. li. iij. de dignitate sacerdotali sic dicit. Per ihs nāq sacerdotes dñm nr̄m ihm xpm videm⁹. p ihs vo dei filio ꝯiungimur et p ihs mēbra btī capitis efficimur. vñ patz q ex sacerdotali officio et facrīli ministerio emanat sal⁹ pōianor oīmq pp'or. et q ihs officiū ē sūme gl'iosum. ¶ Ad cui⁹ eui dēciā nota q dignitas ist⁹ sacerdotis nō solū hoīes mortales ꝫ etiā angelos imortales ꝓcellit. et hoc triplici potēcia. Prima ꝙsistit i dñici corpis ꝙsecrōe q: ñ angelis i cena ꝫ solū sacerdotib⁹ dictū ē. j. Cor. xj. Accipite et comedite hoc ē corp⁹ meū. Hoc facite. i. corp⁹ meū ꝓficite i meā ꝓmemorationē. i. i memoriā mee amarissime passiōis. et ibidē i eadē cena dñs nr̄ ihs xps suā primā missaz celebrauit et primos sacerdotes i noua lege scz ap'los ordiāt q⁹ plenariā pt̄ātē hoc ꝓficiēdi dedit. et tūc eriā nobis sequētib⁹ vsq ad ꝓsumationē seculi vt habet̄ math. vl. Ecce ego vobiscū suz vsq ad ꝓsumationē seculi scz i sacro eucharistie. ¶ credēdū ēt̄ similit̄ q q̄cūq sacerdos dicit verba ꝓsecrationis i missa cū intētiōe ꝓficiēdi q tūc in ist̄ati celū ē aptū sup eū ¶ angeli dei desced̄ūt ad ministrādū ei i ꝓsecrōe corpis xpi. Bern. In sacro eucharistie āgeli dei famulāt̄ ei mille a dextris et mille a sinistris. q̄dā se circuātes. q̄dā brachia ei⁹ leuātes. q̄dā vo suū creatorē adorātes. Jero. Ecce q̄ magna ē pt̄ās sacerdotū q: nō est maior post deū sicut pt̄ās sacerdotū Bern. O veneranda sacerdotū dignitas ītra quoz man⁹ dei pris filij⁹ velud i vtero mr̄is icarnat̄. i. ꝓficit. Idē. O celeste misteriū q p vos pr̄. filius et spūscrūs tā mirabilit̄ opat̄. celū mirat̄. ¶ra obstupescit. horresc⁹ ifernus. ꝓtremiscit diabol⁹ et cū plurimū angelorū celsitudo reuereat. et p pter hāc pt̄ātē pt dicere ille nouus sacerdos cū ppheta. Quid retribuā dño nr̄. q̄re q: prius filius dei fuit iā erit pr̄ sui creatoris. Bern. Certū ē iudicāū cū sacerdos sit creator sui creatoris q nūq debeat a suo creatore separari. Gaudeat hodie pater ¶ mater eius ¶ oēs parētela tā in vita q̄ i morte q tale ꝓtulit filiū tale habēt

nepotē qui hodierna die ī officio maior efficit̄ angelis. dignior oē creatura q: pr̄ dei. Dīs em̄ sacerdos pr̄ sit xp̄i rōe sacr̄i. Gaudeant etiā q: sairificiū misse ē deo accepci⁹ q̄ oē aliud sacrificiū qd̄ vnq̄ ē. fuit vel erit q̄ oēs orōes. elemosina. ieiunia. pegrinatiōes. ⁊ castigationes ⁊c. Rō q̄a sicut dn̄s nr̄ Jhesus xp̄s melior ē q̄ oēs scc̄i ⁊ angeli. sic etiā oblatio corporis xp̄i melior ē oī oblatiōe ⁊ orōe ideo acceptior vt dicit alexāder papa in. c. nihil in sacrificijs. de ꝯse. di. ij.

C ¶ Gracian⁹ in apparatu dicit. Missa ē libēter audiēda q: astantes vna cū sacerdote hoc sacrificiū offerūt d̄o pr̄i. Itē q: deuote astātes ⁊ sine pctō mortali corp⁹ ⁊ sanguinē dn̄i nr̄i ihesu xp̄i sp̄ualiter māducāt. Itē q: deuote astātib⁹ dimittunt̄ etiā pctā venialia. Itē q: nullū sacrificiū ita prodest ad augmētū gr̄e ⁊ diminutionē pene ⁊ relaxationē culpe ⁊ ad mitigationē pene defunctoꝝ parētum et amicoꝝ sicut hoc sacrificiū. Item q: sacerdos ꝑ circūstantib⁹ orat dicens Memēto dn̄e famuloꝝ famularūq̄ tuaꝝ ⁊ oīm circūstāciū quoꝝ tibi fides ꝯgnita ē ⁊ deuotio ꝑ quibus tibi offerim⁹ ⁊c. vsq̄ incolumitatis ⁊c. Et in ista orōe sacerdos ꝓcedit sicut mgr̄ in scolis declinādo ꝑ casus. Primo incipit a nomīatiuo nominādo seip̄m et fideliter deū orādo vt adiuuet ip̄m officiū suū taliter ꝑficere vt deo laudabile fiat ⁊ salubre oībus viuis ⁊ defunctis. Scd̄o ꝑ genitiuo id est ꝑ parentib⁹ qui eū genuerūt ⁊ nutrierunt. Tercio ꝑ datiuo. i. ꝑ oībus benefactorib⁹ suis qui se cū muneribus suis ⁊ elemosinis sibi deuote cōmendauerunt siue adhuc ꝯmendāt Quarto pro accusatiuo. i ꝑ illis qui ip̄m pessime ⁊ min⁹ iuste pluries accusauerūt ⁊ ꝯtra ip̄m verbis ⁊ factis male egerūt scz detrahēdo. molestādo. obloquēdo famā ⁊ vitā ip̄ius denigrando non attendētes apl'm ad Gall. v. dicentē. Qui ꝯturbat vos iudiciū dei portabit quicunq̄ ē ille. Vn̄ de talibus dicit Anaclet⁹ papa in. c. accusatio. vij. q. j. si detractores quorūcūq̄ grauiter iudicant̄ ⁊ in ꝑditionis laqueū cadūt. multo magis laceratores seruoꝝ dei damnant̄ et a vindicib⁹ flāmis exurent̄ vt patz in Dathon ⁊ Abyron ꝑ eo q̄ Maysi et Aaron insultauerūt terra aperuit os suū et deuorauit eos. Nūeri. xvj. Itē legit̄ de Heliseo quē quadraginta pueri deriserūt ⁊ orauit deum vt ip̄m vindicaret statim duo vrsi irruerunt in eos ⁊ deuorauerūt vt habetur. iiij. Reg. xx. c. Vn̄. Ecc̄iastici vij. Honorifica sacerdotes ⁊ partez da illis qd̄ tibi dn̄s ꝯstituit. Quīto ꝑ vocatiuo vt de⁹ ⁊ dn̄s nr̄ Jhesus xp̄s dignet̄ ad se cūctos insideles ad ꝯgnitionē sui sc̄tissimi noīs clementer vocare ⁊ ꝯuertere. Vltimo ꝑ ablatiuo. i. ꝑ raptorib⁹ ⁊ furib⁹. vsurarijs vt totaliter restituāt quē admodū zache⁹ fecit ⁊ deinde a rapina furtu atq̄ vsura cessent q: scd̄z b. Aug. Pctm̄ nō dimittit̄ nisi ⁊c. vt ī regula pctm̄. de regu. iur̄. lib. vj. Itez pie credit̄ q̄ quicquid hō ad necessitatez suā comederit vel biberit hoc sibi pl⁹ ad salutē ⁊ sanitatē ꝑficit q: illa die missam audiuit q̄ qui nō audiuit. Vn̄ Jhero. Ex quo sacerdos ē tam potens ideo esto subditus sibi. ⁊ ip̄m quasi deum omnipotentem ama. Et subdit. Qui sacerdotē nō amat

nullomodo potest amare cristum. Et sic patet prima potencia dignitatis. Que consistit in dominici corporis consecratione Secūda potencia dignitatis consistit in peccatorum remissione. Angeli eniz nō possunt peccata dimittere sed veniam implorare. Sacerdotes vero habent potestatem peccata dimittere. Quod patet in beato Petro. cui ⁊ eius successoribus tribuit potestatem claudendi ⁊ aperiendi celū Math. xvj. Tibi dabo claues regni celorum ⁊ quodcunq; solueris ⁊c. Grego. O quante sublimitatis est dignitas vestra quia lingue vestre claues celi facte sunt quia raro vel nunq̄ deus dimittit peccata sine sacerdote. Quod ostēdit ipse cristus quando dixit decem leprosis Ite ostendite vos sacerdotibus. in hoc notans omnes peccatores. qui propter peccata sua leprosis comparantur ꝙ se debent ostendere sacerdotibus confitendo peccata sua. et ab eis bona exempla suscipiēdo. Vnde dominus Mathei. v. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹ ⁊c. Ex illis patet ꝙ sacerdos debz esse bone et honeste vite scilicet dādo bona exempla suis subditis. Item debet esse mundus mente et corpore. quia domini officio dz eē intēt⁹. vtz. c. ipi sacerdotes. j. q. j. Necesse est vt manus que sordes abluere curat sit munda. Ita etiā cum Lazarum a morte suscitauit tradidit eū discipulis suis nō Marthe neq; alijs dicens. Soluite euz innuens ꝙ solis sacerdotibus data est potestas ligandi ⁊ soluendi. et sic secunda dignitas consistit in remissione peccatorum. Tercia potencia consistit in clauium regni celestis collatione Mathei vbi supra. Tibi dabo claues ⁊c. Damascenus. Nam peccator cum mortaliter peccat tunc aperitur sibi infernus et clauditur sibi celum. sed q̄cito sacerdos euz absoluit tunc ecōuerso sibi infernuz claudit. De hac potestate clauium vide supra in p̄cedenti sermone in primo officio sacerdotis quod est iudicare. Secūdum principale quod in themate tangitur est excellencia sui officij Circa quod sciendum ꝙ halocaustum et munus illud quod ille nouus sacerdos hodie ad altare accedens offert est ille agnus immaculatus quem Abel in figura obtulit Gen̄. iiij. et Abraham Gen̄. xxij. Vbi dicitur ꝙ ysaac liberabat̄ cuz aries ymmolabatur. Sic etiam ꝑ nobis caro cristi sacrificatur sed diuinitas manet illesa. ¶ Vbi notandum ꝙ in veteri testamento sacerdotib⁹ tria principaliter fuerunt cōmissa. Primo quia ampliori modo se pre alijs sanctificabant. Vnde Exod. xix. c. dicitur. Sacerdotes qui accedunt ad deum sanctificentur ne a deo percuciantur. Et j. Machabeoꝝ. iiij. c. dicitur ꝙ dominus elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege dei. Quapropter precipitur sacerdotibus in noua lege vt sint mundi quia diuino officio et sacrificio debent esse intenti. Secundo sacerdotibus veteris testamenti erat cōmissuz populo predicare et legēdo cere. Ihere. iiij. Predicate ⁊ nolite cessare. ⁊ ysa. lviij. Clama ne cesses

Idem etiã precipitur sacerdotibus in noua lege Math. vlti. Euntes in mundum vniuersum predicate ꝛc. quia ego dabo vobis os ⁊ sapiẽciam cui non possunt resistere omnes aduersarij vestri. Et qui verbum dei non spargit penam eterne damnationis incurrit. Vnde subditos non corripere sed fouere est eos occidere. Ideo apostolus. j. ad Thessal. ij. dicit. Ita dei euangelium loquamur non quasi hominibus placẽtes sed deo qui probat corda nostra. Neq; enim fuimus aliquãdo in sermone adulationis sicut scitis neq; in occasiõe auaricie. deus testis est. neq; querentes ab hominibus gloriam neq; a vobis neq; ab alijs. Et ideo Jheronimꝰ super Leuit. Et habetur in. c. si q̃s xxxvj. dist. Si quis vult pontifex non tam vocabulo esse q̃ merito imitetur Moysen. imittet̃ Aaron Quid enim dicitur de eis nisi quia non discedunt de tabernaculo domini. Erat enim Moyses indesinenter in tabernaculo domini. q̃d autem opus erat ei vt aut a deo aliquid disceret aut ipse populum doceret. Hec duo sunt pontificis opera vt a deo discat legendo scripturas diuinas ⁊ sepius meditando aut populum doceat sed illa doceat que a deo ipse didicerat non ex proprio corde vel humano sensu. ꝫ que spiritussanctus docet. Quapropter beatus Augustinus dicit ad fratres suos in quodam sermone Fratres carissimi quociensc̃uq; vobis diuina predico necessitate compellor considerantes periculum meum debetis pacienter ferre. nõ em̃ est leue quod spiritussanctus per ꝓphetam suum Ezech. dicit. Speculatorem te dedi domui israhel. Ideo quociens vobis diuina predico conscienciam meam apud deuz absoluo. Timeo enim Heli sacerdotem qui vidit filios suos adulteria committere et eos non correxit vt debuit ideo vna die tanta mala facta sunt ꝙ triginta milia hominuz interfecta sunt. duo filij eiꝰ occisi sunt. Archa vero capta est. Et ipse heli vt audiuit de sella sua retrorsum cecidit ⁊ mortuus est. ⁊ quamuis fuerit sacerdos sanctus eq; bene infernum intrauit. Propterea ego me timeo et sum vobis importunus. Tercio sacerdotibus veteris testamenti erat comissum ꝙ orare deberent pro populo. j. Regum. vij. dixerunt filij israhel ad Samuelez. Ne cesses orare pro nobis ad dominum deum. Et moyses orauit ad dominum dicens. Dimitte populo huic noxam hanc. aut dele me de libro vite. Exod. xv. Sic etiam facere debet sacerdos in noua lege. Jheronimꝰ vbi supra in dicto. c. si quis. xxxvj. di. dicit. Est ne aliud opus quod facit Moyses ad bella non vadit nõ pugnat contra inimicos sed quid facit orat. et donec orat. vincit populus eius. si laxauerit et dimiserit manus populus vincitur et fugatur. Oret ergo sacerdos indesinenter vt vincat populus qui sub ipo est. Hostes qui sunt demones impugnantes eos qui volunt pie in Cristo viuere. Hec Jheronimus. Tercium principale quod in themate tangit̃ ẽ ꝯmunis vtilitas to

cius ecclesie scilicet deprecarē pro te et toto populo. ¶Circa quod notā dum q̄ oratio sacerdotis vtilis est in hoc mundo et etiam in purgatorio existentibus. In mundo existentibus dupliciter. Primo per orationem sacerdotis in missa facram diabolum vincimus. Secundo ab ira dei protegimur. Et si oratio sacerdotū non essz sepius ira dei super nos peccatores descenderet. Deus enim non merita personarum considerat sed officia sacerdotum. quia totus mundus non posset efficere quod oratio vnius iusti sacerdotis facit. Nam Helyas erat homo similis nobis ⁊ oratione impetrauit vt nō plueret super terram annos tres ⁊ menses sex. iij. Regum. xviij. Et Aaron pontifex stans inter mortuos ⁊ viuentes ⁊ deprecatus est pro populo et statim cessauit plaga. Numeri. xvi. Quapropter cum fiducia accedamus ad illum nouum sacerdotem sicut Karolus accessit ad sanctum Egidium cuius precibus veniam meruit omnium suorum peccatoꝝ Vnde Cassiodorus. Per orationez deuotam ira domini suspenditur. venia procuratur. pena relaxatur et premiorum largitas impetratur Rogemusq̄ eum vt hodie eleuando deo patri corpus ⁊ sanguinem vnigeniti filij sui orando dicat. Ex quo proprio filio tuo non pepercisti sed pro nobis omnibus illum tradidisti ideo rogo te clementissime pater p omnes penas quas filius tuus voluntarie pro nobis sustinuit in eodem corpore vt misereatis omnibus pro quibus tibi hoc sacrificium offero vni trino et vero deo in secula benedicto amē.

Ad idem in primicijs nouū sacerdotis sermo. cxiiij.

Honorifica sacerdotes ⁊ da illis partem sicut mandatum ē tibi. Ecclesiastici. vij. Videmus plerumq̄ dignius ⁊ vtilius plus honorari ⁊ appreciari. Ideo philozophus. viij. ethicorum dicit q̄ maioribus debetur honor. minoribus vero lucrum. Quia honor est premium virtutis et beneficij. lucrum autem est auxilium indigencie. et in. l. honores. ff. de decurio. dicitur q̄ honores ⁊ munera non ordinationem id est non secundum ordinem temporis sed potioribus quibuscunq̄ inuingenda sunt. Cum autem sanctum sacerdocium sit. maximum dignitate et omnia tēporalia excellat sicut sollunam. vt habetur in. c. solite. de maiorita. et obedien. relinquitur q̄ ab omnib⁹ et in omnibus honorari debeat. Et in Auten. quomodo oporteat episcopos. coll. j. in principio dicitur. Maxima in omnibus sunt dona dei sacerdocium et imperium Illud quidem diuinis ministrans hoc autem humanis presidens. ex vno eodemq̄ principio vtraq̄ precedencia humanam exornant vitam. Vnde Cristus exercuit actus proprios vtriusq̄ dignitatis. Quedam enim fecit vt imperator quā do vendentes et ementes de templo per flagellum eiecit. Quedam autem fecit vt sacerdos quando

seq obtulit hostiam discipulis dicēs hoc est corpus meum vt per hoc ostenderet q̄ vtraq; dignitas ab ipo manaret. vtin. c. quoniam. x. di. Debēt igitur sacerdotes merito honorari pro vt sapiēs in verbis thematis precepit dicens. Honorifica sacerdotes ꝛc. In quibus quidem verbis duo tanguntur que veniūt declaranda Primum dicitur honorificationis in principio thematis Honorifica sacerdotes. Secūdū retributionis. ibi. Et da illis partē ꝛc. ¶ Ad euidenciam primi nota q̄ sacerdotes sunt honorandi propter sex rationes. quas vide supra sermone. c. xij. Breuius autem hūc articulum prosequendo dico q̄ honorificare debemus sacerdotes propter tria videlicet propter dignitatem regalem. propter sanctitatem exemplarem et propter vtilitatem generalem. Primo propter dignitatem regalem. nam dignitas sacerdotalis in hoc merito honorat̄ q̄ diuina dispensatione sacerdotes reges constituuntur ad regendum se et alios. Vnde Jhero in. c. duo sunt genera. xij. q. j. loquens de sacerdotibꝰ sic ait. Hij sunt reges se et alios virtutibus regentes. Et hoc designat corona in capite quā habent in signum regis ꝛregni qd̄ expectant a xpō. Et habēt sceptrū videlicet sapiencie qua fulgere debēt. propter quod ꝛ tanq̄ ad reges loquitur ipsa sapiencia increata. Sapīe. vj. Ad vos igitur reges sēt hij sermones mei vt discatis sapiēciam. quia scōm beatum Jhero. officium sacerdotis est interrogātibus respondere de lege. Malach. ij. Labia sacerdotis custodiant sciencia ꝛ legem requirent de ore eius. Tenentur igitur legem scire. non tantum implicue sed etiam explicite. nec eos excusat ignorancia Quia secundum Crisostō. non potest esse excusacio dampnationis ignorancia veritatis. Propter qd̄ precipitur personis ecclesiasticis īc. q̄ ecclesiasticis in. § . ecce. xxxvj dist. Predicatores per quos ecclesia circumfertur sacris litteris semper debent insistere. nec tunc queratt addiscere cum alios ex officio debeant docere. Nam Gregorius papa ait. Nullus est quem oporteat vel plura vel meliora scire q̄ principem ꝛ rectorem. Jdeo Seneca ait. Si alterum pedem in sepulchro. alterum extra haberez adhuc addiscere vellem. Sed heu carissimi quales sunt hodie multi rectores ꝛ prelati qui seipsos non valēt regere alijs ergo quomodo poterit preesse. Vnde apostolus. j. ad Thimo. iij. Si quis inquit domui sue preesse nescit ecclesie dei quomodo diligenciam habebit. quasi dicerz nullomodo. Tales rectores cecos et insipientes comparat Bernhardus in libro de consideratione symee currenti in tecto dicens. Rex fatuus in solio est simea in tecto. que nihil componit ꝛ vnit. sed qd̄ compositum est dissolut ꝛ diuidit Vnde reuera non est hodie necessarium mittere in tharsis ad portā dū simeas et pauones. Sicut legitur de Salomone. ij. Paral. ix. q̄ misit naues in Tharsis ad portandum simeas et pauones. quia inter ipsos clericos iam multos

A

ad modū symearū inuenim⁹ fatuos pēnis pauonis amictos. Scdo honorificare debem⁹ sacerdotes ꝓpter exemplarē sanctitatē ad quaz specialiter sunt electi. Vñ b. Petr⁹ j. petri. ij. dicit de sacerdotib⁹. vos estis genus electū. regale sacerdocium gens sctā. ppl's acquisitionis. In quib⁹ v̄bis notat̄ primo ꝙ sacerdotal' ordo ē eternaliter p̄destinatus ad hoc vt sit sctūs. Ad ephe. j. Elegit vos in ip̄o añ ꝯstitutionē mdi vt essetis sctī ⁊ immaculati ī ꝯspectu eius. Elegit ergo dñs sacerdotes vt ministros salutares. seruos peculiares ad sacr̄oꝝ suoꝝ dispensationē vt habet̄ in. c. peruenit de ꝯse. di. ij. vt sctā ꝯtrectēt ⁊ ꝯficiant di. xxvj. perlectis. ß q̄ sctā habent tractare decens ē vt etiā sint sancti. vt patz de ꝯse. dist. iij. trib⁹ Propt̄ qd̄ dñs p̄cepit oīb⁹ sacerdotibus Leuiti. xxviij. Sacrificate ⁊ sctī estote qm̄ ego sctūs suz dñs de⁹ vr̄. Et Jhero. in epl'a ad pamachium ⁊ marcellū inquit. Oportz nos clericatus honore nō abuti ß diligēti custodia mandatoꝝ hoc esse qd̄ videmur. Oīa em̄ insignia clericorū virtutes in nobis rep̄sentant. v̄tutes clamāt. Clamat corona paupertatē. vestis honestatē. stat⁹ puritatē. cultus castitatē. ꝓfessio hūilitatē. exemptio religionē. officiuz deuotionē. studiū ꝯtemplationez Et ideo nisi virtutib⁹ polleamus tota vita nr̄a mēdaciū est ⁊ ymago deformis q: mentit̄ caput. mentit̄ habit⁹. mentit̄ stat⁹. mentitur cultus. mentit̄ ꝓfessio. mentit̄ exēptio. mentit̄ officiū. mentit̄ ⁊ studiū. Et propter hoc nos sumus clericus pictus. clericus mentitus. hec ille. Tercio sacerdotes debēt honorari ꝓpter nostrā vtilitatē. vide supra in sermone. cxij. sex vtilitates ꝓpter quas merito sunt honorandi. Ibi quarto sunt honorandi. Ad ꝓpositū tñ adducā tres. Prima vtilitas ꝓpter quā sunt honorandi dr̄ potestatis. nā in curijs dñoꝝ potēcior et vtilior solet pre alijs honorari. Sicut habet̄ Gen̄. xlj. de Joseph qui secundus post regē ⁊ vicarius pharaonis in tota terra egipti ab oībus honorabat̄. ymmo etiaz a fratribus honorat⁹ ⁊ adoratus ē Sic etiā sacerdotes vicarij summi regis quibus dñs nr̄ tribuit ptātez ligandi ⁊ soluendi ⁊ clauē regni celoꝝ vt aperiāt ⁊ claudāt. Mathei xviij. Quecunqꝫ ligaueritis super terrā ⁊c. honorari debēt ab oībus. Magna igit̄ hec vtilitas est ppl'o xp̄iano habere tales secū ī terra habentes ptātē ligandi ⁊ soluendi potentes aperire ⁊ claudere celum.

¶ Sed querit̄ an illa ptās sit equalis in oībus sacerdotib⁹. Ad hoc dico scd̄m Bonouenturā ⁊ alios doctores in. iiij. dist. xix. ꝙ potestas illa potest dupliciter considerari. vel quantum ad essenciā. vel quātum ad vsum. Si primum radicaliter est in anima sicut ⁊ caracter ī pressus in ordinatione ⁊ equalis ē in omnibus sacerdotibus. ⁊ quilibet scd̄z hāc ē alteri eq̄lis papa. ep̄s siue simplex sacerdos. vt habet̄ in c. legim⁹. xciij. dist. Vbi dr̄. Vbicunqꝫ fuerit ep̄us siue Rome. siue Erugubio siue Cōstātinopoli siue Regio siue Alexandrie ⁊c. eiusdez meriti est ⁊ sacerdocij. Aliomodo

B

possumus loqui quantū ad vsuz. ⁊ hoc mō requiritur auctoritas iurisdi tiōis. nemo em̄ p̄t aliū ligare aut iudicare nisi qui iudex eius consti tuitur ab eo qui p̄t. Cū em̄ sacerdos fuerit p̄sentatus et ab ep̄o ꝯfirma tus tūc acq̄rit iurisditionē. et iuris dicio est tanq̄ vis motiua ip̄i⁹ cla uis potestatis. hac aūt deficiente q̄ clauē moueat et si assit clauis nun q̄ apit. et si amittit hec iurisdicio cessat etiā clauis execucio. et scd̄m hoc quantū ad iurisditionis admi nistrationē differencia est q: papa ordinatione diuina p̄latus ē oībus ep̄is. postea ep̄s alijs sacerdotibus Scd̄a vtilitas ꝓpter quā sacerdo tes sunt honorificandi dr̄ familia ritatis. Magnū ē et honore dignū aliquē familiarē eē īperatoris potē tem intrate et loqui cū eo et irā ei⁹ placare. Sic sacerdos ī curia dei ē familiaris potēs deo loq̄ ꝑ suā orō nē ⁊ ei⁹ irā placare ⁊ ppl'o pacē īpe trare. sicut figurat̄ Exod. xxxij. ī moyse. q̄ dū filij israhel peccassent adorādo vitulū ꝯflatilē ymolātes hostias loquēte dn̄o ad moysen di cens. Vade descēde peccauit ppl's tuus dimitte me vt irascat̄ furor meus ꝯtra eos vt deleā eos. Roga bat ip̄e ꝑ ppl'o et placat⁹ est dn̄s ne faceret malū qd̄ locut⁹ fuerat aduer sus ppl'm. Quare dr̄ in. c. ip̄i sacer dotes. j. q. j. ꝙ sacerdotes q̄ ꝑ ppl'o interpellant pctā ppl'i ꝯmedūt q̄a suis p̄cibus ea delēt atq̄ ꝯsummūt Tercia vtilitas dr̄ ꝯsecrationis. Maximū nanq̄ ē et dignissimum sacerdotē posse creatorē suū creare. et ꝑ hūana salute deo p̄ri in missa offerre. quare oī honore digni sūt nec detrahendi sicut docet theleffo rus papa in. c. sacerdotes. vj. q. j. dicens. Sacerdotes qui ore ꝓprio corpus dn̄i ꝯficiūt ab oīb⁹ sūt obe diendi et timendi non dilacerandi aut detrahendi q: a quibus se ppl's dn̄i benedici et saluari aut instrui cupit nullatenus eos arguere debz Ad hoc em̄ btūs Grego. hortabat̄ Mauriciū imperatorē vt sacerdo tibus debitū honorē exhiberz. lj. v. in registro et habet̄ in. c. sacerdoti bus. xj. q. j. sic dicens. Nō indigne tur sacerdotibus dn̄s meus ꝫ excel lenti ꝯsideratione ꝓpter eū cui⁹ ser ui sunt ita eis dn̄et̄ vt debitā reuerē ciam impendat q: illi aliq̄n in diui nis eloquijs dij et bn̄ angeli nomi nant̄. Contra hoc faciūt denigrā tes eoꝝ famā suis detractionibus quod nunc valde cōe est licet gra uissimū peccatū sit. Vn̄ Constan tinus impator dicit. ⁊ habet̄ ī. c. in scripturis. xcvj. dist. Si de dn̄i sa cerdotib⁹ q̄ iure patres dicūt̄ aliq̄d ꝯtīgit vos audire qd̄ ꝯfusionē pijs mētib⁹ īgerat nō infruitū id ē īne recūdū ꝫ puderatos filios noe imi tātes patriā de reliquo verecundiā ꝯtegatis vt affluēti quēadmoduz et illi benedictione repleri moderā te dn̄o mereamini. Scd̄z qd̄ ex ihe mate venit declarandū dr̄ retribu tionis qd̄ tangit̄ ibi. Et da ill' par tem ⁊c. Ad cuius euidenciaz nota ꝙ illa retributio ⁊ dacio ꝯsistit in fideli solutione iuriū ꝑrochialium et maxime decimarū ⁊c. Prosequere vt habes supra in sermone sepe dicto circa finez ibi. Tercio fideles ⁊c. vsq̄ in finem.

Finis Sit laus deo.



